Thos. Leavy[?]
Princeton
N.J.

NOVVM TESTAMENTVM GRAECE

PERPETVA ANNOTATIONE ILLVSTRATVM.

Johann Benjamin Koppe

EDITIONIS KOPPIANAE
VOL. IX.

COMPLECTENS
EPISTOLAS CATHOLICAS.
FASCICVL. I.
EXHIBENS
EPISTOLAM IACOBI.

CONTINVAVIT
D. DAVIDES IVLIVS POTT.

EDITIO TERTIA AVCTIOR ET EMENDATIOR.

GOTTINGAE
APVD HENRICVM DIETERICH.
MDCCCXVI.

EPISTOLAE CATHOLICAE GRAECE

PERPETVA ANNOTATIONE ILLVSTRATAE

A

D. DAVIDE IVLIO POTT

David Julius Pott

FASC. I.

COMPLECTENS EPISTOLAM IACOBI.

EDITIO TERTIA AVCTIOR ET EMENDATIOR.

GOTTINGAE
APVD HENRICVM DIETERICH.
MDCCCXVI.

PRAEFATIO.

Et in paranda tertia hac commentarii noſtri in epiſtolam Iacobi editione eandem, quam in ſuperioribus, interpretationis methodum ſervandam cenſuimus. Neque ad moralem, quam vocant, neque ad myſticam interpretandi rationem, quarum illa iam langueſcit, dum pullulat haec, vllo modo delapſi ſumus, ne auctorem noſtrum plus minusue vidiſſe atque intellexiſſe perhibeamus, quam vere vidiſſe et intellexiſſe putandus eſt; ſed methodum Koppianam, i. e. hiſtoricam atque grammaticam, et hodie Viris doctis longe plurimis probatam, firme te-

nuimus, perſuaſiſſimi, hac ſola duce inueſtigari poſſe, quae cogitauerit ſcripſeritque ipſe auctor, non quae nos eum cogitaſſe atque ſcripſiſſe velimus. In hac igitur conſiſtentes permulta, ſiue prolegomena, ſiue textum, (quem ad Griesbachianum conformare haud dubitauimus), ſiue perpetuam annotationem et excurſus ſpectaueris, modo reſecanda, modo addenda, modo aliter efferenda cenſuimus, ita vt editio haec, nouis hisce curis perpolita, a prioribus quam maxime diſtet; id quod Lectores non tam turpi in iis, quae ſemel placuerint, tuendis inconſtantiae et mobilitati, quam potius veri inueſtigandi ſtudio, nullis, et ne propriarum quidem opinionum, quarum olim patrocinium ſuſcepimus, vinculis conſtricto, daturos eſſe perſuaſum habeo. Larga vero libri perpoliendi ſuppeditata erat materia, cum, in interpretando μικραιτιος ipſe, nec vlli minus, quam mihimet ipſe ſufficiens, et alieni faſtidii ſignificatione corrigerer; ſiquidem contigerunt mihi operis mei cenſores non minus benigni quam iuſti, quorum operam, quam in me admonendo inſignem collocauerunt, vt in qualibuscunque meis retractandis negligerem, a me

impetrare non potui, ab iſta arrogantia prorſus alieno, quae in ſemel dictis acquieſcens alienam reprehenſionem detrectat. Praeterea, ex quo libellum altera vice foras dedi, plures exſtiterunt Viri docti, qui partim epiſtolae hiſtoriam penitius inueſtigandam, partim epiſtolam ipſam explicandam, partim ſingulares eius partes, vel data operis mei publice diiudicandi opportunitate, nouis coniecturis exornandas ſibi ſumerent, vt Morus, Zieglerus, Clausenius, Eichhornius, Gablerus, Hugius, Bertholdtius, Stolzius, Schmidtius, Augusti, Reichardus, Henslerus, Hottingerus, alii, quorum obſeruationibus egregiis ad explicationem meam emendandam et condecorandam pro inſtituti ratione quam diligentiſſime vſus ſum. Neque tamen in ſolis iis, quae ab aliis accepi, reddendis acquieui, ſed multa etiam loca propriae inueſtigationis et meditationis nouitate inſtruere conatus ſum, an vero et probabilitate, iudicium eſto penes arbitros me intelligentiores. Hos, non tam vt frontem remittant, quam potius vt, quae etiamnunc displicuerint, eadem, quam ſaepius iam expertus ſum, ſimplicitate

atque humanitate mihi indicent, consiliique sui copiam mihi faciant, omni, qua par est, obseruantia rogatos volo, quo maiori sollicitudine incendar admonearque, si quid forte me, vt meum, fefellerit; neque enim vlli patientius reprehenduntur, quam qui corrigi cupiunt.

Dab. in Georgia Augusta d. I. Maii A. C. MDCCCXVI.

POTT.

PROLEGOMENA
IN
EPISTOLAS CATHOLICAS
ET PRAECIPVE ILLAM
I A C O B I.

Epiſtolae catholicae, vti *nominis* communione, ſic etiam, praecipue quae Iacobi, Petri ac Iudae nomina in fronte gerunt, communi aliquo ſcriptionis *conſilio*, *ſcribendi genere*, ac *tempore*, nec non priſtino *vſu* rariori, inuicem iunctae eſſe videntur. Quod ſi ita eſſe deprehenderetur, haud ſpernendum inde interpretationis praeſidium repeti poſſe ac debere, vix eſt quod moneamus. Quare de ſingulis ſigillatim, qua fieri poteſt, breuitate agere animus eſt.

I. Epiſtolas Iacobi, Petri, Iohannis et Iudae cum in codicibus, tum in verſione Arabica, tum in ſcriptis patrum antiquiſſimorum, tum denique in editionibus praeſtantiſſimis, Complutenſi, Erasmi, Colinaei, Stephani et Bengelii communi *καθολικῶν επιστολων nomine* venire, res eſt omnibus notiſſima; vndenam vero ortum ſit hoc nomen, et quo ſenſu ſic dictae ſint epiſtolae illae, in tanta teſtimoniorum veterum ambiguitate, longe

difficilius eſt diremtu. Quo factum eſt, vt ſequiores tum patres, tum interpretes, cauſas huius vocabuli hinc inde arriperent diuerſiſſimas, ita vt ipſe *ſeptenarius* harum epiſtolarum numerus, cum idem et *vniuerſitati* competat, quibusdam huius vocis originem atque ſenſum ſuppeditare viſus ſit.

Mihi quidem iam nunc rem retractaturo, omnes interpretes mecum a recto rei inueſtigandae tramite aberaſſe videntur, qui id agerent, vt vocis noſtrae ſignificationem, quam variaſſe in tanta teſtimoniorum discrepantia dubitari vix poteſt, ad vnam, eamque omni aeuo chriſtiano communem reuocarent, quo tum fieri aliter vix potuit, quin alia ſignificatio, eaque, vbi certis temporis, quo obtinuit, finibus circumſcriberetur, veriſſima licet, cum aliis aliorum temporum teſtimoniis memoriae proditis conciliatu difficillima deprehenderetur. Praeeunte potius b. Noesselto [1]); (cuius ſententiam, quam non prorſus noſtram reddere potuimus, vlteriori adhuc disquiſitioni reſeruamus), recentior vſus loquendi a veteri diſtinguendus, variaque pro temporis varietate vocis noſtrae vis locum habuiſſe putanda eſt.

1. Hac via, in qua perſequenda haud raro S. V. Bertholdtio [2]) monſtratore vſus ſum, perveni ad ſtatuendam ſignificationis vocis noſtrae varietatem potiſſimum hanc:

a. Seculis ſcilicet duobus prioribus vsque ad med. ſec. III., praeter epiſtolam illam, plurium

[1]) In *coniecturis ad hiſtoriam catholicae Iacobi epiſtolae.* Exſt. in Opusc. Fasc. II. p. 303 ſqq.

[2]) *Hiſtorisch-kritiſche Einleitung in ſämmtliche kanoniſche und apokryphiſche Schriften des A. und N. T.* Vol. I. p. 216 ſqq.

apoſtolorum nomine ſcriptam Act. 15, 23 ſqq. illamque Barnabae, et epiſtola prima Iohannis primaque Petri, nec non illa Iudae, idcirco *catholicae* dictae eſſe videntur, quia non vni vel homini, vel eccleſiae, vel regioni, ſed Chriſtianorum per orbem terrarum diſperſorum pluralitati deſtinatae deprehendebantur, ita vt hoc tempore επιστολαι καθολικαι haud differant ab επιστολαις εγκυκλιοις.

Argumenta, ad quae pro tuenda hac ſententia prouocamus, huc fere redeunt:

Primum vix eſt quod moneamus, vocabuli καθολικος vel ex etymologia eam eſſe naturam, vt *vniuerſalitatis* omnino notionem inferat, adeoque etiam ad *res pluribus, ſeu omnibus, quorum intereſt, deſtinatas* commode transferri poſſit [3]).

Deinde ex ſcriptoribus eccleſiaſticis *Origenes* praeter Barnabae epiſtolam [4]), tam Iohannis [5]) quam Petri priorem [6]); nec non illam Iudae [7]),

[3]) Onomaſticon vetus: *vniuerſale*, καθολικον. *Chryſoſtomus* in Pſ. 110. dicit: Απο των καθολικων επι τα μερικα μεταγειν τον λογον. Et αναστασις olim euentura καθολικη dicitur.

[4]) *Contra Celſum* l. 1. fin. Γεγραπται δη εν τῃ Βαρναβα καθολικῃ επιστολῃ.

[5]) *Comment. in Matth.* T. III. p. 797. ed. de la Rue: Προσχες ει δυνασαι απο της Ιωαννου καθολικης οὑτως εχον· αγαπητοι κ. τ. λ. coll. 1 Ioh. 3, 2. — Comment. in Ioh. Opp. T. IV. p. 76. Εν τῃ καθολικῃ του αυτου Ιωαννου επιστολῃ coll. 1 Ioh. 1, 5.

[6]) *Comment. in Ioh.* Opp. T. IV. p. 135. Παρα τῳ Πετρῳ εν τῃ καθολικῃ επιστολῃ· Θανατωθεις γαρ, Φησι, σαρκι κ. τ. λ. coll. 1 Pet. 3, 18. Plura dabit not. 43.

[7]) *Comment. in ep. ad Rom.* Opp. T. IV. p. 549. *Iudas apoſtolus in epiſtola* catholica *dicit*. coll. Iud. 6. Neque aliter homil. VII. in Ios. Opp. T. II. p. 412. Cf. infra not. 47.

et *Dionyſius Al.* itidem Iohannis primam [8]), epiſtolas *catholicas* vocant, non addita quidem huiusce nominis, (quod non tam ipſi demum inueniſſe, quam potius vſu iam ſatis tritum inueniſſe videntur), ratione et explicatione, ſed nexu ſemper, ſi quid iudico, cum epiſtolarum εγκυκλιων ſignificatione, modo prolata, conciliatu longe facillimo. (Vid. infra.) Locum vero *Clementis Al.* Strom. l. 4. p. 512. Sylb. [9]) huc pertinere interpretes negare ſolent, quoniam, dum epiſtolam eccleſiae Hieroſolymitanae Act. 15, 23 ſqq. catholicam vocet, hoc vocabulo ſignificatione primitiua vtatur, vt ſit epiſtola *vniuerſalis* ſ. *generalis*, quatenus *omnium apoſtolorum* nomine et conſenſu ſcripta cenſebatur, id quod *Clemens* voci επιστολη καθολικη ſtatim ſubiunctis verbis: των αποστολων ἁπαντων, luculenter ſignificauerit, quare de vero ſenſu huius loci, a conſtituendo vſu loquendi eo, quo epiſtolarum noſtrarum heptas *catholica* dicta ſit, prorſus alieni, nulla eſſe poſſit controuerſia [10]). Quodſi vero, vix repugnante loci contextu, verba illa των αποστολων ἁπαντων, non minus ac ea, quae proxime ſequuntur, non tam ad vocem illam επιστ. καθολ. explicandam, quam ad epiſtolae illius naturam omnino deſcribendam retuleris;

[8]) Ap. *Euseb.* h. e. l. 7. c. 25. Ὁυ το ευαγγελιον το κατα Ιωαννην επιγεγραμμενον, και ἡ επιστολη καθολικη. Reliqua vid. infra not. 44.

[9]) Κατα την επιστολην καθολικην των αποστολων ἁπαντων, συν τῃ ευδοκιᾳ του ἁγιου πνευματος, τῃ γεγραμμενῃ μεν εν ταις Πραξεσι των Αποστολων, διακομισθεισῃ δε εις τους πιστους δι' αυτου διακονουντος του Παυλου.

[10]) Sic ſtatuunt b. ZIEGLERUS Progr. *quo I. C. G. Dahlio dignitatem Doctoris theol. collatam eſſe teſtificatur.* Roſtochii 1807. p. 9 ſq. *S. V.* EICHHORNIUS *Einleitung ins N. T.* Vol. III. p. 556 ſq. alii.

et hic επιστολης εγκυκλιου significatum optime procedere putauerim, cum epiſtola illa non ſoli eccleſiae Antiochenae, ſed omnibus eccleſiis chriſtianis ex ethnicis collectis tradi, vel, vt ipſis verbis Clementinis hic obuiis vtar, εις τους πιστους διακομιζεσθαι debebat, ita vt prorſus non eſſe videatur, quod *Clementem* ſenſu iſto peculiari hanc epiſtolam catholicam nuncupaſſe ſtatuamus. Ceterum neque ille, neque alius ſcriptor ſeculi ſecundi epiſtolarum catholicarum vllam hoc nomine appellauit [11]), niſi forte ab *Apollonio* hoc factum eſſe dixeris, quippe qui iam ſeculi ſecundi finem verſus contra Montaniſtas ſcribens, auctore *Euſebio* [12]) Themiſonem quendam Cataphrygium eo audaciae proceſſiſſe narrat, vt μιμουμενος τον Αποστολον καθολικην τινα επιστολην compoſuerit. Qui Montaniſtas Iohannem ſuum plurimi feciſſe meminerit, vix dubitabit, Apoſtolum illum, quem Themiſon, qui et ipſe a Montaniſtarum partibus ſtetiſſe creditur, imitatus ſit, ipſum Iohannem fuiſſe, et Themiſonem, id agentem, vt epiſtolam *catholicam* componat, inter epiſtolas Iohannis priorem potiſſimum in animo habuiſſe, eodem nomine inſignem. Iam vero quia Themiſon in proxime ſequentibus epiſtola *catholica* eos inſtituere

[11]) Idem ille *Clemens* epiſtolam *Iohannis primam* allegans, eam vocat epiſtolam *maiorem* in Stromat. l. II. p. 389. Φαινεται δε και Ιωαννης εν τη μειζονι επιστολη τας διαφορας των αμαρτιων εκδιδασκων εν τουτοις· εαν τις ιδη τον αδελφον κ. τ. λ. 1 Ioh. 5, 16. *Primam Petri* vero laudat tanquam vnicam in Strom. III, 18. IV, 13. Πετρος εν τη επιστολη λεγει. Eodem modo quoque *Irenaeus* adv. Haeres. V, 23. Petrus ait in *epiſtola ſua*.

[12]) *Hiſt. eccl.* l. 5. c. 18. Ετολμησε μιμουμενος τον Αποστολον καθολικην τινα συνταξαμενος επιστολην· κατηχειν μεν τους αμεινον αυτου πεπιστευκοτας.

voluiſſe dicitur, qui *fideliores ipſo*, (i. e. *magis orthodoxi*), fuiſſent, et epiſtolam *catholicam* pro *orthodoxa* dictam eſſe colligunt [13]). Sed licet, verbis *Apollonii* per ſe ſpectatis, ſic recte diſputari lubens concedam, tamen, praecipue vbi *orthodoxiae* notionem et nomen iam *Apollonii* aeuo in vſu fuiſſe, aliunde recte addubitetur, et epiſtolae *circularis* exemplar, quod Themiſon imitatus ſit, neque ab epiſtolae prioris Iohannis argumento vniuerſali, neque a loci noſtri contextu alienum videri poſſit, cum ſcribendae epiſtolae *orthodoxae* conſilium haud ita in arrogantiae vitium verti potuiſſet Themiſoni, quam epiſtolae εγκυκλιου exarandae propoſitum, quippe qua ſe talem haberi velle declarauerit, qui *Chriſtianos omnes* meliora edocere poſſit. Sed in tanta vtriusque teſtimonii, tam *Clementis* quam *Apollonii*, ambiguitate, ex neutro equidem pro neutra tam *circularis* quam *orthodoxae* epiſtolae ſignificatione vel ſtabilienda vel labefactanda praeſidium ſatis firmum repeti poſſe, neutroque loco omnino in toto hoc diſputationis genere aliquid confici ac dirimi poſſe putauerim.

Neque porro epiſtolae εγκυκλιου ſignificatio ab epiſtolarum ab *Origene* et *Dionyſio* commemoratarum conſilio ac tenore aliena dici poteſt, cum epiſtola Barnabae ex mente auctoris non eccleſiae vni ſed pluribus deſtinata fuerit; Petri vero epiſtola prior τοις παρεπιδημοις εν δη διασπορα, et illa Iudae τοις ηγιασμενοις κλητοις inſcriptae deprehenderentur; Iohannis denique prior, omni titulo carens, non minus ac euangelium eius, omnibus Chriſtianis dicata videretur.

[13]) Cf. b. Zieglerus et S. V. Eichhornius ll. cc.

Denique, me quidem iudice, reliquae vocis noſtrae ſignificationes, modo ab epiſtolarum *orthodoxia* et γνησιοτητι, modo a *collectione* earum καϑ' ὁλον facta, modo aliunde repetitae, quatenus iam *prioribus iſtis ſeculis* obtinuiſſe ſtatuuntur, gravioribus premuntur difficultatibus, quam epiſtolarum eccleſiarum circulum obeuntium ſignificatio, a nobis prolata, nectere videtur. (vid. infra.)

Ceterum cum S. V. BERTHOLDTIO [14]) contendere non auſim, priorem Iohannis ſemper ſola duarum reliquarum, ſingularibus hominibus deſtinatarum, primamque Petri, poſterioris tantum, (quae et ipſa, vbi argumentum conſuluerimus, non omnibus, quibus prior, eccleſiis deſtinata videatur), ratione habita epiſtolas catholicas a ſcriptoribus ſupra commemoratis dictas eſſe; cum titulus Petrinae poſterioris: τοις ισοτιμον ἡμιν λαχουσι πιστιν, haud additis, vt 1 Pet. I, 1., prouinciarum, quas incolant, nominibus, adhuc latius patere videri poſſit, ac inſcriptio prioris, neque adſit, cui, huic disputandi generi inhaerentes, vnam Iudae epiſtolam oppoſitam fuiſſe ſtatuamus. Mihi quidem vel illud ipſum, quod hi apoſtoli, licet Paullus epiſtolarum ope Chriſtianos vlterius edocendi et commonendi exemplum praeiuerit, ſecus tamen ac ille, non vni vel eccleſiae vel homini, ſed pluribus eccleſiis ſimul vnam eandemque epiſtolam transmiſerint, ſuffeciſſe videtur, vt hae epiſtolae, propter hanc vniuerſalitatis nouitatem, et ipſae vniuerſales ſeu εγκυκλιοι vocarentur.

b. *Euſebii* vero et ſequiori aeuo eccleſia catholica eademque orthodoxa magis magisque emergente, et ea, quae ad eccleſiam hanc iuuandam

[14]) L. c. pag. 224.

et promouendam spectabant, ac inter haec et βιβλια vocabantur καθολικα, quae *praelectione in ecclefia catholica digna* deprehendebantur. Hinc factum effe videtur, vt epiftola Iohannis et Petri prior, nec non illa Iudae, quae et ipfae recitationibus ecclefiafticis inferuiebant, pereunte επιστολων εγκυκλιων, quo fenfu hucusque catholicae vocatae erant, fignificatu eo catholicae dicerentur, quo hoc nomine *libri ecclefiaftici, feu ad praelectiones publicas in ecclefia habendas idonei* falutari foliti erant, et iunctim *codicem ecclefiafticum* conftituerent, in quem poft med. Sec. III. et epiftola Iacobi, nec non Petri altera et Iohannis fecunda et tertia receptae funt, quia non minus ac illae dignae cenfebantur, quae in ecclefiis recitarentur.

Et ad demonftrandam ftabiliendamque hanc vocis epiftolarum catholicarum immutatam fignificationem plura facere videntur.

Quod *primum* ad vfum loquendi attinet, illa quidem, quam modo protulimus, epiftolarum catholicarum vis cogitari vix poteft, nifi fimul et formulam *ecclefiae catholicae*, per quam illae lectitatae fint, obtinuiffe ftatueris [15]). Iam vero ec-

15) Formula *ecclefia catholica*, fine dubio inde petita, quod, ipfo Chrifto profitente, ecclefia fua non, vti iudaica, anguftis Iudaeae limitibus includi, fed εκ ολου του κοσμου Matth. 14, 9. 26, 13. fiue ex omnibus hominum generibus in vniuerfo orbe colligi debebat, neque in fymbolo, quod vocant, apoftolico ab initio exftitit, neque apud patres apoftolicos, (vbi ab *Ignatio* receſſeris, in ep. ad Smyrn., quam tamen fpuriam effe conftat, fic habente: ὅπου αν η Χριστος Ιησους, εκει ἡ καθολικη εκκλησια), obvia eft, fed doctoribus graecis, fortaffis Alexandrinis, originem debere videtur, a quibus Latini eam acceperunt. Cf. *Verfuch über die Entftehung der katholifchen Kirche*, Exft. in *I. E. Chr.* SCHMIDTS

clesia non hoc ſolum ſed et ſequiori adhuc aeuo dicébatur *catholica* δια το κατα πασης ειναι της οικουμενης, απο περατων γης ἑως περατων [16]), neque aliter *fides catholica* ἡ καθ' ὁλης της οικουμενης ἑως περατων τῆς γης διεσπαρμενη [17]). Vnde apparere videtur, epiſtolas tam *ad vniuerſam eccleſiam perſcriptas*, quam *ab vniuerſa eccleſia lectitatas*, communi epiſtolarum *catholicarum* ſiue *vniverſalium* nomine inſigniri, aliamque ex alia ſignificationem facillime prodire potuiſſe.

Adeuntibus porro nobis ipſa *Euſebii* loca huc ſpectantia, vix dubium remanere poteſt, quin epiſtolas *catholicas* pro epiſtolis *in eccleſiis lectitatis* ſumſerit. Siquidem ipſi ſermo eſt de *ſeptem* iisque *ſic dictis* epiſtolis catholicis, (nam ex quo poſteriores Iohannis epiſtolae, ad ſingulares homines datae, catholicis annumerabantur, nonniſi abuſiue hae cum reliquis catholicae, ſenſu επιστολων εγκυκλιων, quo hucusque obtinuerunt, vocari poterant), easque *in plurimis eccleſiis publicae praelectioni inſeruiiſſe* diſerte commemorat [18]). Praeterea *Euſebius* alibi refert: "primam Petri epiſto„lam omnium conſenſu eſſe receptam, cum veteres „eccleſiae ſcriptores eam vt indubiam (αναμφι-

Bibliothek für Kritik und Exegeſe des N. T. Tom. II. faſc. 1. p. 3 ſqq.

16) *Cyrill. Hieros. Catecheſ.* 18.

17) *Optatus* II. *de ſchismat. Donat.*

18) *Hiſt. eccl.* II, 23 fin. Τοιαυτα δε τα κατα τον Ιακωβου, οὐ ἡ πρωτη των ονομαζομενων καθολικων επιστολων ειναι λεγεται. Ἰστεον δε, ὡς νοθευεται μεν· ου πολλοι γουν των παλαιων αυτης εμνημονευσαν, ὡς ουδε της λεγομενης Ιουδα, μιας και ταυτης ουσης των ἑπτα λεγομενων καθολικων. Ὁμως δε ισμεν, και ταυτας μετα των λοιπων εν πλεισταις δεδημοσιευμενας εκκλησιαις.

„λεκτον) in ſcriptis ſuis laudaſſent. Alteram quidem Petri non eſſe, quae in numero librorum „N. T. habeatur (ουκ ενδιαϑηκον ειναι): ſed quum „pluribus vtilis viſa fuiſſet, etiam cum reliquis „ſ. ſcripturae libris *lectitatam* eſſe. Enimvero Acta, „Euangelium, Praedicationem et Reuelationem „Petri nunquam inter ſcripta *catholica* (εν καϑο„λικοις) relata fuiſſe, quandoquidem nec vetuſtio„rum quisquam nec recentiorum eccleſiae ſcripto„rum teſtimonio ex iis libris deſumto vſus ſit [19])." Licet hic locus, in dicendi genere parum diligente et ſubtili, quo hiſtoriae eccleſiaſticae pater vtitur, aliqua laboret obſcuritate; ſatis certo tamen ex ſcriptorum Petrinorum, tam catholicorum quam non catholicorum mutua, quam exhibet, comparatione apparere crediderim, ſcripta catholica ipſi fuiſſe ſcripta genuina, et praecipue Chriſtianorum commodis inſeruientia adeoque digna, quae in coetibus ipſorum recitarentur. Neque alio ſenſu idem ille etiam epiſtolas *Dionyſii Corinthiaci*, ad ſingulares eccleſias et homines datas, vocare videtur catholicas, quippe quas in eccleſiis praelegi ſe velle, haud obſcure ſignificat [20]).

19) *Ibidem* III, 3. Πετρου μεν ουν επιστολη μια, ἡ λεγομενη αυτου προτερα, ανωμολογηται. ταυτῃ δε και οἱ παλαι πρεσβυτεροι ὡς αναμφιλεκτῳ εν τοις σφων αυτων κατακεχρηνται συγγραμμασι. — το γε μην των επικεκλημενων αυτου πραξεων, και το κατ᾽ αυτον ωνομασμενον ευαγγελιον, το δε λεγομενον αυτου κηρυγμα, και την καλουμενην αποκαλυψιν, ουδε ὁλως εν καθολικοις ισμεν παραδεδομενα, ὁτι μη τε αρχαιων, μη τε των καϑ᾽ ἡμας τις εκκλησιαστικος συγγραφευς ταις εξ αυτων συνεχρησατο μαρτυριαις.

20) *Ibidem* IV, 23. init. Και πρωτον γε περι Διονυσιου φατεον· ὁτι τε της εν Κορινϑῳ παροικιας τον της επισκοπης εγκεχειριστο ϑρονον· και ὡς της ενϑεου φιλοπονιας ου μονον τοις ὑπ᾽ αυτον, αλλ᾽ ηδη και τοις επι της αλλοδα-

Re *denique* fic fpectata, nec mirum videri poteft, cur haec epiftolarum heptas in tot codici-bus N. T. a reliquis fcriptis feparata appareat, licet Iohannis et Petri prior eodem iure, ac epiftolae Paullinae, ad complexum librorum της καινης διαθηκης ecclefiae catholicae pertinuerint, adeo-que cum reliquis libris ὁμολογουμενοις *Eufebii* iungi debuiffent. Scilicet, duae hae epiftolae, vt publica recitatione dignae, iamiam in codicem ecclefiafti-cum, feu librorum, praelectioni inferuientium, cum quinque reliquis redactae erant, eoque minus effe videbatur, quod inde diuulfae Paullinis an-necterentur, cum et quinque reliquarum mox agnita auctoritate apoftolica, etiam in catholicis collocatae Paullinis haud inferiores apparerent.

c. Nimirum procedente tempore reliquae quin-que epiftolae, hactenus αντιλεγομεναι, tanquam vere apoftolicae in canonem recipiebantur, receptae-que cum duabus ὁμολογουμεναις in vnum corpus collectae, ficque a Paullinis, quas iam auctoritate aequiparabant, diftinctae funt, ita vt duplici ifti fcriptorum N. T. codici, τῳ ευαγγελικῳ et τῳ αποστολικῳ, tertium eumque καθολικον additum effe dixeris.

Neque haec *epiftolarum canonicarum Paullinis ad latus datarum* fignificatio, qua iam nunc obti-nent epiftolae catholicae, ab epiftolarum in eccle-fia lectitatarum fignificatu, quo ante vfurpabantur, aliena putanda eft, cum apoftolicis, quae publice praelegerentur, digniores inueniri haud poffent.

Hinc de feptem epiftolis catholicis, ad codicem N. T. pertinentibus, iisque hic illic vel Paullinas

της αφθονως εκοινωνει' χρησιμωτατον απασιν εαυτον καθιστας, εν αις επετυπουτο καθολικαις προς τας εκκλησιας επιστολαις.

ordine praecedentibus; fermo eft fcriptoribus ecclefiafticis Sec. IV. tam graecis, vt *Athanafio*[21]), *Cyrillo Hierofol.*[22]), *Gregorio Nazianzeno*[23]), *Amphilochio*[24]), quam latinis, e. g. *Hieronymo*[25]),

[21]) In *feftal. ep. fragm.* poft commemorata euangelia fic pergit: Ειτα μετα ταυτα Πραξεις αποστολων και επιστολαι καθολικαι καλουμεναι των αποστολων ἑπτα, οὑτως· Ιακωβου μεν μια, Πετρου δε δυο, ειτα Ιωαννου τρεις, και μετα ταυτας Ιουδα μια. Προς τουτοις Παυλου αποστολου εισιν επιστολαι δεκατεσσαρες. κ. τ. λ.

[22]) *Cat.* IV, 36. Δεχου — προς τουτοις (πραξεσι των αποστολων) δε και τας ἑπτα, Ιακωβου και Πετρου, Ιωαννου και Ιουδα καθολικας επιστολας. Επισφραγισμα δε των παντων, και μαθητων το τελευταιον, τας Παυλου δεκατεσσαρας επιστολας.

[23]) In carmine, cui titulus eft: περι των γνησιων βιβλιων της θεοπνευστου γραφης:

Ἑπτα δε καθολικαι· ὡν Ιακωβου μια,
Δυο δε Πετρου, τρεις δ' Ιωαννου παλιν,
Ιουδα δ' εστιν ἑβδομη. — —

[24]) In *Iambis ad Seleucum*, quos tamen alii ipfius *Gregorii Naz.*, alii alius Sec. IV. auctoris effe putant:

Ειεν τι λοιπον; καθολικων επιστολων
Τινες μεν ἑπτα φασιν, οἱ δε τρεις μονας
Χρηναι δεχεσθαι, την Ιακωβου μιαν,
Μιαν δε Πετρου, την τ' Ιωαννου μιαν.
Τινες δε τας τρεις, και προς αυταις τας δυο
Πετρου δεχονται, την Ιουδα δ' ἑβδομην.

Hinc patet, epiftolam Iacobi tempore huiusce auctoris maiorem auctoritatem nactam effe, quam illam Iudae, quae *Origeni* erat *tertia* catholica.

[25]) *De ftudio fcripturarum ad Paulinum* T. IV. P. II. p. 568. ed. Bened. vbi in catalogo fcriptorum V. et N. T. ibi exhibito, leguntur haec: *Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas, Apoftoli, feptem epiftolas ediderunt, tam myfticas quam fuccinctas, et breues pariter et longas: breues in verbis, longas in fententiis, vt rarus fit, qui non in earum lectione coecuciat.*

et Sec. VI. *Caſſiodoro*, qui has epiſtolas diſerte *canonicis* annumerat [26]).

Sed multa ex *dubiis* iſtis, quibus premitur ſententia ea, ex qua epiſtolae catholicae *ſemper* epiſtolarum *circularium* ſignificatione obtinuiſſe perhibentur, et contra qualemcunque ſententiam noſtram hucusque expoſitam, quatenus eandem ſignificationem ſuperioribus ante *Euſebium* temporibus locum habuiſſe aſſerit; moueri poſſe videmus, a quibus iam nunc eam vindicare conabimur.

Obiiciunt *primum:* ſi epiſtolae illae tum temporis ideo catholicae dictae ſint, quia *non vni* eccleſiae deſtinatae fuerint, etiam epiſtolam ad Hebraeos, non minus quam epiſtolam Iacobi *Hebraeis* inſcriptam, ſimiliterque priorem epiſtolam Paulli ad Corinthios, quae non ſolum τῃ εκκλησια του Θεου τῃ ουσῃ εν Κορινθῳ, ſed etiam πασι τοις επικαλουμενοις το ονομα του Κυριου ἡμων I. X. εν παντι τοπῳ (1 Cor. 1, 2.) deſtinata ſit, *catholicis* epiſtolis annumerari debuiſſe. Sed obiectio ab epiſtola ad Hebraeos repetita vix hoc loco admitti poteſt, cum haec epiſtola omnino inſcriptione atque ſalutatione ab auctore profecta careat, nam titulum iſtum προς Ἑβραιους ſerioris originis eſſe, omnes conſentiunt interpretes. Praecipue vero in vetuſtiſſima eccleſia parum exploratum fuit, num Paullus epiſtolae auctor habendus ſit, an alius; et ab *Hieronymi* demum temporibus mos inualuit, eam τοις ὁμολογουμενοις accenſendi. Omnino igitur haec epiſtola iure quodam ſuo catholicis an-

26) *Inſtitutt. div. lit.* c. 8. *In epiſtolis autem* canonicis *Clemens Al. presbyter, qui et Stromateus vocatur, i. e. in epiſtola ſ. Petri prima, ſ. Iohannis prima et ſecunda et Iacobi quaedam Attico ſermone declarauit.*

numerari potuiſſet, ac forſan iis annumerata fuiſſet, niſi traditio aliqua particularis eam Paullo adſcripſiſſet, id quod in cauſa fuit, cur eam vt dubiam in medio relinquerent. Ad priorem vero epiſtolam ad Cor. quod attinet, nullo modo probabile eſt, Paullum, tanta humanitate et benignitate erga Chriſtianos ſuos praeditum, voluiſſe, vt haec epiſtola, in qua criminum tam foedorum Corinthios inſimulat, cum pluribus eccleſiis communicaretur. Videntur potius Paullo, Corinthiis ſalutem dicenti, reliqui etiam Chriſtiani per orbem terrarum vbique diſperſi in mentem veniſſe, quibus hic vna cum Corinthiis ſalutem apprecari non omittit, licet iis integram epiſtolam deſtinare nolit. Ne dicam, vtramque epiſtolam, tam ad Hebraeos, quam priorem ad Cor., ſi vel maxime pluribus eccleſiis deſtinatae fuerint, επιστολαις καθολικαις κατ' εξοχην ſic dictis eam ob cauſam eximi potuiſſe, quia alii epiſtolarum claſſi, *Paullinarum* nimirum, iam annumerari ſolitae erant.

Deinde opponunt [27]): epiſtolas catholicas nunquam, et ne iſto quidem aeuo ſuperiori, pro epiſtolis circularibus ſumi potuiſſe, quia haec ſignificatio conciliari non poſſit cum ſecunda et tertia Iohannis epiſtola, quarum illa εκλεκτη Κυρια, haec autem inſigni viro Caio inſcripta ſit. Sed pro certo affirmare licet, has epiſtolas, prioribus eccleſiae temporibus nomine catholicarum epiſtolarum non inſignitas fuiſſe, ſed hanc appellationem demum procedente tempore alioque ſenſu ad eas translatam eſſe. (vid. ſupra.)

27) E. g., vt noſtrates taceamus, COTELERIUS in edit. PP. apoſtol. T. I. p. 6. et BENSONIUS in *Paraphr. Erkl. des N. T.* Vol. III. praef. p. 9.

Obiiciunt *porro* [28]): inter eas, quibus principio nomen των επιστολων καθολικων impofitum fit, fine dubio fuiffe *primam* Petri, quae tamen minime vniuerfalis, fiue ad omnes omnino Chriftianos fcripta fuiffet, fed nominatim ad ecclefias in Ponto, Galatia, Cappadocia, Afia et Bithynia. 1 Petr. I, 1. Sed hoc quid quaefo aliud eft, quam in diiudicanda vniuerfalitatis notione omnia cum puluisculo excutere et ad argutias metaphyficas reuocare, cum vel ipfa vniuerfalitas in populari hoc disputandi genere intra limites amplioris omnino propagationis, exiguis vnius ecclefiae cancellis oppofitae, merito circumfcripta putari debeat.

Omnium *denique* grauiffima obiectio ex alia fummorum interpretum fententia prodire videtur, quippe qui, epiftolas catholicas vnquam epiftolarum *circularium* fignificatione obtinuiffe negantes, easdem potius vel ante *Eufebium* pro epiftolis *legitimis*, *apoftolicis* et *canonicis* fumtas effe contendunt. De qua tamen fententia non minus ac de dubio inde contra explicationem a nobis prolatam oriundo mox vberius differendi locus erit.

Progrediamur nimirum ad *alias aliorum* de epiftolarum catholicarum nomine et fignificatu *fententias* diligenter exponendas modefteque diiudicandas, inter quas

2. vetuftiffima ftatuit: *epiftolas noftras omni tempore dictas effe* καθολικας *veluti* εγκυκλιους, *quoniam non fingulari genti aut ciuitati infcriptae fint, vt Paulli epiftolae, fed in vniuerfum* (καθ' ολου) *omnibus omnino Chrifti affeclis*, ita vt vetuftiffima ecclefia epiftolas noftras hoc nomine a Paullinis diftinguere voluiffe videatur. Sic iam ftatue-

[28]) ZIEGLERUS l. c. pag. 6.

runt *Oecumenius* [29]) et *Leontius* [30]) (ſec. VI.), iisque praeeuntibus *Grotius*, *Wolfius*, *Wetſtenius*, *Morus* [31]), alii. Gaudet haec expoſitio analogia priorum eccleſiae temporum; nam ſicut vetuſtiſſima eccleſia diſtinxit inter Ευαγγελιον et Αποστολον, ſic quoque diſtinguere potuit inter epiſtolas Paullinas et Non-Paullinas ſiue Catholicas. Gaudet praeterea vſu loquendi, quo formulam επιστ. καθολ. apud ſcriptores eccleſiaſticos ante *Euſebium* omnino obuiam eſſe ſupra nobis demonſtraſſe videmur. Neque obnoxia putanda eſt haec ſententia obiectionibus ab ep. ad Hebr. et a poſterioribus epiſtolis Iohannis repetitis, cum ex mente eorum, qui huic ſententiae patrocinantur, merito ſtatuatur, hanc *vniuerſalitatis* ſignificationem, vocabulo καθολικος expreſſam, a ſuperioribus temporibus deriuandam eſſe, vbi epiſtolam ad Hebr. a Paullo ſcriptam eſſe adhuc dubitabatur, et vbi epiſtolae Iohannis poſteriores nondum in numerum epiſtolarum catholicarum referebantur, adeoque epiſtolas illas Iohannis ſerius in catholicarum, cum hoc nomen vſu iam receptum et ſancitum eſſet, ſocietatem veniſſe [32]). Quamuis autem haec ita

29) In proleg. in ep. Iacobi. Opp. T. II. p. 439. (Par. 1631. fol.) Καθολικαι λεγονται αυται, οἱονει εγκυκλιοι· ου γαρ αφωρισμενως εθνει ἑνι η πολει, ὡς ὁ θειος Παυλος, τοις Ρωμαιοις η Κορινθιοις προςφωνει ταυτας τας επιστολας ὁ των τοιουτων του Κυριου μαθητων θιασος, αλλα καθολου τοις πιστοις, ητοι Ιουδαιοις τοις εν τῃ διασπορᾳ, ὡς και ὁ Πετρος η και πασι τοις ὑπο την αυτην πιστιν χριστιανοις θελουσιν.

30) *De ſectis* c. 2. Καθολικαι δε εκληθησαν, επειδαν ου προς ἑν εθνος εγραφησαν, ὡς αἱ του Παυλου, αλλα καθολου προς παντα.

31) *Praelectiones in Iacobi et Petri epiſtolas.* ed. *Do-NAT.* pag. 1.

32) Sic ſaltem, vel eo, quod prouerbio ſic fides facta ſit, ex quo a potiori denominationem fieri dicunt

fefe habeant, loca tamen *Eufebii*, fupra commemorata, quae epiftolis catholicis fuo aeuo epiftolas *in ecclefiis lectitatas* infignitas effe teftari videntur, impedimento funt, quo minus hancce explicationem amplius tueri fuftineam.

3. Alii alio refpectu epiftolas catholicas pro *legitimis* fumi volunt. Hinc IUSTINIANUS 33) ftatuit, epiftolas noftras idcirco καθολικας vocatas effe, *vt hoc ipfo nomine ab epiftolis Ignatii, Barnabae, Polycarpi, Areopagitae, in canonem librorum f. nunquam relatis, discernerentur.* Iufto tamen audacior habenda eft fententia haec, cum tantum abfuiffe conftet, vt epiftolae, vulgo catholicae dictae, femper vnanimi ecclefiae confenfu probatae fint, vt potius longe plurimarum auctoritas canonica diu in dubium vocata fit. Praeftat HAMMONDI 34) fententia BENSONIO 35) probata, et a b. NOESSELTO 36), ad neutrum refpiciente, proprio marte eximie adornata. Sufpicabatur HAMMONDUS: *epiftolas catholicas effe tales, quae ab ecclefia catholica pro vere apoftolicis et canonicis haberentur, et primitus nonnifi primam Petri et primam Iohannis, quas ecclefia catholica vere apoftolicas cenferet, appellatas effe catholicas eo confilio, vt diftinguerentur a reliquis quinque epiftolis, de quarum authentia adhuc dubitaretur. Quum vero procedente tempore reliquae quinque epiftolae quoque tanquam vere apoftolicae in canonem reciperentur, nomen ad eas translatum effe.* NOESSELTUS vero (l. c.) et fuccurrendum effe videtur vetuftiori huic explicationi, nifi prorfus abfona apparere debeat.

33) Praefat. in epp. canon.

34) In fine praefat. ad alteram Iohannis epiftolam.

35) L. not. 27. cit. in praefam. pag. 10.

36) L. not. 1. p. 2. cit.

ipſe voc. ἐπίστολη καθολικη pro epiſtola *legitima omniumque conſenſu probata* accipiens, *principio hoc nomen primae Petri et Iohannis epiſtolae proprium fuiſſe contendit, quo diſtinguerentur a caeteris eorumdem ſcriptorum epiſtolis, quae incertae fidei eſſent; poſt vero cum didiciſſent, caeteras quoque eorundem apoſtolorum, itemque Iacobi et Iudae epiſtolas veterum ſcriptorum vſu tritas, plurimis etiam in eccleſiis publica lectione probatas eſſe, translatum eſſe ad vniuerſas, quas discernere a Paulli epiſtolis vellent.* Quam quidem ſententiam, acutiſſime excogitatam, b. Noesseltus, et poſt eum b. Ziegle-rus ac S. V. Eichhornius (ll. cc.), quibus magnopere probata eſt, argumentis exornauerunt his: a) *Origenem*, (quae ſunt verba b. Noesselti), quamuis ſecundam et tertiam epiſtolam Iohannis, quas tamen negat ab omnibus probatas eſſe [37]), non ignorauerit, non negligere vnquam in libris iis, qui graece ſuperſint, primam diſerte *catholicae* nomine ornare [38]). Sed cum in omnibus hisce locis *ipſis* prima epiſtola Iohannis ſimpliciter καθολικη dicatur, epiſtolis φερομεναις, νοθοις etc. haud oppoſita; a vero minus abhorrere putauerim, *Origenem*, ad eam epiſtolam Iohanneam, quam in animo habebat, lectoribus eo magis inſigniendam, vocabulo καθολικ. priorem, tanquam vniuerſalem, a duabus reliquis, ſingulis quibusdam Chriſtianis deſtinatam, diſtinguere, quam apoſtolicam eius originem ſignificare voluiſſe. Loco iſti *Origenis* alia adhuc iungit Zieglerus, ex quibus et ipſis apparere exiſtimat, επιστολην καθολικην et ὁμολο-

[37]) Ap. *Euſeb.* h. e. l. VI. c. 25. Καταλελοιπε (Ιωαννης) δε και επιστολην πανυ ολιγων στιχων· εστω δε και τριτην· επει ου παντες φασι γνησιους ειναι ταυτας.

[38]) Vid. loca ſupra not. 5. p. 3. allata.

γουμενην ei aequalem fuiffe. "Origenes, inquit, „qui primus epiftolam Barnabae vocat catholicam [39]), „non innuere voluit, nifi eam effe genuinam et „vere apoftolicam fiue canonicam. Talis enim ha- „bebatur et ab illo et ab eius doctore Clemente „Alexandrino [40]); quod recte iam obferuauit Co- „TELERIUS [41]). Eodem modo Clemens Al. locum „epiftolae Barnabae tanquam teftimonium facrae „fcripturae excitat [42])." Sed inde, quod Clemens Al. Barnabam apoftolum vocat, Origenes vero, Clementis discipulus, ad Barnabae epiftolam vllibi alludit eamque alibi catholicam dicit, nihil amplius addens, quod ad apoftolicam dignitatem, Barnabae a Clemente tributam, fpectet; vix ac ne vix quidem colligi poffe putauerim, Origenem Barnabae epiftolam catholicam propterea vocaffe, vt eam pro apoftolica feu canonica declararet. Praeterea b. ZIEGLERUS et S. V. EICHHORNIUS ad Origenis catalogum librorum V. et N. T., ab Eufebio memoriae traditum, prouocant, vbi primam Petri nominat catholicam, quo nihil aliud indicare voluerit, quam

39) Cf. loc. not. 4. p. 3. cit.

40) Strom. l. 2. pag. 375. Και Βαρναβας ὁ Αποστολος· ουαι οἱ συνετοι παρ' ἑαυτοις κ. τ. λ.

41) De epiftola Barnabae fic differens in PP. apoftol. T. I. p. 6. "Quapropter Origenes, qui putauit opus „effe Barnabae, credidit eam effe canonicam. Sunt, „inquit ad v. 24. C. I. ep. ad Rom., praeterea (ficut „in multis fcripturae locis inuenimus) etiam vtrius- „que partis vel vtriusque viae fautores quidam et „adiutores Angeli etc. — vbi, quis non videt, al- „ludit ad C. 18. epiftolae Barnabae de duabus viis „de Angelis vtrique viae praepofitis?"

42) Strom. l. 2. pag. 410. Ου μοι δει πλειονων λογων παρατιθεμενῳ μαρτυν τον αποστολικον Βαρναβαν (ὁ δε των ἑβδομηκοντα ην, και συνεργος του Παυλου) κατα λεξιν ὡδε πως λεγοντα κ. τ. λ.

eam esse ab vniuerso ecclesiae orthodoxae coetu receptam, adeoque genuinam, vere apostolicam et canonicam, quia *in proxime sequentibus* subiungat: Petrum *vnam* duntaxat reliquisse epistolam, *omnium consensu receptam* (ὁμολογουμενην), quum de altera ambigatur [43]); vnde appareat, επιστολην καθολικην ex mente *Origenis* ab επιστολη ὁμολογουμενη non distinguendam esse. Sed tanto, si quid video, interuallo haec testimonia inuicem distant, vt alius pro alius commentario haberi et ex vtroque testimonio iunctim spectato colligi non possit, epistolam primo καθολικην *vniuersalitatis* significatione dictam, deinde non item ὁμολογουμενην dici potuisse. b) Ad *Dionysii Al.* testimonium vero quod attinet, b. Noesseltus animaduertit, eum primam epistolam Iohannis vel simpliciter *episto-lam*, vel *catholicam* epistolam appellare, non item caeteras duas, quas Φερομενων nomine ab illis discernat [44]). At vero praeterea quod hisce di-

[43]) *Hist. eccl.* l. VI. c. 25. fin. Ὁν (Μαρκον) και υιον εν τη καθολικη επιστολη δια τουτων ωμολογησε Φασκων· ασπαζεται ὑμας ἡ εν Βαβυλωνι συνεκλεκτη, και Μαρκος ὁ ὑιος μου. Και τριτον το κατα Λουκαν, το ὑπο Παυλου επαινουμενον ευαγγελιον, τοις απο των εθνων πεποιηκοτα· επι πασι το κατα Ιωαννην εξηγητικων, ὁ αυτος ταυτα περι των επιστολων των Αποστολων Φησιν. Ὁ δε ἱκανωθεις διακονος γενεσθαι της καινης διαθηκης ου γραμματος αλλα πνευματος Παυλος ὁ πεπληρωκως το ευαγγελιον απο Ἱερουσαλημ και κυκλῳ μεχρι του Ιλλυρικου, ουδε πασαις εγραψεν ἁις εδιδαξεν εκκλησιαις· αλλα και ἁις εγραψεν, ὀλιγους στιχους επεστειλε. Πετρος δε εφ᾽ ᾧ οικοδομειται ἡ Χριστου εκκλησια, ἡς πυλαι ἅδου ου κατισχυσουσι, μιαν επιστολην ὁμολογουμενην καταλελοιπεν, εστω δε και δευτεραν, αμφιβαλλεται γαρ.

[44]) Apud *Euseb.* hist. eccl. l. VII. c. 25. Το ευαγγελιον το κατα Ιωαννην επιγεγραμμενον, και ἡ επιστολη καθολικη. — — Ὁ δε γε ευαγγελιστης ουδε της

cendi formulis l. c. tot intexta leguntur, vt eas ex diametro ſibi oppoſitas eſſe iure dubitemus, et vocabulum επιστολη Φερομενη non ſemper ſtricte pro epiſtola *ſpuria* ſiue *non apoſtolica* ſumendum eſſe, *Euſebium* auctorem habemus, quippe qui alioquin illam ipſam epiſtolam Iohannis *priorem*, in recenſendis ſcriptis N. T., quae omnium conſenſu recepta ſunt, Φερομενην profecto haud dixiſſet [45]. Neque tamen multum repugnauerim, vbi in eiusmodi locis epiſtolarum *catholicarum* appellationi *adiunctam* putaueris *legitimarum* notionem, cum procedente tempore vel ſub *catholicarum* nomine ſcriptis *apoſtolicis* annumerari ſolebant, (vid. ſupra), dummodo non *primitus* has epiſtolas ad apoſtolicam earum originem atque auctoritatem ſignificandam catholicas dictas eſſe cum b. NOESSELTO contenderis. Nam quae praeter ea, quae hucusque a me diſputata ſunt, me impediunt, quo minus hanc ſententiam amplectar, duo adhuc ſunt haec: *Alterum*, quod ſcriptores eccleſiaſtici ne vllum quidem, praeter epiſtolas catholicas, ſcriptum N. T., quod legitimum, ſeu, ſequiori aetate, canonicum enuntiare voluerunt, vllibi καθολικον, nec vllam epiſtolarum catholicarum, quam legitimam eſſe negare voluerunt, ου καθολικην dixerint, id quod merito mirum habere debeamus, vbi ſcripta *catholica* ſemper indicauerint ſcripta *legitima*. Quodſi vero nobiscum conceſſeris, epiſtolas noſtras primitus aliunde, et quidem plurium eccleſiarum, quibuscum ex mente auctorum commu-

καθολικης επιστολης προεγραψεν ἑαυτου το ονομα. — — — Αλλ' ουδε εν τη δευτερᾳ Φερομενῃ Ιωαννου και τριτῃ, καιτοι βραχειαις ουσαις επιστολαις ὁ Ιωαννης ονομαστι προκειται κ. τ. λ.

45) *Hiſt. eccl.* l. III. c. 25. Ἁις (επιστολαις Παυλου) ἑξῆς την Φερομενην Ιωαννου πρωτεραν.

nicari debebant, ratione habita, *catholicas* seu *vniuersales* dictas esse, et ex vniuersalibus in *lectitatas* easque *apostolicas* epistolas abiisse; (cum apostolicis digniores inueniri non poterant, quae publice praelegerentur); omnis mihi quidem, non neglecta sic primitiua vocis καθολ. significatione, circa hanc rem dubitatio euanescere videtur, siquidem inter Paullinas non erant, quae et ipsae ad vniuersam ecclesiam scriptae esse putari potuissent. (vid. supra.) *Alterum* est hoc: ex b. NOESSELTI sententia nomen epistolarum catholicarum principio nonnisi *primae Petri* et *Iohannis* epistolae inditum est, et quidem vt distinguerentur a caeteris *eorumdem scriptorum* epistolis, quae incertae fidei essent. At vero cum *Origenem* et epistolas *Iudae* atque *Barnabae* inter catholicas referre supra vidimus [46], (id quod Interpretem sagacissimum, dum illa scriberet, fugisse videtur), oritur difficultas vix extricabilis, a quibusnam aliis epistolis illae eo, quod *catholicae* vocantur, *distingui* debeant, cum Iudae nonnisi vna vnquam exstiterit, nec alterius epistolae Barnabae vllibi vestigium exstet [47]? Quid? quod vel de eo adhuc sub iudice lis est diremtu difficillima, an *Origenes* epistolam Iudae vere *genuinam* censuerit? Nam idem ille *Origenes*, qui Iudam *apostolum* vocat [48], eiusque epistolam

[46] Cf. loca not. 4 et 7. p. 3. citat.

[47] Cf. S. V. GABLERI nouum diarium theol. T. XVI. pag. 174 et S. V. BERTHOLDT l. c. pag. 221.

[48] *Hom.* VII. in Ios. Opp. Vol. II. p. 412. ed. de la Rue: *Iudas* apostolus *in epistola catholica dicit.* Neque aliter in Comment. in ep. ad Rom. Vol. IV. p. 549. In scripto vero περι αρχων c. 2. Vol. I. p. 138. ex sola, quae superest, *Ruffini* versione, leguntur haec: *Videndum nunc est secundum scripturas, quo modo contrariae virtutes vel ipse diabolus reluctantur hu-*

plena fiducia laudare videtur [49]), neque eam in recensione librorum N. T., in tubarum similitudinem vocatorum, omittit [50]); ille ipse etiam in Comment. in Matth. lectores in recipienda epistola Iudae a iudicii temeritate et praecipitatione reuocare conatur verbis his: Ει δε και την Ιουδα προσοιτο τις επιστολην, ὁρατω, τι ἑπεται τῳ λογῳ, δια το αγγελους τε μη τηρησαντας την ἑαυτων αρχην, κ. τ. λ. Sunt quidem, et inter hos SCHMIDIUS [51]), qui persuasum habeant, *Origenem* isto loco non tam *suam*, quam *aliorum* quorumdam de epistola Iudae dubitationem significasse; sed totius loci contextui ne leuissimum quidem alienae dubitationis vestigium impressum deprehenditur. Iam vbi cogitando addideris, testimonia de librorum quorumdam auctoritate apostolica ex *homiliis* repetita, vel ob id ipsum haud plenae fidei esse, quod scriptores homiletici ea sermonis popularitate vti solent, quae non tam omnia subtilius perquirere, quam potius ad animos, vel intexta aliena auctoritate, haud semper aurificis statera examinare

mano generi cet. — Et primo quidem in Genesi serpens Euam seduxisse describitur, de quo in Ascensione Moysis, cuius libelli meminit in epistola sua Apostolus Iudas, *Michael archangelus, cum diabolo disputans de corpore Moysis, ait a diabolo inspiratum serpentem causam exstitisse praeuaricationis Adae et Euae.*

[49]) *Comment. in Matth.* T. III. p. 463. Ιουδας εγραψεν επιστολην, ολιγοστιχον μεν, πεπληρωμενην δε των της ουρανιου χαριτος ερρωμενων λογων. Cf. Homil. XIII. in Genesin, et Comment. in c. V. ep. ad Rom.

[50]) *Hom.* VII. in Ios. Opp. T. II. p. 412. *Petrus etiam duabus epistolarum suarum personat tubis. Iacobus quoque et* Iudas.

[51]) In *Historia antiqua et vindicat. can. V. et N. T.* pag. 324.

nata, conuincendos et commouendos reuocare solet; praeterea caute vtendum esse versionibus operum *Origenis*, per *Ruffinum* factis, cum multis, vt ipse fatetur [52]), auctae sint additamentis, quibus non *Origenis* sed *Ruffini* sensa exprimantur; ac denique *Eusebium*, vbi refert, quomodo *Origenes* libros N. T. recensuerit [53]), epistolae Iudae ne mentionem quidem facere; merito suboritur suspicio, *Origenem* tantum fortassis abfuisse, vt dum *catholicam* hanc epistolam vocat, eam, ex b. Noesselti sententia, *apostolicam* praedicare voluerit, vt potius in diiudicanda epistolae auctoritate animo fluctuasse videatur.

4. S. V. Schmidtius [54]) epistolas nostras catholicas dictas esse arbitratur, *quia ad promouendam et conseruandam fidem catholicam i. e. orthodoxam faciant*, ita vt hoc nomine non tam a Paullinis, quam potius a scriptis iis distinguerentur, quae non eandem fidem mererentur. Hoc sensu *Clementem Al.* epistolam illam plurium apostolorum nomine scriptam Act. XV. catholicam vocasse, et *Eusebium* epistolas *Dionysii Corinth.* eodem nomine salutasse existimat, in medio ceterum relinquens, quo sensu *Origenes* epistolam Barnabae catholicam dixerit. Sed cum in superioribus de hisce *Barnabae* et *Dionysii Cor.* sic dictis epistolis catholicis

52) Apud Huet. Origenian. III. 3. p. 245. *Dum supplere cupimus ea, quae ab* Origene *in auditorio ecclesiae ex tempore, non tam explicationis quam aedificationis intentione perorata sunt: sicut in homiliis, siue in oratiunculis in Genesin et in Exodum fecimus, et praecipue in his, quae in librum Leuitici ab illo quidem perorandi stilo dictata, a nobis vero explanandi specie translata sunt.*

53) *Hist. eccl.* l. VI. c. 25.

54) *Historisch kritische Einleitung ins N. T.* p. 297. 298.

noſtram qualemcunque ſententiam pronuntiaueri- mus, in animaduertendo hoc vno hic acquiesca- mus: quidni Iohannis ſecunda et tertia aeque ca- tholicae vocatae ſint (quod tamen ſeculis prioribus vſu non venit), cum et ipſae ad fidem catholicam fouendam et propagandam facere potuiſſent?

5. SEMLERUS [55]), quem etiam ſequutus eſt S. V. AUGUSTIUS, [56]) *Origenem*, qui epiſtolarum noſtra- rum heptadem a *Clemente Al.* acceperit, (vid. in- fra), commune hoc nomen καθολικαι *inueniſſe* exiſtimat, ne opus ſemper eſſet copioſiori de- ſcriptione. Sed vel propterea vereor, ne quid nimis ſumere videatur indefinita haec explicatio, quod, vt ſupra demonſtrauimus, ille ipſe *Clemens Al.* nec non *Apollonius* vocem επιστολη καθολικη iam vſurpauerint. Magis definite hanc ſententiam extulit S. V. HUGIUS [57]), quippe qui ſcripta apoſto- lorum didactica in duas collectiones redactas fuiſſe ratus, vnam, eamque epiſtolas Paullinas amplecten- tem, titulo ὁ Αποστολος, alteram vero, reliquo- rum apoſtolorum epiſtolas continentem, titulo αἱ επιστολαι καθολικαι, ſ. αἱ επ. καθ. των αποστο- λων inſignitam fuiſſe exiſtimat, ita vt *epiſtolae cathol.* nomen technicum fuerint eius συνταγμα- τος, *quod ſcripta apoſtolorum didactica praeter Paullina* καθολικως i. e. καθολου και συλληβδην *complecteretur.* Seculo vero quarto, emergente *eccleſia et ſide catholica haereticis oppoſita*, epiſto- las noſtras idcirco catholicas dictas eſſe perhibet, quod non ſingularibus eccleſiis, ſed *vniuerſae ec-*

55) *Paraphraſ. epiſt. Iacobi.* Prol. pag. 38.

56) *Die katholiſchen Briefe neu überſetzt und erklärt.* T. I. etc. pag. 18.

57) *Einleitung in die Schriften des N. T.* Tom. II. pag. 334 ſqq.

clesiae catholicae destinatae adeoque epistolae *circulares* putandae sint. Sic igitur Vir S. V. significationum ordinem, quem supra proposuimus, prorsus inuertit. At vero, licet *epistolarum in vnum corpusculum collectarum* significationem olim proposuerimus ipsi, et lubentes adhuc concedamus imo contendamus, epistolarum catholicarum nomen procedente tempore in hanc significationem abiisse; minime tamen a nobis impetrare possumus, vt *principio* iam sic vsurpatum fuisse statuamus. Quadrat quidem ad hanc sententiam, quod, obseruante Viro S. V., epistola illa Act. XV. memoriae prodita, et epistola Barnabae, quarum illa a *Clemente Al.*, haec ab *Origene* catholica dicitur, et ipsae *apostolicae* fuerint, (nam *Origenem* saltem Barnabam in numero apostolorum habuisse, supra iam commemorandi locus erat); sed inde minime colligi posse putauerim, vtramque propterea catholicam dictam esse, quod ad συνταγμα illud epistolarum apostolicarum praeter Paullinas petinuerit. Praeterea ex hac sententia succrescunt plures difficultates solutu haud faciles, e. c. quomodo *Clemens Al.* epistolam illam plurium apostolorum consensu scriptam (Act. XV.), et *Eusebius* epistolas *Dionysii Cor.* συνταγματος istius, in quod nunquam eas redactas esse ignorare non poterant, ratione habita *catholicas* vocare potuerint? quomodo *duae* illae epistolae, Petri nimirum et Iohannis prima, (nam primitus haud plures genuinae credebantur), iam in συνταγμα quoddam, collectioni *tredecim* epistolarum Paullinarum ad latus datum, *collectae* commode dici queant? et i. g. a. Quod vero ad eam sententiae Viri S. V. partem attinet, quae epistolas catholicas Sec. IV. in *circulares* abiisse asserit, quam tamen argumentis destitutam deprehendimus; supra iam satis euicisse nobis videmur, inde ab *Eusebii*

aetate ſub epiſtolis catholicis ab eccleſia lectitatas et pro genuinis habitas intelligendas eſſe, ad quod fortaſſis S. V. Hugius et ſuam ſententiam reuocatam vult.

6. Reliquas vocis noſtrae explicationes paucis commemoraſſe ſuffecerit. Sic veterum theologorum plures, vt Salmero [58]), Tirinus [59]), Cornelius a Lapide [60]), alii, ſeptem illas epiſtolas eam ob cauſam *catholicas* appellatas eſſe contendunt, quia *catholicam, i. e. vniuerſalem doctrinam contineant, et ab vniuerſalibus quaſi doctoribus, h. ab apoſtolis conſcriptae ſint, quos Deus in vniuerſum mundum ablegauerit doctrinam chriſtianam annuntiaturos.* At vero eodem iure etiam epiſtolae Paullinae appellari debuiſſent *catholicae*, cum Paullus reliquis apoſtolis haud inferior crederetur (2 Cor. 2, 5.), epiſtolaeque Paullinae non minus vniuerſalia dogmata contineant, quam epiſtolae catholicae vulgo ſic dictae. — S. V. Schererus [61]) vero, ſententiam illam denuo in lucem protrahens, epiſtolas noſtras propterea catholicas ſ. *vniuerſales* dictas eſſe nobis perſuadere vult, quia, dum principia puriora ex *vniuerſali* ſenſus moralis dictamine deducta contineant, ad *vniuerſum* genus humanum ſpectare videantur. Sic interpretatio, quam vocant, moralis, ſpretis omnibus hiſtoriae veſtigiis, in exploranda re quadam hiſtorica vnice legendis, ſolo iſto omnia ad res altioris indaginis reuocandi pruritu abrepta, vel in vetuſtiorem et rubigine obductam opinionem nouo quidem ſed

[58]) Disputat. I. in ep. Iacobi p. 2.

[59]) Praefat. in epp. cathol. p. 492.

[60]) Praefat. in ep. Iac.

[61]) *Die katholiſchen Briefe neu überſetzt, philoſophiſch erklärt* etc. *von I. L. W.* Scherer. Tom. I.

alieno ornatu condecorandam fertur, quo non poteſt quin magis adhuc displiceat. Siquidem vel nobis non monentibus quisque videt, hanc ſententiam ex epiſtolae Iacobi potiſſimum, in ſolis praeceptis moralibus occupatae natura, facta cum epiſtolis Paullinis, quas magnam partem argumenti dogmatici eſſe conſtat, comparatione arreptam eſſe, reliquarum epiſtolarum catholicarum ratione non habita, quas tamen et ipſas hic illic in rebus dogmaticis verſari, neminem fugit. — Leutweinius [62]) ſub epiſtolis catholicis *eclecticas* intelligi vult, quia ſcholae Paullinae et Petrinae inuicem conciliandae, eccleſiaeque eclecticae ſeu catholicae formandae inſeruierint; quam tamen ſignificationem, ſi vel maxime hanc ſtudiorum diuerſitatem olim locum habuiſſe cum Semlero (l. c.) contenderis, voce καθολικος commode exprimi potuiſſe valde dubito. — Paraei [63]) ſententia, nemini poſt eum probata, *voc.* επιστ. καθολ. *inconſiderata magis conſuetudine, quam ratione certa epiſtolis illis inditum eſſe*, iuſto audacior et in antiquitatem meliorem nonnihil iniuria videtur. — Herderi [64]) aſſertionem, *epiſtolas noſtras* καθολικας *dictas eſſe hactenus, quod eccleſiis* orientalibus, *epiſtolae vero Paullinae cum Lucae et Marci euangelio* occidentalibus *deſtinatae fuerint*, ob breuitatem, qua haec annotauit, me plane non aſſequi, ingenue fateor. Eum vero, quae eſt b. Noesselti [65]) coniectura, καθολικος, memoriae lapſu, pro ανατολικος arripuiſſe, vix mihi perſuadere poſſum.

[62]) *Erklärung der apoſtoliſchen Briefe.* T. IV. p. 457.

[63]) *Comment. in ep. Iacobi.* prol. §. 4.

[64]) *Briefe zweener Brüder Jeſu in unſerm Canon* p. 69.

[65]) L. c. p. 306.

Sed haec hactenus. Vt omnibus omnium Lectorum defideriis atque iudiciis fatisfecerim, id quidem fore, prorfus fperare non licet, cum in diiudicando argumento adeo perplexo et implicito fieri non poffit, quin alia ab aliis aliunde fpectentur.

II. Pergamus iam ad quaeftionem diremtu aeque difficilem: an fcriptores noftri *communi quodam confilio* ducti, epiftolas fuas exarauerint? quam non poffum, quin opera et ftudiis STORRII [66]), SEMLERI [67]) et STAEUDLINI, [68]) Triumvirorum, ingenii et doctrinae laude confpicuorum, magnopere adiutus, et nunc adfirmate perfoluam, quanquam pristinam circa hanc rem disputationem arctioribus iam nunc limitibus circumscribendam cenfeo. Reddam vero totidem fere verbis, quae olim dederam, ne de tantorum Virorum argumentatione quid derogaffe, priftinamque meam qualemcunque rei expofitionem iufto magis immutaffe videar, quo faciliorem redderem eius limitationem, disputationis calci fubiungendam, qua iam nunc mihi indigere videtur.

Ante omnia vero nobis eiusmodi confilium commune inueftigaturis hiftoria rerum tam iudaicarum quam chriftianarum per feculum primum, quatenus huc pertinet, paucis in memoriam reuocanda eft, vt hac ipfa hiftoria duce confilium illud deprehendamus. Et fic iam ftatus *Iudaeorum* graecorum ex libris Philonis hanc tantum fummam repetimus: multitudinem Iudaeorum non exiguam vixiffe in vrbibus Afiae, Europae et Alexandriae; floruiffe

[66]) Diff. *de catholicarum epp. occafione et confilio.*

[67]) *Paraphr. ep. Iac.*

[68]) Diff. *de fontibus epiftolarum cathol., inprimis de allegationibus, quae in iis deprehenduntur.*

etiam allegoriarum ſtudium, quod iſtos libros graecos V. T., quos LXX interpretibus tribuere ſolemus, liberrime explicando, in omnem partem moralem facillime vertere ſolebat. Oculis quaſi videmus, Iudaeos multos graecos, artibus et ſcientiis, Platonica certe philoſophia, excultos, qui, rerum moralium amore et ſtudio ducti, multo diligentius cogitant mundum ἀορατον, quam iſtum ſenſibus ſubiectum; qui hiſtoriarum auitarum conſilium auguſtius ipſi informant, caerimoniarumque omnem indolem et vim quaſi eo euehunt, quo ipſa mens perſpiciendo et intelligendo pertingere poteſt. Iam iſto eodem tempore Iudaei alii, illis omnino inferiores, religionem externam, quam illi liberaliter egredi audebant, vnice praeferunt; vetuſta, quaſi Deo propiora, calide amant, et continuis votis deſideriisque inſtaurant, ſuaeque gentis inſitam fere praeſtantiam, ex iſtis antiquis hiſtoriis et libris, falſo ſic informant, vt ceteras omnes gentes Deum odio et contemtu quaſi fatali proſequi autument; cuius tam inhumani erroris origo tum ingenio, faſtui et rudiori adhuc animorum indoli, tum imperitae et parum ingenuae carminum prophetarum, aliorumque librorum, quos ex antiquiſſimo tempore quaſi ſuperſtites admiſerunt, interpretationi deberi videtur. — Iam explicare licet diuerſum *Chriſtianorum* ſtatum, quorum ſcilicet tales opiniones et caerimonias ſacras obſeruamus, vt eas a doctoribus apoſtolicis nullo modo deſumſiſſe dici poſſint. Redeamus primum ad ipſam *Ieſu Chriſti* vitam, ac docendi rationem. Vixit ille in Palaeſtina, quam tot peregrini quotannis, celebrandae et confirmandae religionis cauſa, adibant, et vinculo quaſi ſacro inter ſe omnes conſtringebantur per communes libros ſacros, quibus alii aliarum rerum iudicia inſerebant, omnes veteris ſuperſtitionis et

vanitatis pariter pleni. Iesus igitur reuocat audi-tores a consuetudine et seruitio sensuum ad mentis correctionem, commendat salutem et perfectionem animi, cultumque Dei πνευματικὸν et ἀληϑινόν. Corrigit falsas opiniones de regno Dei, de potestate daemonum, sed ἠϑικῶς corrigit; ideo parabolis vtitur, vt vis conscientiae tandem hominem ipsa et sola moueat, et religionem communem, commune hominum ius et beneficium, persuadeat. Messiae prouinciam describit moralem, adiuuat meliorem explicationem librorum V. T., et sub spiritus sancti cum hominibus communicandi symbolo vires ipso-rum ad recte beateque viuendum excitat, ac mor-tem denique, pro tuenda doctrina sua, acerbissi-mam subit. — *Apostoli*, socii illius Iesu, per ali-quot annorum spatium, ac recentis illi quidem et rudioris, si a Iohanne recesseris, ingenii, iam nunc huiusce Iesu conspectu carent, quem per aliquod tempus vitae restitutum saepius experti erant; in coelum illum ascendisse credebant, nullius iam regni in terra auctorem futurum. Concidunt, eua-nescunt omnes illae imagines spei, quam iudaismo debebant. Hunc ipsum inopinatum rerum euen-tum accuratiori mentis trutina examinantes, ac certiori iudicio ponderantes, nouae cognitionis, ad fines quasi altiores omnia referentis, genus exci-tant, quod insita virtute homines nouo modo im-pellit, vt omnis vanorum votorum consuetudo rum-patur, vt omnibus ex rebus homines Deum vnice requirant, qui antea omnium rerum vsum sine Deo amabant. Spirituale iam nunc Dei regnum descri-bunt, hortantur homines ad μετάνοιαν et πίστιν, et Christo tribuunt prouinciam hanc, vt omnium peccatorum amorem hominibus adimant, prodita Dei meliori cognitione, quibus studiis iam caeri-moniae illae Mosaicae parum inseruiant. Diutius

haerent Hierofolymis, in vrbe principe; perfuadent, quibus poffunt, aliam omnem Meffiae formulam falfam effe; diuinitus conftitutam effe talem hiftoriam Iefu, hancque vnice conuenire vetuftis carminibus, quae nouum foedus faepe portendant; iam adeffe regni diuini aufpicia, et i. g. a. — Neque defunt ipfis *auditores;* accedunt multi in novam focietatem, et cum baptismo fimul iam novorum doctorum, reiecta Rabbinorum auctoritate, praeferendorum obligationem fufcipiunt. Difcunt fanctiora praecepta, fed ita difcunt, vt quisque capit. Multi falfas opiniones et cum his prauam vivendi rationem retinent, aut ab aliis difcunt. Longa nimirum eft via, lentum eft negotium, mentis cultura et animi interna correctio; quotidianum eft exercitium et continuum. Remanent praecipue apud multos ideae iudaicae, quas, pro fuo quisque modulo, cum chriftianismi rudimentis conciliare conantur, nam, qui fuerant Iudaei, veterem fuperbiae gentilis guftum ftatim eluere non poffunt. — Hinc iam *diffidia* oriuntur, quibus tamen in vrbe raro locus eft, quippe vbi focietas praecipue ex Iudaeis fuccrefcit. Iam vero et ad exteros profertur noua doctrina; ex Syriae vrbe principe Antiochia praecipue, ftudio Paulli, Barnabae ac aliorum noui focietatis huius ciues fine circumcifione admittuntur, Act. 13, 14 fqq.; ftupent illi ex Iudaeis qui adueniunt, et abftinent ab iftorum confortio. Gal. 2. Apoftoli, in diffidii compofitionem confentientes, vnanimi confenfu circumcifionem remittunt; in vitae tamen externae modo ac habitu Iudaeos non publice offendendos effe fuadent, Act. 15. Oportuit vel Paullum aliquid concedere feruidis hisce Iudaizantibus, fiquidem in templo votum explere non recufauit Act. 21., atque vltro profeffus eft Iudaeis et fe effe Iudaeum. Sed facile intelligimus

ſuperfuiſſe aduerſarios ſaltem a doctrina Paulli alieniores; id quod tam ex actis app. et ipſis Paulli epiſtolis, quam ex *Euſebii* (hiſtor. eccl. l. 3. c. 3.) teſtimonio abunde apparet, quippe qui Chriſtianos adeo a Paullo alienos fuiſſe narrat, vt famam eius diris modis laederent, nec eius inſtitutione et ſcriptis vterentur. Neque in tenebris ſolum huius erga Paullum inimicitiae peſtis graſſata eſt, ſed vel impoſtores, et fraudulenti magiſtri prodierunt 1 Tim. 6, 5. qui antea ipſi in ſocietate chriſtiana fuerant, quibus vero illa caſtae virtutis praecepta et ſtudia eo minus iam arriſerunt, quo facilius ad congerendas diuitias viam patere perſpexerant 1 Tim. 6, 5. Tit. 1, 10. 11. quia multi homines ſatis faciles attentique auditores eſſent, quicunque tandem magiſtri ſurgerent, 2 Tim. 4, 3. Circumibant igitur turpis lucri cauſa ex vrbe vna in aliam, rebusque ſuis fingenda et mentienda non vnius generis auctoritate operam dabant. Alii apoſtolorum nomine falſas doctrinas ſpargunt, neque Paullo tam ſermones quam epiſtolas affingere dubitant, 2 Theſſ. 2, 1. 2.; alii, ad auctoritatem figmentis ſuis comparandam modo μυθοις σεσοφισμενοις, tanquam hiſtoriae et doctrinarum I. C. ſupplementis 1 Tim. 4, 6. Tit. 1, 14., modo libris nouis vſi eſſe videntur, iisque, quo magis commenta ſua adiuuarent, celebribus Paulli et Petri, nec non veteris T. nominibus adornatis, ſiue iam demum omnino confingerentur, a fraudulentis illis magiſtris, ſiue interpolarentur tantum accepti ab impoſtoribus et faNaticis Helleniſtis, qui non vanam ſpem conceperant, eiusmodi figmenta a Chriſtianis imperitis amatum iri [69]. Pars Paullum infamia adſpergere, ac de fama eius palam detrahere 1 Cor. 2. Gal. 1,

[69]) Cf. SEMLERUS l. c. pag. 20.

6 ſqq., pars doctrinam Paullinam euertere et falſo interpretari non erubeſcit, 2 Theſſ. 2, 1. 2. His vſi artibus, praecipue ius Moſaicum et principem eius de circumciſione legem retinendam eſſe docent, Rom. 2. Gal. 3., Chriſtum in carne veniſſe, ſeu vllam morti eius a peccatorum ſuppliciis liberandos vim, quae magna ex doctrina Paulli ei inerat, tribuendam eſſe 1 Cor. 1, 18 ſqq. Rom. 3, 8. coll. 6, 1. eumque olim ad iudicium de hominibus habendum, regnumque coeleſte inſtaurandum rediturum eſſe Hebr. 3, 6, 4, 11. 10, 23. 12, 29. coll. 2 Petr. 3. negant, et mortuorum denique reſurrectionem vel nullam 1 Cor. 15., vel ſenſu morali iam factam eſſe 2 Tim. 2, 17. 18. contendunt. Quorſum vero pietatis iſta ſegnities, et peccatorum licentia, iis ipſis euadere potuerit, qui doctrinam Paullinam praua interpretatione peruertere conabantur; quanta hinc porro ad ceteros quoque Chriſtianos, ipſamque doctrinam ſanctiſſimam redundauerit ignominia, quamque ſpecioſum vexationis et contumeliarum praetextum nacti fuerint Iudaei et ethnici, quemadmodum alibi, ſic praeſertim in *Aſia minore* rei chriſtianae vniuerſim, et nominatim Paullo inimici atque hoſtes [70]), ſi probra, chriſtiano nomini per iniuriam obiecta, in parte ſaltem Chriſtianorum, eaque Paulli doctrinam ſceleribus praetendente, manifeſta atque deprehenſa eſſent; vix eſt quod moneamus. Inprimis vero peſtes illae diuini populi (λυκοι βαρεις), poſt Paulli ex Aſia diſceſſum, latiſſime graſſari potuerunt, Act. 20, 28 ſqq. Nunc enim cum Paulli praeſentis auctoritas non amplius obſtaret, et ex ipſo etiam doctorum illorum numero, qui Paullum ante ſecuti fuerant,

70) Cf. Act. 19, 9. 23 ſqq. 20, 19. 21, 27 ſqq. 1 Cor. 15, 32. 2 Cor. 1, 8 ſqq. Apoc. 2, 9. 10. 13.

aliqui, fectatorum, quos quaeftui habere poffent, cupiditate ducti, peruerfe, et ad libidines accommodate docere inciperent, Act. l. c. praua, fed multis auditu iucunda doctrina imperitis hoc facilius perfuaderi potuit, quod a nefariis magiftris necteretur ex abfentis Paulli doctrina de gratia Dei, per prauam interpretationem conuerfa in materiam intemperantiae, 2 Petr. 2, 14. 3, 16. 17. Iud. 4.

Quae cum ita effent, Paullum iam quauis data opportunitate, focietates chriftianas per epiftolas ad eas miffas, in rectum tramitem reducere, dignitatemque fuam et auctoritatem apoftolicam aduerfus detrectatores fuos forti animo defendere conatur, ficque epiftolarum ad focietates chriftianas fcribendarum exemplum praeiuit, *quod imitati funt poftea reliquorum apoftolorum nonnulli, vt iftas Chriftianorum focietates extra Palaeftinam, et praecipue in Afia minore, collectas, aduerfus errores hominum partim fanaticorum, partim improborum, munirent, qui turbabant Chriftianos, doctrinamque Paullinam falfis opinionibus et interpretamentis quafi infecerant.* Et huc quidem iam commune illud epiftolarum catholicarum confilium reuocandum effe videtur; id quod aliquanto vberius adhuc nobis demonftrandum fumimus.

Imitationi igitur *epiftolarum Paullinarum*, vt inde ordiamur, locus faltem fuit, fiquidem Paulli epiftolae tempore praeceffernt iftas Iacobi, Petri, Iudae, forte et Iohannis illam primam (vid. infra), ita vt aliquarum faltem epiftolarum Paulli apographa, per fratres, feu chriftianos alterius partis ad reliquos apoftolos peruenire potuerint (cf. not. 73.). Vere autem apoftolos hosce epiftolas Paullinas ante oculos habuiffe, earumque exemplum fequutos effe, magna, quae Paullinas et catholicas

intercedit, ſimilitudo, et tam ſententiarum quam verborum congruentia extra omnem dubitationis aleam ponere videtur. Sic Iac. 1, 3. γινωσκοντες, ότι το δοκιμιον ὑμων της πιστεως κατεργαζεται ὑπομονην apprime reſpondet verbis Paullinis Rom. 5, 3. ειδοτες ότι ἡ θλιψις ὑπομονην κατεργαζεται; neque illud καυχωμεθα, quod hic apud Paullum proxime praecedit, ab illo Iacobi v. 2. πασαν χαραν ἡγησασθε multum differre arbitrer. Εν μηδενι λειπομενοι v. 4. idem eſt ac 1 Cor. 1, 5. 7. ὑμας μη ὑστερεισθαι εν μηδενι χαρισματι. Κλυδωνι θαλασσης ανεμιζομενῳ και ῥιπιζομενῳ, ſatis conuenit cum περιφερομενος παντι ανεμῳ Epheſ. 4, 14. Στεφανος της ζωης, όν επηγγειλατο ὁ Κυριος v. 12. quod fere redit cap. 2, 5. eximie imitatur illud 2 Tim 4, 8. της δικαιοσυνης στεφανος, όν αποδωσει μοι ὁ Κυριος — πασι τοις αγαπηκοσι την επιφανειαν αυτου, quod 1 Cor. 2, 9. ſimillime effertur: *quae parauit Deus* τοις αγαπωσι αυτον. Πειραζεται v. 14. eo ſignificatu, vt ſimul occupet *tentatum ſuccubuiſſe*, ſeu προληφθηναι εν παραπτωματι, eodem omine legitur Gal. 6, 1. μη και συ πειρασθης. Επιθυμια τικτει ἁμαρτιαν, et haec αποκυει θανατον v. 15., conuenit cum Rom. 7, 7. 8. την επιθυμιαν ουκ ηδειν, — ἁμαρτια αφορμην λαβουσα κατειργασατο εν εμοι πασαν επιθυμιαν, quod non differt ab επιθυμια συλλαβουσα; atque porro Rom. 7, 11. ἁμαρτια εξηπατησε με και απεκτειvεν, quod eſt idem ac ſolebat αποκυειν θανατον. Απαρχη των αυτου κτισματων v. 18. bene congruit cum locis iis, in quibus Paullus καινην κτισιν commendat, et praecipue cum Rom. 8, 22. vbi Chriſtianos vocat απαρχην του πνευματος εχοντας. Αποθεμενοι v. 21. eſt Paulli verbum Col. 3, 8. αποθεσθε — κακιαν (quod voc. et apud Iacobum eſt, qui et paullo ante οργην nominauit). Eodem

verbo Paullus vtitur Rom. 13, 12. Eph. 4, 22. 25. Idem ille v. 21. exhibet δεξασθε τον λογον, quae itidem eſt Paulli phraſis 1 Theſſ. 1, 6. 2, 13. vti v. 16. λαλησαι (ſc. τον λογον) ἱνα σωθωσιν gentes, vt hic dicitur δυναμενον σωσαι. Sed et illud v. 22. ποιηται λογου, και μη μονον ακροαται, reperitur Rom 2, 13. Item παραλογιζεσθαι Col. 2, 4. Εγενεσθε κριται διαλογισμων πονηρων Iac. 2, 4. in memoriam reuocat illud Rom. 14, 1. μη εις διακρισιν λογισμων. Ουχ ὁ Θεος εξελεξατο τους πτωχους του κοσμου v. 5. eſt ſimillima ſententia iſti Paulli 1 Cor. 1, 27. τα μωρα του κοσμου εξελεξατο ὁ Θεος. Tota vero, quae iam nunc inde a v. 14–26. ſequitur, tractatio, commodiſſime illuſtrari videtur ex Rom. 3, 20 ſqq. 6, 2 ſqq. Gal. 2, 16. 3, 6 ſqq. Hebr. 10, 38. 39. 11. (vid. infra). Abrahami potiſſimum et Rahabae exemplum v. 23. 25. eodem conſilio vſurpari videtnr; ac Hebr. 11. et ſententia iſta ἡ πιστις συνεργει τοις εργοις v. 22. a Paullo effertur Gal. 5, 6. πιστις ενεργουμενη δι' αγαπης. Formulam illam Iac. 4, 12. συ τις ει, ὁς κρινεις τον ἑτερον; Paullus ſimillime expreſſit Rom. 2, 1. εν ῳ κρινεις τον ἑτερον, et Rom. 14, 4. συ τις ει, ὁ κρινων αλλοτριον οικετην. Sententia denique Iac. 4, 5. prope accedit ad illam Paullinam Gal. 5, 17. [71]). Sic lectores magnam etiam Petrinarum cum epiſtolis Paullinis conuenientiam obſeruabunt. Cum tamen et haec loca transſcribere et inter ſe conferre nimis longum foret; ipſum locorum recenſum hic ſubiunxiſſe ſuffecerit. Petrus igitur ex epiſtolis Paullinis reſpexiſſe videtur 1 Petr. 1, 2. 4. Hebr. 9, 19. 20. — v. 10–12. Eph. 3, 5–10. — v. 21. Rom. 4, 24. 25. 10, 9. — 2, 5. Hebr. 13, 15 ſqq. 21. — v. 13. Rom. 13, 1–5. — v. 16. 17.

[71]) Cf. Storr l. c. §. III. pag. 7.

Gal. 5, 13. — v. 24. Rom. 6. — 3, 3. 7. 1 Tim. 2, 8. 9. — v. 18. Rom. 6. — v. 18-21. Hebr. 9, 14. 10, 19. 20. 22. 9, 26. — 4, 1. 2. Rom. 6. — v. 7. Hebr. 10, 24. 25. — 5, 10. 12. Hebr. 13, 20-22. In altera vero epiſtola c. 3, 15. 16. Paullinas, inprimis eam ad Hebr. diſertis verbis citauit [72]), et per totam epiſtolam doctrinarum Paulli rationem habuit (vid. infra). Iudas denique Petri potiſſimum, ac, Petrum imitando, et Paulli pediſſequus fuiſſe videtur; de quo deinceps nobis adhuc ſermo erit. —

Apoſtolos vero noſtros epiſtolas ſuas ad ſocietates Chriſtianorum ex Iudaeis potiſſimum *extra Palaeſtinam et praecipue in Aſia minore* collectas ſcripſiſſe, nemo mirabitur, qui meminerit, in Palaeſtina epiſtolis eiusmodi ſcribendis vix locum fuiſſe, ſiquidem, regnantibus Iudaeis, Chriſtiani et pauciores in his prouinciis erant, et facile inviſere licebat hasce eccleſias diaconorum miniſterio. Contra vero, cum extra Palaeſtinam multi ex Iudaeis ad nouam Chriſtianorum ſocietatem tranſierint, iique legibus Moſaicis adhuc adeo dediti, vt Paulli epiſtolis, iudaicas illas caerimonias et conſuetudines haud commendantibus, parum vſi eſſe, quinimo his ipſis contradixiſſe videantur; cumque ſic, in Aſia potiſſimum minori (vid. ſupra), ſenſim vitia et odia horum Iudaizantium, publicis iſtis aduerſariis haud dubie adiuuantibus, aduerſus Paulli diſcipulos, et omnem τροπον παιδειας, quem Paullus apud ſuos adhibebat, ſuccreuerint; largiſſimam ſic Chriſtiani, qui extra Palaeſtinam in ſocietates coierunt, apoſtolis noſtris ſcribendarum epiſtolarum, conſiliorum et cohortationum plenarum, copiam atque materiam ſuppeditauerunt. Praeci-

[72]) Cf. Storr l. c. §. I. pag. 3 ſq.

pue vero Christiani exiudaei minoris Asiae Iacobo et Petro ansam ad scribendum dedisse censemus, dum primo Hierosolyma Act. 21, 18. deinde Babylonem 1 Petr. 5, 13. miserunt, ac de rebus suis et doctrinae Paullinae in harum regionum ecclesiis abusu retulerunt ad apostolos τῆς περιτομῆς, Gal. 2, 9. [73]). — Praeterea vero ipsae inscriptiones

[73]) Per ipsam huius consultationis occasionem, STORRIUS inquit, nisi alia via patuisset, literarum Paullinarum, maxime ad Asiae minoris Christianos missarum, et praua interpretatione peruersarum, cognitionem et Iacobus et Petrus accipere potuissent. Praeterea vero constat, apud Petrum, ante, quam epistolas scriberet, versatum fuisse Siluanum 1 Petr. 5, 12., qui, dum epistolae ad Gal. et Hebr. exarabantur, Corinthi apud Paullum commoratus est, et aliarum quoque literarum Paullinarum scriptioni interfuit, Act. 18, 5. 2 Cor. 1, 19. coll. 1. et 2 Thess. 1, 1. (cf. STORRII prol. in ep. ad Hebr. p. 65—67.). Et Iacobum quoque tum Siluanus, qui Silas idem vocatur 2 Cor. 1, 19. coll. Act. 18, 5. tum Paullus ipse Hierosolymis conuenisse videtur, priusquam ille literas suas exarasset. Paullus enim Corintho, vbi edita demum fuit, quam Iacobus cap. 4, 5. laudare videtur epistola ad Gal., Hierosolyma iter fecit, Act. 18, 18. 21 sq. cumque totum fere tempus, cuius interuallo Hierosolyma rediit, ibique captus fuit, Act. 19, 21. 21, 15 sqq. in ipsa Asia minore degerit, 18, 23. 19, 10. 22. 20, 4 sqq. 18. 25. 31. vero parum simile videtur, ante alterum illud iter, vbi Iacobum Paullus denuo inuisit, 21, 18. vel Iacobo vel Petro necesse fuisse, doctrinae Paullinae abusui, cui praesens Paullus facilius intercedere poterat, mittendis in Asiam minorem literis obuiam ire. Silam vero post commorationem apud Corinthios 18, 5. 2 Cor. 1, 19. nec actt. app. porro in comitatu Paulli fuisse perhibent, nec epistolae quidem ipsius discipulis scriptae 2 Cor. l. c. vel missionem eius ad Corinthios memorant cf. 1 ep. 4, 17. 16, 10. vel salutem eius verbis nunciant, 2 ep. 1, 1. 1 ep. 1, 1. 16, 19.

epiſtolas noſtras eccleſiis iſtis Aſiae potiſſimum minoris vindicant. — Vt taceam de epiſtolarum catholicarum argumento, quod eccleſiarum illarum conditioni, qualem ſupra deſcripſimus, quam maxime congruum eſſe, iam nunc demonſtrandi locus erit.

Epiſtolas nimirum Iacobi potiſſimum et Petri eo conſilio conſcriptas fuiſſe contendimus, vt iis ſocietates illae *aduerſus errores hominum, partim fanaticorum, partim improborum munirentur, qui turbabant Chriſtianos, doctrinamque Paullinam falſis opinionibus et interpretationibus quaſi infecerant*, in qua quidem ſententia demonſtranda, vti totius rei cardo vertitur, ſic ipſo epiſtolarum argumento nos adeo adiutos ſentimus, vt, ſi omni, quam ſuppeditant, argumentandi copia vti velimus, iuſto longius no-

vt omnino admodum credibile videatur, hunc Paulli comitem Act. 15, 40. Corintho Hieroſolyma cum apoſtolo profectum 18, 18. 21 ſq. in patria manſiſſe 15, 22. indeque cum Petro vel ad Petrum excurriſſe Babylonem, miſſum denique in Aſiam minorem 1 Petr. 1, 1. 5, 12. ad componendas cauſas Chriſtianorum, qui, ſiue Hebraei eſſent, ſiue Paulli auctoritatem praecipue amplexarentur, Siluano ante alios confidere potuerunt, tanquam familiari των αποστολων της περιτομης, itemque Paulli, Act. 15, 7. 13. 22. coll. v. 40. dudum hoc vtroque nomine etiam in Aſia minore celebrato. 15, 40. 16, 4. 6. — Petrum vero aliquando ipſum in Aſiae minoris partibus fuiſſe, mera veterum coniectura eſt, vnice ducta ex prioris epiſtolae Petri principio, vt *Eusebius* h. e. 3, 4. diſerte profeſſus eſt, nec ſane firmior ſimili veterum ſuſpicione de eiusdem apoſtoli Corinthiaco itinere. Iſta certe ſcriptionis anſa nihil opus eſt. Tanto enim vtique cum Petrus tum Iacobus nomine fuerunt Gal. 2, 6—9. vt mirum videri non debeat, ſi conſulti fuerint, et prouocati ad ſcribendum ab ignotis de facie Chriſtianis, praeſertim exiudaeis. Cf. *Semleri* prol. in ep. Iac. p. 17.

bis excurrendum eſſet. Acquieſcamus igitur in primis huiusce demonſtrationis lineis ex colore ſummae tenuitatis in tabulam ducendis, quas ad plenam vsque imaginem amplificandas lectorum iudicio et diligentiae merito relinquimus. Et ſic iam *primum*, vt a veſtigiis obſcurioribus et parum certis, ad certiora pergamus, Paullinas inter et catholicas epiſtolas magnam ſententiarum, phraſium ac verborum ſimilitudinem locum habere, ſupra iam euicimus, vnde ſuſpicio ſaltem oritur, has, et *argumenti ſummae* ratione habita, ab illis non longe aberraturas eſſe. Argumenti vero epiſtolarum Paullinarum magnam, niſi maximam, partem in refutandis aduerſariorum commentis verſari, inter omnes ſatis conſtat. *Porro* doctorum iſtorum fanaticorum et improborum, qui eccleſias turbabant, in epiſtolis cathol. non ſolum mentio ſit, ſed etiam fere eadem deprehenditur imago, qualem ſupra ex epiſtolis Paullinis delineauimus et transſcripſimus. Ex ſocietate chriſtiana exierant 1 Ioh. 2, 19. iſti *ψευδοδιδασκαλοι*, *ψευδοπροφηται* 2 Petr. 2, 1. *εμπαικται* 3, 3. Iud. 18. *αθεσμοι* 2 Petr. 3, 17. *ανομοι* 1 Ioh. 3, 4. et *αντιχριστοι* 1 Ioh. 2, 18. qui ſeſe lucri cauſa 2 Petr. 2, 3. coll. 15. Iud. 16. in doctorum chriſtianorum munus ingerebant Iac. 3, 1. et liberalioris ac profundioris ſapientiae praecepta crepantes Iac. 3, 13. 15. ac *μυθοις σεσοφισμενοις* 2 Petr. 1, 16. et ſplendido libertatis praetextu vſi 2, 19. linguae haud temperantes Iac. 3, 2 ſqq. doctrinae chriſtianae praecepta inuertebant 14. Iud. 4. 8., et voluptati indulgentes ipſi 2 Petr. 2, 13 ſqq. 3, 3. Iud. 4. et alios in virtute tuenda haud ſatis confirmatos ſeducere 2 Petr. 2, 3. 14. et diſcordiam concitare Iac. 3, 16. 4, 1. conabantur. Nec *denique* veſtigia deſunt, harum epiſtolarum auctores id egiſſe, vt doctrinam Paullinam, ab hisce licenter viuendi

praeceptoribus contaminatam, a dubiis et erroribus liberarent, Chriſtianosque ad priſtinam fidem redu- cerent. Sic *Iacobum* cap. 2, 14—26. Paulli epiſto- las ad Rom., Gal. et Hebr. (locc. ſupra citt.) ante oculos habuiſſe et prauo doctrinae Paullinae de fide abuſui aliquo ſaltem modo occurrere voluiſſe, du- bio caret. Nam Paullus vnus omnium apoſtolo- rum verba δικαιοσυνη, δικαιουν, εργον in hac cauſa, et hoc nexu, ſolus vſurpauit, et dogmatici horum verborum vſus auctor extitiſſe videtur [74]). Acce- dit, quod Iacobus iisdem exemplis vtitur, quae apud Paullum deprehenduntur. Abrahami exem- plum iisdem verbis proponit, quibus Paullus id proferre conſueuit. Dixeris forſan, huiusce pa- triarchae ſummum tum fidei tum pietatis exemplum tantis laudibus inter Iudaeos atque Chriſtianos ce- lebratum fuiſſe, vt Iacobus in eius memoriam, quamuis non lectis Paulli epiſtolis, incidere facile potuerit; at vero peculiaris ille modus, quo eo exemplo ad illuſtrandum et argumentandum vſus eſt Paullus, et formulae iſtae loquendi, quibus il- lud effert et applicat, Paullo propriae fuerunt. Quodſi vero vel maximè concefſerimus, Iacobum non minus quam Paullum, Abrahami exemplum ex vſu Iudaeis familiari attuliſſe; nulla tamen ra- tio apparet, cur Iacobus Rahabae potiſſimum exem- plum, ex tanta exemplorum obuiorum copia, nec id quidem celebratiſſimum inter Iudaeos, ſelegerit, niſi ad illam exemplorum largam copiam, Hebr. 11. accumulatam, qua fidem *vniuerſe*, et eam, quae recte factis ſeſe exſerit, nos Deo probari Paullus tradit, remittere et ablegare voluerit lectores ſuos [75]).

[74]) S. R. Storr l. c. p. 11.

[75]) *Cetera exempla*, inquit Semlerus, *quaſi legentium memoriae et recordationi permittit Iacobus.*

Neque reciprocari posse arbitrer, Paullum non minus Iacobi epistola vti potuisse, et cauere, ne a Iacobo de recte factis dicta praua interpretatione peruerterentur [76]; Iacobum enim contra abusum doctrinae de fide disputare, luce meridiana clarius est, siquidem tales fuisse supponit, qui fide sola acquiescerent [77]. Sic etiam praeter rem obiici videtur, Paullum et Iacobum vocem πιστεως sensu prorsus diuerso accipere. Quamquam enim Paullus πιστιν multis locis alio significatu dicat, quam Iacobus, hanc tamen vocem eodem significatu etiam apud Paullum Hebr. 10. 11. occurrere, et omnino si non *verbis*, *sententia* tamen cum Iacobo plane consentire S. V. STAEUDLINUS iam obseruauit. — Eundem de fide locum, quem a Paullo vberrime tractatum fuisse, et ad pietatis negligentiam tor-

76) Cf. S. R. NOESSELTI *opusc.* Fasc. II. p. 311.

77) "Paulli vero doctrina, recte monente S. V. STAEUDLINO, facillime abuti poterant, qui scripta eius non exactissimo iudicio examinauerant. In Iacobo ita omnia *finita*, ac *determinata* sunt, ita aperte docetur, non fidem solam, sed illam, quae cum virtute coniuncta sit, nos Deo probare, vt abusui vix locus relinquatur. In Paullo vero aliter omnia se habent. Quid enim? Nonne semper fuerunt, et adhuc sunt, qui Paulli illa doctrina turpissime abutentes in errores et vitia inducuntur? Meditationem scilicet, et sedulam locorum collationem et cognitionem aetatis et hominum, quibus Paullus scripsit, illius scripta postulant. In Iacobi nemo facile fallatur enunciatis: *homo non fide sola, sed operibus etiam iustificatur,* — *fides Abrahami operibus perfecta, consummata est,* — *fides sine operibus mortua.* Paulli vero dicta facile aliquis in prauum sensum peruertat, vt illud: δικαιουμεθα εκ πιστεως Χριστου, ουκ εξ εργων νομου, qui non obseruauerit Paullum cum Iudaeis de εργοις νομου praecipue agere, quique vniuersum eius consilium et orationis omnem nexum atque vim non accurate tenuerit."

queri consueuisse nouimus, Rom. 3, 8. coll. 6, 1. et *Petrus* sibi defendendum sumsit contra eos, qui τας γϱαφας αυτου 2 Petr. 3, 16. peruertere cupiebant. Certe enim Petrus in ipso statim alterius epistolae principio cap. 1, 3-11. totus est in calumnia ista profliganda, atque in ostendendis vinculis arctissimis, quibus cum vitae sanctitate fides coniungatur. Neque tum demum instituit de hac caussa scribere, sed ante obitum, cuius v. 13. mentionem iniicit, iterauit admonitionem cap. 3, 1. quod vrgendum, et alte lectorum animis infigendum putaret (2 Petr. 1, 12. 15.) eundem locum, quem iam superiores literae tractauerant, disputationis Paullinae contra abusum doctrinae de gratia diuina ad pietatis segnitiem, vno et altero loco perspicuam rationem habentes, vt 1 Petr. 2, 24. 3, 18. 4, 1. 2. coll. Rom. 6, 1. et ipsam epistolam ad Gal. 5, 13. haud dubie respicientes 1 Petr. 2, 16. 17. [78]). — Praeterea idem ille Petrus ep. 2. cap. 3. manifeste id agit, vt e lectoribus suis eos, qui praeceptorum Paulli de necessitate patientiae in expectando reditu Christi, et de salutari morae consilio v. 15. ita immemores fuerunt, vt per adversarios Paulli, epistolas eius male interpretantes, et inter alia in praesentissimi Christi reditus expectationem detorquentes, turbati, veris Paulli epistolis, ac nominatim epistolae ad Hebraeos, falsam de reditu Domini sententiam subiicerent, iamque perturbarentur animo, quum cernerent, tardius Dominum redire, quam promisisse ipsis per errorem videbatur v. 9.; a scrupulo hoc liberaret, qui animum, quem pungebat, non poterat non remissiorem efficere Hebr. 12, 1. in studio pietatis, quod, in Iudaeis potissimum, omnem futurae felicitatis

[78]) Storr l. c. pag. 5. coll. proleg. in ep. ad Hebr.

ſpem in Meſſia vel aduenturo, vel, vbi iam ad-fuiſſe crederetur, redituro collocantibus, hac ipſa in expectando reditu Chriſti firmitate praecipue in-cendi debebat. — Sic etiam quae apud *Iudam* de-prehenduntur, fraudulentorum doctorum deſcriptio, v. 4. 8. 10 ſqq., ad conſtantiam in vera religione tuenda iterata cohortatio v. 3. 17. 20. 21. 24., erro-rum nonnullorum, e. g. Ieſum non eſſe Meſſiam habendum v. 4., commemoratio, et expectationis Chriſti olim redituri confirmatio v. 14. 15. 21. 24., cum ad *apoſtolorum* (Paulli potiſſimum et Petri, ni fallor) doctrinam lectores diſerte ablegentur v. 17., manifeſtaque ſecundam Petri inter et Iudae epiſtolam ſimilitudo cernatur (vid. infra), ad eun-dem Chriſtianorum Aſiae minoris ſtatum, male feriatorum magiſtrorum ſollicitationibus perturba-tum ſpectare videntur, ita vt Iudas Petri morituri votum et expectationem adiuuans, Petrinae admo-nitionis praecipua capita cum ſuis praeceptis con-iunxiſſe putandus ſit [79]. — *Poſtremo*, quod co-lophonem diſputationi noſtrae addere videtur, Petrus ſaltem Paulli eiusque epiſtolarum nominatim men-tionem fecit 2 ep. 3, 15. Neque in diſertam hanc mentionem caſu incidiſſe credendus eſt, ſed, recte iam innuente Ill. EICHHORNIO [80], et vberius ex-plicante b. STORRIO [81], cauſam aliquam ſubeſſe oportet, quare non ſatis habuerit, *vniuerſe* (vt Iudas v. 17.) apoſtolos eorumque doctrinam com-mendaſſe, ſed *nominatim* inſuper *Paullum* et *eius proprie epiſtolas*, quarum etiam in ſuperioribus

[79]) *Iohannes* vero antiqui erroris nouae formae occur-riſſe videtur, quod ſuo loco nobis vlterius demon-ſtrandum reſeruamus.

[80]) *Allgem. Bibl. der bibl. Litterat.* T. I. pag. 1028.

[81]) L. c. pag. 3.

literis, ad easdem Aſiae minoris eccleſias datis, manifeſtam et crebram rationem habuerat (vid. ſupra), a ſapientia diuinitus huic auctori tributa laudauerit, ſuumque Paulli amorem, et huius cum praeceptis a Petro traditis conſenſum teſtificari voluerit. Nec longe repetenda eſt cauſa, quam quaerimus. Cum enim Petrus v. 16. ſtatim ſubiiciat, fuiſſe, qui per inſcitiam, et firmitatis chriſtianae defectum Paulli doctrinam peruerterent; omnino conſentaneum videtur, ob eiusmodi homines, qui, tametſi Paullum minus intelligerent, eius ſaltem auctoritate cum primis ducerentur, neceſſe fuiſſe Petro docere, neutiquam ſe contra Paullum diſputare, nec vniuerſe, quod iſti forte opinarentur, huic apoſtolo aduerſari, ſed carum eum magnaque ſapientia praeditum, et in his ipſis praeceptis, quae modo inculcata fuerint, prorſus conſentientem habere.

Quae tamen omnia hucusque a nobis pro tuendo eiusmodi doctrinam Paullinam aduerſus errores falſaque interpretamenta muniendi communi auctorum noſtrorum conſilio in medium prolata, limitationibus indigere exiſtimamus his, ne plus ſumſiſſe quam demonſtraſſe videamur: 1) Ante omnia in tali conſilio inueſtigando *epiſtolarum Iohannis* nulla ratio habenda eſt, cum prior natura ſua cum euangelio eiusdem auctoris arcte cohaerere videatur, poſteriores vero non iisdem, quibus reliquae catholicae, eccleſiis, ſed ſingularibus hominibus deſtinatae, ex alio genere eſſe deprehendantur, vlteriorem cum reliquis ſcriptis catholicis comparationem vix admittente. 2) Porro conſilium illud a nobis propoſitum non ad ſolos doctores *Paullo* infeſtos, ſed etiam ad falſos omnino doctores corrigendos reuocandum eſt, quia non omnia loca huc ſpectantia *Paullinae* potiſſimum doctrinae reſpectu

enuntiata esse videntur. 3) Neque consilio isto communi excluduntur *alia aliorum consilia*, quibus ducti, pro sua quisque ecclesiarum, quibus epistolas scribebant, notitia, rebus ipsarum prospicere, scitu necessaria cum iis communicare, variisque ipsarum curis et fluctuationibus, vel sua sponte, vel alieno impulsu et rogati mederi cupiebant; nam tantum abest, vt totum epistolarum ambitum ad doctrinam Paullinam cum suamet ipsorum conciliandam reuocauerint, vt magna earum pars nonnisi artificio adhibito et vi illata huc trahi possit. 4) Similitudo epistolarum nostrarum cum Paullinis, qua consilium illud commune adstruitur, levior in epistola Iacobi, longe maior in epistolis Petrinis cernitur, ita vt S. V. Eichhornius [82]) priorem discipulo Paulli vindicare conatus sit. 5) Neque vero illa ipsa similitudo vnice ex *lectis* ab auctoribus nostris epistolis Paullinis deriuanda videtur, cum Paullus, quantum scimus, non ecclesiae Hierosolymitanae (a qua haud discessit Iacobus), sed coetibus christianis extra Palaestinam collectis, iisque longe inuicem dissitis, epistolas suas scripserit, quas iam omnes aeuo apostolico ex alia ecclesia in aliam, cui haud destinatae erant, transmigrasse, haud probabile est [83]). Praeterea nobis epistolarum nostrarum scribendi genus ex Paullino deriuantibus obiici posse sentio, non tam, et Paullum ex epistolis nostris multas loquendi formulas hausisse, eodem iure statui posse, quo auctores catholicos Paullum sequutos esse contenderimus; nam cum epistolae cathol. tempore successisse videantur

[82]) *Einleitung ins N. T.* pag. 606 sqq.

[83]) Cf. Ziegler *Einleitung in den Brief an die Hebr.* pag. 162 sqq. — S. V. Gablerus l. supra c. — *Annal. lit. Ienens.* a. 1800. Nr. 62.

Paullinis, dubium hoc per ſe euaneſcit; quam potius, quasdam ſententias, exempla, dicendi formulas, ipſamque adeo dialectum, quam religioſam commode vocare poſſis, ſingulis ſcriptoribus chriſtianis ita vſu receptam fuiſſe, vt optimus quisque eadem vteretur. Fieri etiam potuiſſe KNAPPIUS [84]) ſtatuit, vt Iacobus ſententias et doctrinas Paulli, a falſis apoſtolis peruerſe explicatas reſpiceret, etiamſi ſcripta eius non legiſſet. Paullum enim in ſermonibus, quos in eccleſiis praeſens habuerit, iisdem profecto ſententiis atque exemplis vſum fuiſſe, quibus abſens in epiſtolis vti ſolitus fuerit. Nam hunc omnem τρόπον παιδείας Paullo familiarem et quaſi domeſticum fuiſſe, e crebra eius in ſcriptis repetitione ſatis apparere. His igitur exemplis ac ſententiis, ſiue e ſermonibus Paulli, ſiue ex epiſtolis arreptis, abuſos fuiſſe verae doctrinae corruptores, vt erroribus ſuis probabilitatis ſpeciem conciliarent. Horum opiniones refutare Iacobum, atque aduerſus prauam illorum interpretationem haec exempla et illas de fide ſententias defendere. Et quid, NOESSELTUS [85]) inquit, verborum quorumdam ſimilitudo effecerit, vt vnum ab altero lectum putemus, niſi ſint ita vni ſcriptori propria, ab eoque vno aut primo vſurpata, (quorum tamen nonnulla exſtare putauerim), vt, ſi alter adhibuerit quoque, neceſſe ſit, eum ex illius in ſuum ſermonem traduxiſſe. 6) Sed licet recte ſic monitis nobis cauendum ſit, ne tantum non omnes epiſtolas Paullinas, in quibus vel leuiſſimus cernitur cum catholicis conſenſus, ab auctoribus noſtris lectas eſſe ſtatuamus, equidem tamen, cum Petrus Paulli eiusque epiſtolarum diſertam mentionem

[84]) Comment. in c. II. ep. Iacobi pag. 27.

[85]) *Opuſc.* faſc. II. pag. 311.

faciat 2 ep. 3, 15. (quem locum vix pro ſpurio declarare auſim), pluraque in epiſtolis noſtris loca ſupra commemorata (vt ille de fide apud Iacobum), occurrant, quae auctores earum, absque lecta hac vel alia epiſtola Paullina, aliter enunciaturos fuiſſe exiſtimauerim; non poſſum quin nonnullas, praecipue illas ad Rom. Gal. et Hebr. illis innotuiſſe ſtatuam. Quanam via autem hoc fieri potuerit, Storrius ſibi iam vberius eruendum ſumſit [86].

Ceterum in rebus arduis etiam voluiſſe ſat eſt, et, cui prima non licet aſſequi, is in ſecundis tamen tertiisque conſiſtere cum aliqua laude poteſt.

Ad aliud epiſtolarum catholicarum commune conſilium eruendum alia via S. V. Augusti [87] pertingere conatus eſt fere ſic: Conuerſionem ait Sauli, Phariſaeorum ſcholae addicti, magni ad religionem chriſtianam ſtabiliendam et propagandam momenti fuiſſe, ſiquidem hic apoſtolus τῆς ἀκροβυστίας finem nouae huius disciplinae, ex mente Chriſti ſolos Iudaeos ſpectantem, ad omnes omnino homines extendi voluerit, dum reliqui apoſtoli, Iacobus potiſſimum et Petrus, ex partibus Chriſti ſtantes, doctrinam eius nonniſi pro iudaismo perpurgato et liberaliori interpretatione ad animum excolendum et emendandum translato habuerint, ita vt duae ſic ortae ſint ſcholae, quarum illa, rem cum Paullo faciens, Phariſaeo-Paullina, haec vero, Petro potiſſimum addicta, Eſſaeo-Petrina commode vocari poſſit. Hinc factum eſſe, vt Paullus quauis data opportunitate ſe ἀπόστολον κλητὸν διὰ θελήματος Θεοῦ vocauerit et τοῖς ὑπερλίαν ἀποστόλοις oppoſuerit (2 Cor. 11, 6. coll.

[86]) Vid. ſupra not. 73.

[87]) L. not. 56. cit. p. 1 ſqq.

1 Cor. 9, 1. 2.); Petrus vero atque Iacobus epistolis suis conscribendis cauere conati sint, ne religionis christianae puritas placitis Paullinis iusto liberioribus turbetur, ne fines, quibus Christus doctrinam suam, solis Iudaeis destinatam, contineri voluerit, vlterius dilatentur, nec religio noua motum corruptione et licentia tum temporis grassante quid detrimenti capiat, in quo quidem consilio persequendo sese illis pietatis principiis Essaeorum magnopere adiutos sensissent. Multa sunt quibus impedimur, quo minus hoc scriptoribus nostris consilium fuisse statuere possimus, ex quibus pauca tantum delibasse suffecerit. Ante omnia totum disputationis fundamentum: Christum doctrinam suam solis Iudaeis promulgari voluisse, in lubrico et instabili locatum est, ita vt hoc euerso tota corruat. Euertitur autem, si quid iudicamus, tum ipsa personae I. C. dignitate, quae summam praestantiam moralem naturae humanae adeoque imaginem diuinam, quatenus coloribus humanis pingi potest, ita referebat, vt, in hoc dignitatis fastigio constitutus, in homine non Iudaei, sed in Iudaeo potius hominis praestantiam spectare posset; tum ipsius doctrinae eius, totum hominem amplectentis ac delitescentes vires eius excitantis, excitatasque ad diuinae virtutis scopum dirigentis natura atque indole; tum huius doctrinae tradendae methodo, non soli Iudaeo sed homini omnino adtemperata; tum denique luculentissimis effatis I. C., ex quibus modo agrum illum, in quo religionis suae semen seri debeat, τον κοσμον dicit (Matth. 13, 37. 38.), modo persequutionibus discipulorum suorum doctrinam suam inter nationes exteras propagatum iri asseuerat (Matth. 10, 18. 24, 14. coll. Marc. 13, 9. 10.), modo exterorum multitudinem in salutaris doctrinae Messianae, a Iudaeis

ſpretae, ſocietatem venturos eſſe affirmat, (Matth. 8, 11. 12. coll. Luc. 13, 28-30.), modo discipulos in omnem terrarum orbem ablegatos vult, (Matth. 28, 19. Marc. 16, 15. Luc. 24, 47.), etc., quae tamen omnia hic vlterius perſequi nolumus, ne praeter rem iuſto longius excurriſſe videamur. Omnino quidem olim Iudaei, adeoque Paullus non minus ac reliqui apoſtoli, pro ea, quam de Meſſia animo conceperant exſpectatione, in eo acquieſcere ſoliti erant, Meſſiam religionem Moſaicam, (quam, cum ex dictamine diuino hauſta ſit, nunquam abrogatum iri perſuaſum habebant) liberaliori interpretatione ita ad meliorem frugem reuocaturum eſſe, vt religionis prorſus nouae ſpeciem prae ſe ferat; ſed apoſtolos, perruptis horum praeiudiciorum anguſtiis, in doctrinae nouae et ad totum genus humanum pertinentis campum latius patentem excurriſſe, vel ex ſcriptis eorum ſatis apparet. Nec equidem ſciuerim, quomodo epiſtolae catholicae et praecipue illa Iacobi, quae fere tota in eo eſt, vt niſum iſtum omnibus hominibus communem, ad altiorem morum culturam pertingendi, quouis modo excitet ac foueat, ſatis commode ad conſilium illud a S. V. Augustio propoſitum reuocari poſſint. Videtur potius diſſidium illud Paullum inter et alios apoſtolos non tam de materia nouae religionis diſciplinae quam de forma ſeu de methodo eam tradendi exorta et mox ſedata eſſe, neque duplex eccleſia, quam vocant, iam tum temporis locum habuiſſe [88]. Cur vero Vir S. V. alteram ſcholarum commemoratarum Phariſaeo-Paullinam vocauerit, cum haec denominatio neque inde repeti poſſit, quod Paullus

[88]) Cf. Weber *Beyträge zur Geſchichte des neuteſt. Kanons*. p. 177 ſqq.

ante conuerſionem ad religionem chr. Phariſaeus eſſet, neque inde quod poſt conuerſionem Phariſaeorum placita ita exuerit, vt legem Moſaicam prorſus abrogatam declararet; alteram vero Eſſaeo-Petrinam appellari velit, cum Iacobi quidem epiſtola, non item vero epiſtolae Petrinae, praecepta Eſſaeorum reſipiat; id quidem me non prorſus intelligere ingenue fateor [89]). Sed vix eſſe videtur, quod diiudicandae huic disputationi diutius immoremur, cum abeat in ſententiam hanc: ſcriptores noſtros in epiſtolis ſuis conficiendis conſilium quoddam ſatis definitum non ſequutos eſſe [90]).

III. Aliquam *ſcribendi generis communionem* in epiſtolis Iacobi, Petri ac Iudae cerni, vix dubitari poteſt. Nam licet aliud in alio harum epiſtolarum auctore magis emineat, et ſua in vnoquoque horum ſcriptorum praecipua et peculiaris quaedam virtus ſit [91]), ita vt ſcribendi genus Iacobi cum illo Petri et Iudae ne comparari quidem poſſe videatur; ſaepiſſime tamen hi tres non ſolum locis ex V. T. vel aliunde commemorandis [92]), ſententiis, argumentis probandi et refutandi, hiſtoriae veteris ad illuſtrandum et cohortandum vſu, exemplis in medium proferendis, virtutibus iisdem praedicandis, vitiisque iisdem vituperandis (quanquam alii etiam alia grauiter et ſeuere obiurgant), prophetarum hebraeae gentis

89) Cf. Gableri *nov. diar. theol.* T. X. p. 156 ſqq.

90) L. c. p. 14. *So wenig die Verfaſſer einen objectiven Plan gehabt zu haben ſcheinen, eben ſo wenig bemerkt man auch einen ſubjectiven in ihren Briefen.*

91) De ſcribendi genere Iacobi vid. infra; de Petrino cf. proleg. noſtra, vtrique epiſtolae Petri praemiſſa.

92) Harum potiſſimum allegationum in epiſtolis cathol. obuiarum conſilium, modum et fontes S. V. Staeudlinus in libello ſupra laudato inueſtigauit.

oraculis et sententiis stylo, supra epistolarem saepe multum assurgente, imitandis, sed etiam singulari verborum, phrasium ac dicendi formularum simili-tudine mirifice congruunt et conspirant. Praecipue vero, vt comparationis instituendae aliquam lecto-ribus materiam subministremus, Petrus ep. 1. ex Iacobi epistola depromsit:

I, 3. 22. 23. — Iac. I, 18—21.	II, 1. 2. — Iac. I, 18—21.
6. 7. — — — 2. 4.	IV, 8. — — V, 20.
23—25. — — — 11.	V, 5. — — IV, 5. 6.
	V, 6. — Iac. IV, 10.

Sic etiam Iudae epistola cum altera Petri multa communia habet. Cf. e. g.

Iud. 1. cum 2Petr. II, 4. 9. III, 7.	11. — 2Petr. II, 15. 16.
— 3. — — — 21. — 2.	12. — — — 13. 14.
— 4. 5. — — — 1—3.	13. — — — 17.
— 6. — — — 4.	16. — — — 18.
— 7. — — — 6.	17. 18. — — — — III, 1-3.
— 8-10. — — — 10-12.	20. — — — 5.

Quae quidem loca, quorum numerum adhuc auxit *Cel.* SCHULZIUS [93]), diligenter inuicem comparanti dubium non erit, Petrum ep 1. ex epistola Iacobi, Iudam vero ex altera potissimum Petrina vel versa vice Petrum ex ep. Iudae, [nam vtraque ratio suis gaudet defensoribus [94]), S. V. EICHHORNIO tamen rem in medio relinquente [95])], multa hausisse, adeo-que alium alius epistolam legisse et probe cognitam habuisse. Quae quidem epistolarum nostrarum simi-

[93]) *Der schriftstellerische Character und Werth des Petrus, Judas und Jakobus.* p. 38 sqq. et p. 89 sqq.

[94]) Quorum recensum exhibuit DAHL *de authentia epi-stolarum Petrinae posterioris et Iudae.* pag. 2. sqq. cui adde: HICHTERI comment. praeside SCHOTTIO defensam: *de origine posterioris Petrinae ex epi-stola Iudae repetenda.*

[95]) L. c. pag. 642 sq.

litudo, in genere fpectata, tum ex vfu maiori, qui inter apoftolos illos τῆς περιτομῆς intercedebat, tum ex eadem earumdem ecclefiarum, ad quas epiftolas fuas miferunt, conditione, tum ex aliqua confilii quo ducti fcripferunt, communione oriunda et explicanda videtur.

IV. Quod attinet ad *tempus fcriptionis* epiftolarum catholicarum hic vniuerfe conftituendum, omnis disputatio inde potiffimum pendet, an Iacobus, Petrus et Iudas, (nam epiftolae Iohannis et hic in disquifitionem non veniunt), ex Paullinis illis ad Rom. Gal. et Hebr. nonnulla hauferint, ac inter alia lites iftae de fide, de Chrifto olim redituro, et i. g. a. ex epiftolis Paullinis, a fraudulentis doctoribus male intellectis, vel in alienum fenfum detortis, oriundae, Iacobo, Petro ac Iudae anfam aliquam ad fcribendum praebuerint? Quod qui nobiscum affirmare non dubitauerit, et epiftolas noftras Paullinis illis tempore fuccefiffe facile concedet. Quam tamen SEMLERUS *prol.* pag. 25. 26. ad tempus confcriptarum epiftolarum cathol. definiendum ingreffus eft, equidem via incedere vix aufim. "Ineft, inquit, in illis *Clementinis* hic ibi fatis clarum veftigium huius malignitatis (Paulli famam diris modis laedendi), quae vel ipfi *Petro* tribuitur ab auctore huius compilationis. Itaque iam ab aliquo tempore iui in eam fententiam, *Lucae* illum hiftoricum commentarium, *actus apoftolorum*, praecipue huic confilio deftinatum fuiffe, vt vtriusque partis praecipites fautores ad mitiorem iudiciorum modum adducerentur; ficut certum eft, euangelium a Luca praecipue oppofitum fuiffe falfis aliorum narrationibus, quas iam literis traditas diffeminabant; itaque locupletiffimos teftes, αὐτόπτας appellat, quibus ifti alii vti non poterant. Ifta igitur narratio de rebus geftis apoftolo-

rum similiter oppofita eft confictis nouis hiftoriis, quae Petro auctoritatem maximam fic tribuebant, vt Paulli merita, quae apud iftam aliam partem locum habebant, obfcurarentur. Itaque et ratio quafi reddi poterit, cur tam multarum epiftolarum mentionem nullam fecerit Lucas, comes tamen Paulli, vsque ad illud tempus, quo Romae commoratus eft. Nempe ne iftam aliam focietatem offenderet quae ifto tempore nullas epiftolas a Petro, Iacobo — acceperat. Itaque non dubito ftatuere, per omne illud tempus, quod complectitur haec Lucae hiftoria, nec *Iacobum* nec *Petrum* fcripfiffe iam aliquam epiftolam; aliter ad res *Hierofolymis* geftas pertinuiffent hae epiftolae, atque filentio omnino praeteriri a Luca non potuiffent, fine eximia fpecie ftudii partium." Sed quamuis ingeniofe haec omnia compofita appareant, equidem tamen neque in euangelii Lucae limite, neque in commentariis eius de rebus geftis app., veftigia fatis certa deprehendere poffum, quae Lucam illud *falfis* aliorum de Chrifto narrationibus, hos vero confictis nouis hiftoriis, Petri auctoritatem non minus adiuuantibus, quam Paullinam imminuentibus, opponere voluiffe demonftrent. Nam totam iftam fententiam Luc. 1, 1 fqq. ad populare illud dicendi genus, quo inde, quod alii hoc vel illud aggreffi fint, vel fecerint, et nobis idem licere, colligere folemus, reuocare aufim. In actt. app. vero honori Petri non minus ac Paulli confulitur. Quae autem vbi recte a me moneantur, ex filentio Lucae, quo tam Paullinas, quam Petrinas, reliquasque epiftolas praeterit, aliquid pro conftituendo fcriptionis epiftolarum cathol. tempore colligi poffe negauerim.

V. *Collectio* epiftolarum cathol. ante feculum tertium nondum exftitiffe videtur, vel faltem an-

tea nemo ex caeteris ſcriptoribus ſocietatis e gentibus, eam oculis et manibus vſurpare potuit. *Clemens Al.* potius, quem viuendo ſeculi tertii initia attigiſſe conſtat, SEMLERO (qui tenebras, quibus hoc fere intactum argumentum circumfuſum latebat, aliquo modo diſſipauit), primus videtur ex graecis (non ex Iudaeis) doctoribus poſſediſſe ſeptem has epiſtolas. Nam *Euſebius*, inquit, ſatis certo hoc narrat, quod epitomas confecerit etiam ex libris αντιλεγομενοις, nec hos παρελθων [96]). Iſto igitur tempore *Clementis Al.* nemo quaſi miratus fuiſſet, *ſi praeteriiſſet*; ergo nondum fuiſſe videntur in catalogo eccleſiae Alexandrinae harum partium, quae Paulli auctoritatem adhuc ſequebantur. A *Clemente* igitur *Origenes* hoc epiſtolarum corpuſculum accepiſſe videtur, qui forſan nominis iſtius καθολικαι, quatenus omnibus commune eſt, auctor fuit; (quanquam diſputatio ex loco *Euſebii* allato aliqua ambiguitate laborat. vid. infra). Iam vero cum certum ſit, *Theodorum Mopſv.* finiente fere ſeculo quarto has epiſtolas nondum omnes recepiſſe, nec veterem translationem Syriacam inueniſſe, iam corpuſculum aliquod eccleſiaſticum, ſeptem epiſtolis conſtans; oritur quaeſtio, vnde tandem *Clemens Al.* acceperit iſtas epiſtolas ſeptem, praeter Paullinas? quam SEMLERUS ſic dirimendam cenſet: "Vix, inquit, dubitandum eſt, quin *Clemens Al.* in fuga aut itinere in *Cappadociam* (a. 201. 210.) harum epiſtolarum notitiam ſibi parauerit, ſicut aliarum ſcriptionum apographa inde ſecum retulit. Nam *Tertullianus* omnibus

96) *Hiſt. eccl.* l. VI. c. 14. Εν δε ταις ὑποτυπωσεσι ξυνελοντα ειπειν, πασης της ενδιαθηκου γραφης επιτετμημενας πεποιηται διηγησεις, μη δε τας αντιλεγομενας παρελθων· την Ιουδα λεγω, και τας λοιπας καθολικας επιστολας. κ. τ. λ.

his epistolis et apocalypsi vsus fuit; eas igitur accepit ab illis societatibus Christianorum, qui venerant ex Iudaeis. Hi Iudaeochristiani porro *Romae* quasi sedem et arcem sacrarum rerum habebant; postquam bellum iudaicum et nouae turbae sub *Hadriano*, hos Christianos ex Palaestina, Syria et Asia minori quasi eiecerant. Substiterunt in *Phrygia* illi, quos solent dicere Montanistas, qui et ipsi in *Italiam* et *Galliam* quasi colonias misserunt; hi coloni attulerunt etiam hos suae partis libellos. Manserunt igitur hae epistolae cum apocalypsi quasi in manibus doctorum huius societatis, quibus inde ab initio destinatae fuerant, in Asia scilicet minori. Certum est ex *Eusebio* (h. e. 6, 11.) hunc *Clementem* secum tulisse epistolam *Alexandri*, episcopi Flauiados, quem antea discipulum habuit. Sed ad διαὅποραν — Καππαδοκιας scripsit Petrus, Iacobum non obscure imitatus. In *Asia* igitur minori hae epistolae primum innotuerunt huic *Clementi Al.* Facile porro credimus *Clementis* commentaria, ὑποτυπώσεις, Alexandriae praecipue fuisse asseruata; ex illis igitur didicit et requisiuit *Origenes* has epistolas; ex eadem Asia minori allatae fuerunt *Romam*; sed diu ignoratae in *Syria* et aliis in regionibus."

VI. Cum sero innotuerint et ecclesiarum orbem confecerint epistolae catholicae, seriusque adhuc auctoritatem apostolicam nactae sint, neque adeo ita lectitatae fuerint ac scripta N. T. historica epistolaeque Paullinae, et *serior ipsarum ac rarior vsus* apud scriptores ecclesiasticos inuenitur. Hinc argute obseruante S. V. EICHHORNIO [97]), factum esse videtur, vt epistolae nostrae minus larga lectionum varietate obrutae prostent, id quod cautos

[97]) L. c. pag. 567 sq.

nos reddere deberet, ne lectionibus, vbi ex ſola forſan patrum in allegandis locis biblicis negligentia et licentia in textum irrepſerint, plus iuſto tribuere ſuſtineamus.

His ita confectis, pergamus iam nunc ad ea, quae EPISTOLAE IACOBI praemonenda habemus.

I. Praecipua quaeſtio, de qua vel a primis inde eccleſiae chriſtianae temporibus disputatum eſt, quaeque, licet non ad religionem ipſam, et canonicam epiſtolae noſtrae auctoritatem, eo magis tamen ad ακριβειαν hiſtoricam et criticam, nec non ad accuratiorem epiſtolae interpretationem pertinet, procul dubio eſt: *quot ſint, qui in N. T. Iacobi nomine veniant*, et *quis horum epiſtolae catholicae, quae Iacobi nomen in fronte gerit, habendus ſit auctor?* Operae pretium me facturum eſſe ſpero, ſi totum de hoc argumento ſententiarum ambitum, profecto haud exiguum, ea, qua, ſalua euidentia, fieri poteſt, breuitate, vno quaſi obtutu Lectoribus circumſpiciendum et diiudicandum praebuero.

A. Quod iam attinet ad quaeſtionis propoſitae partem priorem: *quot ſint qui in N. T. Iacobi nomine veniant?* Iacobum quidem *Zebedaei* filium, Iohannis fratrem et Ieſu Chriſti familiarem, qui Matth. 4, 21. 10, 2. coll. Marc. 3, 17. Luc. 6, 14. et Act. 1, 13. in apoſtolorum numerum refertur, et circa annum, poſt aſcenſum I. C. decimum, diem iam obiit ſupremum Act. 12, 2. a caeteris, qui Iacobi nomine nuncupantur, diſtinguendum eſſe, omnes conſentiunt. Praeter hunc vero tum Iacobi cuiusdam *minoris*, Alphaei et Mariae filii, qui idem apoſtolis annumeratur Matth. 10, 3. 27, 56. Marc. 3, 18. 15, 40. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. tum

Iacobi cuiusdam *fratris Iefu Chrifti* Matth. 13, 55. Gal. 1, 19. mentio fit, de quo quidem ἀδελφῷ του Κυριου paffim etiam in patrum fcriptis haec fere memoriae prodita leguntur: per plurium, et, fi *Hieronymo* [98]) fides habenda eft, per triginta annorum feriem eum Hierofolymis verfatum, ecclefiae Hierofolymitanae et conuentui apoftolico Act. 15, 13. commemorato praefuiffe [99]), eundem ob fingularem virtutem δικαιον dictum effe [100]) [cuius quidem cognominis rationem *Iofephus* [101])

[98]) De vir illuftr. *Triginta itaque annos Hierofolymorum rexit ecclefiam, i. e. vsque ad feptimum Neronis annum.*

[99]) *Hegefippus* ap. *Euf.* h. e. II, 23. Διαδεχεται δε την εκκλησιαν μετα των αποστολων ὁ αδελφος του Κυριου Ιακωβος, ὁ ονομασθεις απο παντων Δικαιος απο των του Κυριου χρονων μεχρι και ἡμων. *Clemens Alex.* ap. *Euf.* h. e. II, 1. Κλημης δε εν ἑκτω ὑποτυποσεων γραφων — Ιακωβον τον Δικαιον επισκοπον Ἱεροσολυμων ἑλεσθαι.

[100]) Cf. praeter *Clem. Alex.* l. c. *Hegefipp.* ap. *Euf.* l. c. Δια γε τοι την ὑπερβολην της δικαιοσυνης αυτου εκαλειτο Δικαιος και Ωβλιας. *Epiphan.* adv. haer. l. III. Tom. II. p. 1046. Τουτον ουν (fc. Ιακωβον), ονοματι ουκετι εκαλουν, αλλ' ὁ Δικαιος ην αυτῳ ονομα.

[101]) Ap. *Origen.* in Matth.: Ιακωβος δε εστιν οὑτος, ὁν λεγει Παυλος ιδειν εν τῃ προς Γαλατας επιστολῃ — επι τοσουτον δε διελαμψεν οὑτος ὁ Ιακωβος εν τῳ λαῳ επι δικαιοσυνῃ, ὡς Φλαβιον Ιωσηπον αναγραψαντα εν εικοσι βιβλιοις την Ιουδαϊκην αρχαιολογιαν την αιτιαν παραστησαι βουλομενον του τα τοσαυτα πεπονθεναι τον λαον, ὡς και τον ναον κατασκαφηναι, ειρηκεναι κατα μηνιν Θεου ταυτα αυτοις απηντηκεναι δια τα εις Ιακωβον τον αδελφον Ιησου, του λεγομενου Χριστου, ὑπ' αυτων τετολμημενα. Και το θαυμαστον εστιν, ὁτι τον Ιησουν ἡμων ου καταδεξαμενος ειναι Χριστον, ουδεν ἡττον Ιακωβῳ δικαιοσυνην εμαρτυρησε τοσαυτην, λεγει δε, ὁτι ὁ λαος ταυτα ενομιζε δια τον Ιακωβον πεπονθεναι.

ex communi probitatis eius laude repetiit]; vſum eſſe deinde hunc ipſum Iacobum Hieroſolymis per aliquod tempus Paulli familiaritate, qui eum στυλον eccleſiae appellat [102]), quamuis in retinendis religionis Iudaicae cerimoniis inuicem diſſenſiſſe videantur [103]; eundem porro coenae Domini interfuiſſe, et cum Chriſto poſt reſurrectionem collocutum eſſe [104]); vitae denique genus obiiſſe eum ad Naſiraeorum diſciplinam plane accommodatum, de quo quidem ipſo; nec non de vitae eius exitu ipſum *Hegeſippi* [105]) locum huc transſcribere liceat: Διαδεχεται δε την εκκλησιαν μετα των αποστολων ὁ αδελφος του κυριου Ιακωβος, ὁ ονομασθεις ὑπο παντων Δικαιος απο των του Κυριου χρονων μεχρι και ἡμων. Επει πολλοι Ιακωβοι εκαλουντο. Ούτος δε εκ κοιλιας της μητρος αυτου ἁγιος ην. Οινον και σικερα ουκ επιεν, ουδε εμψυχον εφαγεν·

102) Cf. Gal. l. c. et 2, 9.

103) Gal. 2, 9. coll. 11—13.

104) Id quod S. V. Herderus in libro *Briefe zweener Brüder Jeſu in unſerem Canon* p. 21 ſqq. probabile reddere conatus eſt ex 1 Cor. 15, 7. επειτα ωφθη Ιακωβῳ, coll. cum loco euangel. ſecund. Hebraeos: *Iurauerat enim Iacobus, ſe non comeſturum panem, ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum reſurgentem a mortuis. Rurſusque poſt paululum: afferte, ait Dominus, menſam et panem. Statimque additur: tulit panem et benedixit, ac fregit, et dedit Iacobo Iuſto, et dixit ei: frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit filius hominis a dormientibus.* Vid. Fabric. cod. pſeud N. T. p. 593.

105) Ap. *Euſ.* h. e. II, 23. Fuerunt, quibus ſuſpecta videretur haec *Hegeſippi* narratio, quos tamen ſibi refutandos ſumſit *Cel.* Faber in progr. *Euſebianae de Iacobi, fratris Ieſu, vita et morte narrationis partes quaedam explicantur et defenduntur.* Ansbach 1793. 4.

ξυρον επι την κεφαλην αυτου ουκ ανεβη· ελαιον ουκ ηλειψατο, και βαλανειῳ ουκ εχρησατο. Τουτῳ μονῳ εξην εις τα ἁγια εισιεναι. Ουδε γαρ ερεουν εφορει, αλλα σινδονας. Και μονος εισηρχετο εις τον ναον. Ηυρισκετο τε κειμενος επι τοις γονασι, και αιτουμενος ὑπερ του λαου αφεσιν· ὡς απεσκληκεναι τα γονατα αυτου δικην καμηλου, δια το αει καμπτειν επι γονυ προσκυνουντα τῳ Θεῳ, και αιτεισθαι αφεσιν τῳ λαῳ. Δια γε τοι την ὑπερβολην της δικαιοσυνης αυτου, εκαλειτο Δικαιος και Ωβλιας· ὁ εστιν ἑλληνιστι περιοχη του λαου και δικαιοσυνη, ὡς οἱ προφηται δηλουσι περι αυτου. Τινες ουν των ἑπτα αἱρεσεων, των εν τῳ λαῳ, των προγεγραμμενων μοι εν τοις ὑπομνημασιν επυνθανοντο αυτου, τις ἡ θυρα του Ιησου; και ελεγε, τουτον ειναι τον σωτηρα· εξ ὡ τινες επιστευσαν, ὁτι Ιησους εστιν ὁ χριστος. Αἱ δε αἱρεσεις αἱ προειρημεναι ουκ επιστευον ουτε αναστασιν, ουτε ερχομενον αποδουναι ἑκαστῳ κατα τα εργα αυτου. Ὁσοι δε και επιστευσαν, δια Ιακωβον. Πολλων ουν κατα των αρχοντων πιστευοντων, ην θορυβος των Ιουδαιων και γραμματεων και Φαρισαιων, λεγοντων ὁτι κινδυνευει πας ὁ λαος Ιησουν τον χριστον προσδοκαν. Ελεγον ουν συνελθοντες τῳ Ιακωβῳ· παρακαλουμεν σε, επισχες τον λαον, επει επλανηθη εις Ιησουν, ὡς αυτου οντος του χριστου· παρακαλουμεν σε πεισαι παντας τους ελθοντας εις την ἡμεραν του πασχα περι Ιησου. Σοι γαρ παντες πειθομεθα· ἡμεις γαρ μαρτυρουμεν σοι και πας ὁ λαος, ὁτι δικαιος ει, και ὁτι προσωπον ου λαμβανεις. Πεισον ουν συ τον οχλον, περι Ιησου μη πλανασθαι, και γαρ πας ὁ λαος και παντες πειθομεθα σοι. Στηθι ουν επι το πτερυγιον του ἱερου, ἱνα ανωθεν ης επιφανης και η ευακουστα ρηματα παντι τῳ λαῳ. Δια γαρ το πασχα συνεληλυθασι πασαι αἱ φυλαι μετα και

των εθνων. Εστησαν ουν οἱ προειρημενοι γραμματεις και Φαρισαιοι τον Ιακωβον επι το πτερυγιον του ναου, και εκραξαν αυτῳ και ειπον· Δικαιε ῳ παντες πειθεσθαι οφειλομεν, επεὶ ὁ λαος πλαναται οπισω Ιησου του σταυρωθεντος, απαγγειλον ἡμιν, τις ἡ θυρα του Ιησου του σταυρωθεντος; Και απεκρινατο φωνῃ μεγαλῃ· τι με επερωτατε περι Ιησου του ὑιου του ανθρωπου; και αυτος καθηται εν τῳ ουρανῳ εκ δεξιων της μεγαλης δυναμεως, και μελλει ερχεσθαι επι των νεφελων του ουρανου. Και πολλων πληροφορηθεντων και δοξαζοντων επι τῃ μαρτυρια του Ιακωβου, και λεγοντων ὡσαννα τῳ ὑιῳ Δαβιδ, τοτε παλιν οἱ αυτοι Γραμματεις και Φαρισαιοι προς αλληλους ελεγον· κακως εποιησαμεν τοιαυτην μαρτυριαν παρασχοντες τῳ Ιησου· αλλα αναβαντες, καταβαλωμεν αυτον, ἱνα φοβηθεντες μη πιστευσωσιν αυτῳ, και εκραξαν λεγοντες· ω ω, και ὁ δικαιος επλανηθη. Και επληρωσαν την γραφην, την εν τῳ Ἡσαΐᾳ γεγραμμενην· αρωμεν τον δικαιον, ὁτι δυσχρηστος ἡμιν εστι, τοινυν τα γεννηματα των εργων αυτων φαγονται. Αναβαντες ουν κατεβαλον τον δικαιον, και ελεγον αλληλοις· λιθασωμεν Ιακωβον τον δικαιον. Και ηρξαντο λιθαζειν αυτον, επει καταβληθεις ουκ απεθανεν, αλλα στραφεις εθηκε τα γονατα λεγων· παρακαλω, κυριε Θεε Πατηρ, αφες αυτοις, ου γαρ οιδασι, τι ποιουσιν· ὁυτω δε καταλιθοβολουντων αυτον, εἱς των ἱερεων των ὑιων Ῥηχαβ ὑιου Ῥαχαβειμ των μαρτυρουμενων ὑπο Ἱερεμιου του προφητου, εκραζε λεγων· παυσασθε, τι ποιειτε. ευχεται ὑπερ ὑμων ὁ δικαιος. Και λαβων τις απ' αυτων εἱς των γναφεων το ξυλον εν ῳ απεπιεξε τα ἱματια, ηνεγκε κατα της κεφαλης του δικαιου. Και ὁυτως εμαρτυρησεν. Cui tamen *Hegeſippi* narrationi cum fabuloſa quaedam admixta videantur, ſubiungamus *Ioſe-*

phi[106]) locum vtique fide digniorem. Ὁ Ανανος, νομισας εχειν καιρον επιτηδειον, δια το τεθναναι μεν Φηστον, Αλβινον δε ετι κατα την οδον υπαρχειν, καθιζει συνεδριον κριτων, και παραγαγων εις αυτο τον αδελφον Ιησου, λεγομενου Χριστου, Ιακωβος ονομα αυτου, και τινας ἑτερους, ὡς παρανομησαντων κατηγοριαν ποιησαμενος παρεδωκε λευσθησομενους (cit. Orig. c. Celf. l. p. 35. et in Matth.). Ὁσοι δε εδοκουν επιεικεστατοι των κατα την πολιν ειναι, και τα περι τους νομους ακριβεις, βαρεως ηνεγκαν επι τουτῳ, και πεμπουσιν προς τον βασιλεα κρυφα, παρακαλουντες αυτον, επιστειλαι τῳ Ανανῳ, μηκετι τοιαυτα πρασσειν, μηδε γαρ το πρωτον ορθως αυτον πεποιηκεναι. Τινες δε αυτων και τον Αλβινον ὑπαντιαζουσιν απο της Αλεξανδρειας ὁδοιπορουντα, και διδασκουσιν ὡς ουκ εξον ην Ανανῳ χωρις της εκεινου γνωμης καθισαι συνεδριον. Αλβινος δε, πεισθεις τοις λεγομενοις, γραφει μετ' οργης τῳ Ανανῳ, ληψεσθαι γαρ αυτου δικας απειλων. Και ὁ βασιλευς Αγριππας δια τουτο την αρχιερευσυνην αφελομενος, αυτου αρξαντος μηνας τρεις, Ιησουν τον του Δαμναιου κατεστησεν.

Haec fere ea funt, quae de vita ac fatis eorum, qui in N. T. Iacobi nomine veniunt, literis mandata deprehendimus. Iam vero vtrumque Iacobum, vnum *Alphaei* filium, apoftolum, alterum *Iefu fratrem*, diftinguendos inuicem effe, funt qui affirment, funt etiam qui negent.

1) Qui *affirmant*, vt ab his, perfpicuitatis adiuuandae caufa, ordiamur, in diuerfam iterum abeunt fententiam:

a) *Alii* Iofephum duas vxores, priorem *Efcham*, e qua nati fint *Iacobus*, *Iofes*, *Simon*, *Iudas*, et

106) *Ant. iud.* l. XX, c. 8. (al. 9.) et apud *Eufeb.* h. e. II, 23.

filiae duae, *Esther* et *Thamar*, vel, vt alii, *Maria* et *Salome*, alteram *Mariam*, matrem Chriſti, duxiſſe contendunt. Quam quidem opinionem, Ebionitis inprimis probatam, et ex apocrypho *Petri* et *Iacobi* euangelio [107]) depromtam, amplexi ſunt veterum complures, veluti *Origenes* [108]), *Epiphanius* [109]),

107) Exſtat in *Fabricii cod. pſeud. N. T.*

108) *In Matth.* 12. Τους δε αδελφους Ιησου φασι τινες ειναι εκ παραδωσεως ὁρμωμενοι του επιγεγραμμενου κατα Πετρον ευαγγελιου η του βιβλου Ιακωβου, υιοις Ιωσηφ εκ προτερας γυναικος, συνωκηκυιας αυτῳ προ της Μαριας. Οἱ δε ταυτα λεγοντες το αξιωμα της Μαριας εν παρθενιᾳ τηρειν μεχρι τελους βουλονται, ἱνα μη το κριθεν εκεινο σωμα διακονησασθαι τῳ ειποντι λογῳ Luc. 1, 35. γνῳ κοιτην ανδρος μετα το επελθειν εν αυτη πνευμα ἁγιον και την επισκιακυιαν αυτη δυναμιν εξ ὑψους. Και οιμαι λογον εχειν ανδρος μεν καθαροτητος τον εν ἁγνειᾳ απαρχην γεγονεναι τον Ιησουν, γυναικων δε Μαριαμ. Ου γαρ ευφημον αλλην παρ᾽ εκεινην την απαρχην της παρθενιας επιγραψασθαι. Ιακωβος δε εστιν οὑτος, ὁν λεγει Παυλος ιδειν εν τῃ προς Γαλατας επιστολῃ, ειπων· ἑτερον δε των αποστολων ουκ ειδον, ει μη Ιακωβον, τον αδελφον του Κυριου.

109) *Adv. haer.* l. 1. T. 2. p. 119. Κασταθεντος ευθυς Ιακωβ του αδελφου Κυριου καλουμενου και αποστολου, επισκοπου προτου ὑιου του Ιωσηφ φυσει οντος, εν ταξει δε αδελφου του Κυριου κληθεντος δια την συναναστροφην. Ην γαρ ὁ Ιακωβος οὑτος του Ιωσηφ εκ γυναικος του Ιωσηφ, ουκ απο Μαριας, ὡς και εις πολλους τοπους τουτο ἡμιν ειρηται, και σαφεστερον ἡμιν πεπραγματευται, αλλα και εὑρισκομεν αυτον εκ του Δαβιδ οντα δια το ὑιον ειναι του Ιωσηφ Ναζιραιον γενομενον. Ην γαρ πρωτοτοκος τῳ Ιωσηφ και ἡγιασμενος. Cf. *Idem* adv. haer. l. 3. T. 2. et *Hilarius* comment. in Matth. cap. 1. Plures huic ſententiae addictos attulit *Pearſonus* ad ſymb. apoſt. p. 312. Quibus tamen vix annumerandus videtur *Euſebius*, ſiquidem ille Iacobum tantum *Ioſephi* filium eſſe contendit, nulla alius, praeter Mariam, vxoris mentione facta. En ipſa eius verba h. e. II, 1. Τοτε δητα και Ιακωβον,

alii, quos etiam ſequitur GROTIUS [110]). Sed totius huiusce opinionis origines praecipue, ſi non vnice, ex vana quadam ſuperſtitione, qua ſingularis quaedam tum Ieſu tum Mariae dignitas etiam in hoc, quod *ſolus* Mariae filius natus erat, quaerebatur, repetendas eſſe, quis, quaeſo, non viderit? Quodſi vero maieſtas I. C. ex loci, quo ortus eſt, tenuitate, vitae humilitate, ipſius denique mortis, quam cruentam in cruce obiit, infamia nullum omnino cepit detrimentum; cur fratrum conſortium (ſi demonſtrari poſſit), et id quidem variis, grauiſſimisque vitae communis virtutibus alendis exercendisque aptiſſimum, ipſi ducatur opprobrio? Quid? quod Chriſto omnia fere cum caeteris hominibus fuerunt communia, neque adeo fratrum ſororumque ſodalitium vllam ei contrahere potuiſſe contumeliam videri poteſt. Denique, cum tantum abfuerit, vt foecunditas apud Hebraeos contemtui haberetur, vt potius in ea magna quaedam pars tum dignitatis muliebris, tum felicitatis poneretur, cur numeroſam prolem Mariae potiſſimum ignominiam creaſſe arbitremur [111])? Quae

τον του κυριου λεγομενον αδελφον, ὁτι δη και οὑτος του Ιωσηφ ωνομαστο παις. Του δε χριστου πατηρ ὁ Ιωσηφ, ᾧ μνηστευθεισα ὁ παρθενος, πριν η συνελθειν αυτους, εὑρεθη εν γαστρι εχουσα εκ πνευματος ἁγιου, ὡς ἡ ἱερα των ευαγγελιων διδασκει γραφη. Quodſi vero ſuſpicioni locus eſt, *Euſebium* potius Iacobum τον αδελφον του Κυριου pro filio Ioſephi ex *Maria, matre I. C.*, progenito habuiſſe putaverim, cum quia de matre Iacobi tacet, tum quia de hac ipſa Maria, Ieſu matre, paulo poſt ſermo eſt.

110) "Dictus autem, inquit, hic Iacobus frater Domini, quod filius eſſet Ioſephi του τεκτονος *ex priore vxore.*"

111) Cf. HERDERS *Briefe zweener Brüder Jeſu in unſerm Canon* p. 14. 15.

cum ita ſint, vix eſt, quod ad reliquas, quibus haec opinio premitur, deſcendamus difficultates, inde praecipue oriundas, quod ille ipſe Iacobus, quem pro filio *Ioſephi*, ex priore vxore, ac pro apoſtolo habent, ſub filii *Alphaei* nomine in apoſtolorum catalogum refertur Matth. 10, 3.

b) *Alii*, in quorum numero ſunt HAMMONDUS [112]) (ex aliqua ſaltem parte), RICHARD SIMON [113]), HERDERUS (l. c.) KLEUKERUS [114]), NIEMEYERUS [115]), ZACCARIA [116]), CLAUSENIUS [117]), SCHERERUS [118]), Iacobum, τον αδελφον του Κυριου pro fratre Chriſti germano, neque tamen apoſtolo, adeoque a Iacobo Alphaei filio prorſus diuerſo habent. Argumenta, hinc inde arrepta, ad quae pro tuenda hac ſententia prouocant, ordine diſpoſuerim hoc:

a) Iacobum τον αδελφ. τ. K. *fratrem Chriſti germanum* fuiſſe affirmant, quia Maria, praeter Ieſum, plures adhuc liberos procreauerit, et inter hos ipſos Iacobi noſtri mentio fiat. Iam *plurem Mariae*, matri *Ieſu*, *prolem fuiſſe*, colligunt, *tum* ex Matth. 13, 57. [119]), vbi Ieſus ſibimet ipſe familiam tribuat, dicens: ουκ εστι προφητης ατιμος, ει μη εν τη πατριδι αυτου, και εν τη οικια αυτου;

112) *Paraphraſ.* proleg. ad ep. Iacobi.

113) *Hiſt. crit. text. N. T.* c. XVII. verſ. *Cramer.* p. 317.

114) *Ausführl. Unterſuchung d. Gründe für die Aechth. v. Glaubw. d. ſchriftl. Urkunden des Chriſtenth.* Abth. 2. Abſchn. 2.

115) *Charact. d. Bibel* T. I. ed. 2. vel: *Zuſätze* p. 110.

116) *Diſſertt. ad hiſtor. atque antiquit. eccleſiaſt. pertinentt.* 1781. T. I. diſſert. 1. *de tribus Iacobis.*

117) *Introductio in ep. Iacobi.* pag. 8 ſqq.

118) *Die kathol. Briefe neu überſetzt* etc. T. I.

119) Coll. Marc. 6, 4. Luc. 4, 24. Ioh. 4, 44.

tum ex Matth. 1, 20. 24. 25. vbi non tantum πρωτοτοκος dicatur Mariae filius, quo ipſo nomine plures poſtea nati eiusdem matris filii indicari videantur, verum etiam poſt natum Ieſum conſuetudine coniugali vere iunctos inuicem vixiſſe Ioſephum et Mariam, non obſcure ſignificetur his: ουκ εγινωσκεν αυτην, ἑως οὑ ετεκε τον ὑιον αὑτης, τον πρωτοτοκον; tum denique ex Ioh. 7, 2 – 10. vbi αδελφοι cum Chriſto ita colloquantur, vt, quisquis a cupiditate fuerit alienus, nonniſi germanos, eiusdemque domus fratres intelligere poſſit; prouti etiam Matth. 12, 46 – 50. [120]) fratres a diſcipulis tam clare diſtinguantur, vt non facile quis eos cum his commutauerit. — *Iacobum vero noſtrum huic ipſi Mariae atque Ioſephi proli annumerari* contendunt, *partim* quia Matth. 13, 55. 56. [121]) Iudaei generis ignobilitatem Ieſu his verbis exprobrent: ουχ οὑτος εστιν ὁ του τεκτονος ὑιος; ουχι ἡ μητηρ αυτου λεγεται Μαριαμ; και οἱ αδελφοι αυτου Ιακωβος, και Ιωσης, και Σιμων, και Ιουδας; και αἱ αδελφαι αυτου ουχι πασαι προς ἡμας εισι; ποθεν ουν τουτῳ ταυτα παντα; quo quidem loco, cum matrem germanam intelligendam eſſe nemo dubitet, idem de fratribus etiam et ſororibus, atque adeo de ipſo quoque Iacobo ſtatuendum videri, niſi totum locum frigidum reddere volueris, atque ieiunum, negari vix poſſit: *partim*, quia locus ille *Ioſephi*, atque narratio *Hegeſippi* (vid. ſupra) de morte Iacobi, fratris Domini, cognomine *Iuſti*, accurate conſentiant cum ſententia illa, Iacobum hunc naturalem fuiſſe Ieſu fratrem.

β) Huncce vero Iacobum XII *apoſtolis* annumerandum eſſe negant; ſiquidem ſolus Iacobus *Alphaei*

[120]) Coll. Marc. 3, 31 – 35. Luc. 8, 19 – 21.

[121]) Coll. Marc. 6, 3. Luc. 4, 24. Ioh. 6, 42.

filius a Iesu inter apostolos relatus sit. Quam quidem sententiam olim ipse et hoc argumento magis adhuc firmare conatus sum: Nimirum, quo tempore Iacobus, Alphaei filius, iam in apostolorum numero erat, Iesu fratres, adeoque etiam Iacobus, ὁ ἀδελφος Ἰησου, de diuina Iesu, eiusque doctrinae auctoritate nondum persuasi fuisse dicuntur. Nam Matth. 10, 3. Iacobus quidem Alphaei filius inter XII apostolos refertur; idem etiam Marc. 3, 18. cum caeteris apostolis tum iam ad doctrinae Iesu velut semina quaedam inter gentes etiam spargenda missus legitur: at vero Matth. 12, 49. Iesus, audito nuntio, matrem, fratresque foris stare: τινες εισιν, inquit, οἱ ἀδελφοι μου; και εκτεινας την χειρα αυτου επι τους μαθητας αυτου, ειπεν· ιδου ἡ μητηρ μου, και οἱ ἀδελφοι μου· ὁστις γαρ αν ποιηση το θελημα του πατρος μου, του εν ουρανοις, αυτος μου ἀδελφος, και ἀδελφη, και μητηρ εστι· vnde veros eius ἀδελφους hoc quidem tempore eum nondum sequutos eiusque doctrinae addictos fuisse, iure colligi posse existimabam, maxime cum Iohannes c. 7, 5. in eadem re enarranda, disertis verbis addat: ουδε γαρ οἱ ἀδελφοι αυτου επιστευον εις αυτον [122].

122) Sunt quidem, qui contendant, Iacobum fratrem Domini, etsi diuersum a Iacobo Alphaei, omnino fuisse in apostolorum numerum relatum; in qua tamen causa illi falluntur, aut vsum certe loquendi valde detorquent. Concedimus quidem (vt GABLERI verbis vtar), scriptores ecclesiasticos latiorem vocabulo ἀποστολος subiicere potestatem, qua *doctores quosque* ecclesiae, et *praesules* comprehendat (cf. SUICERI. *thes. eccl.* Tom. I. p. 475 sqq. et *HAMMONDI paraphr. praemonit. ad ep. Iacobi*); at in eo valde hallucinatur *HAMMONDUS*, quod loca nonnulla N. T. ad illustrandam et firmandam hanc latiorem vocis vim excitat, v. c. 2 Cor. 8, 23.

γ) Hinc denique, quod Iacobus Alphaei filius, non itidem Iacobus frater Chriſti germanus, XII apoſtolis annumerandus ſit, vltro ſequi exiſtimant, ac olim ipſe exiſtimaui, *hunc ab illo prorſus diſtinguendum eſſe*; id quod praeterea et inde effici poſſit, quod, ſi Iacobus frater Ieſu cum Iacobo apoſtolo, Alphaei filio, idem eſſet, plane non adpareat, cur huic in apoſtolorum catalogo nomen illud honorificum ἀδελφὸς Ἰησοῦ, alias toties frequentatum, ne ſemel quidem additum ſit, praeſertim cum plures apoſtoli, additis fratrum nominibus, in ipſis illis catalogis inuicem diſtingui ſoleant; Andreas verbi cauſa Petri ἀδελφὸς nominetur, Iohannes Iacobi (filii Zebedaei), Matth. 10, 2. 3. coll. Marc. 3, 17. 18. Nec denique inde pro

Phil. 2, 25. Nam in his locis vocabulum *genitiuo* iunctum primam et vniuerſam *legati* notionem retinet; in aliis vero locis *abſolute poſitum* nequaquam tam late patet, ſed in ſenſu *eminentiori* vſurpatur, atque ſoli doctorum eccleſiae extraordinariorum, et a Ieſu ipſo conſtitutorum collegio tribuitur. Iacobum autem fratrem Domini, eumque ab Alphaei filio diuerſum, fuiſſe, ex anguſtiori quidem vocis poteſtate, *decimum tertium* apoſtolum, eſt mera eaque vana *Euſebii* (h. e. l. I. c. 12. et ad Eſ. c. XVII.) et *Hieronymi* (Comment. in Eſ. c. XVII.) opinio, nullis nixa ſ. ſ. teſtimoniis, ſed ſolis coniecturis et argutiis. Id quod etiam valet de mira illa ſententia *Theodoreti*: τοὺς νῦν καλουμένους ἐπισκόπους Ἀποστόλους ὠνόμαζον; quam iam CLERICUS ad HAMMONDUM l. c. iure meritoque notauit. — Quare nec ipſius HAMMONDI ſententia nobis probatur, qui Iacobum quidem τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, *germanum Ieſum fratrem* fuiſſe negans, eundem tamen a Iacobo Alphaei filio ita diſtingui vult, vt pro *Cleophae* filio habeatur; iisdem enim haec HAMMONDI opinio dubiis premitur, cum ſolus Iacobus *Alphaei* filius in apoſtolorum recenſu deprehendatur.

Iacobo Alphaei filio a Iacobo Chrifti fratre diftinguendo praefidium repetere omittunt, quod, fi pro vno eodemque habendi effent, inde fequeretur, eundem tam apoftoli, quam epifcopi ecclefiae Hierofolymitanae muneri praefuiffe; quod tamen in tam diuerfa vtriusque muneris natura fieri non potuiffet.

At vero in fumma licet euidentiae et firmitatis fpecie, quam argumenta modo prolata prae fe ferre videntur, fummis tamen premuntur difficultatibus, quas, praeter alios Viros doctos, praecipue GABLERUS, qui totam hanc materiam olim fibi retractandam fumfit [123]), miro ingenii acumine explorauit. Singula iam figillatim, quo protulimus ordine, perfequamur. Nimirum locus ille Matth. 13, 57. vbi Iefum fibi ipfum familiam tribuere dicunt, ad genus adagiorum pertinet, in quorum vfu non requiritur, vt fingula verba ad rem praefentem referantur, modo vniuerfe aliquid iis infit, quod accommodari ad rem poffit. Praeterea οἰκίαν, aeque ac hebr. בית, *familiam vniverfam*, non folum domefticam, fignificare, velut et Latinorum *domum*, inter omnes fatis conftat. — Porro ex Matth. 1, 20. 24. 25. vfum coniugalem colligi non poffe, dudum monuere alii. Nam formula ἕως οὗ, aeque ac hebr. עד אשר interdum etiam futurum tempus includit, ac *indefinite* accipitur, vt enunciationi negatiuae iuncta *nunquam* fignificet, e. g. Gen. 28, 15. 2 Sam. 6, 23.; futurum faltem non excludat, v. c. 1 Tim. 4, 13 [124]). Ne-

[123]) Differt. *de Iacobo epiftolae eidem adfcriptae auctore.* Altorfii 1787.

[124]) Vid. *GLASSII philol. facr.* ed. *Dathe* Tom. I. P. I. p. 382 fqq. *BAUER philol. Thucyd. Paull.* p. 122 fqq. *SVICERI thef. eccl.* Tom. I. p. 762. 1295. Tom. II. pag. 306.

que auctores profani ab hoc formulae vſu abhor-rent[125]). Sed poſita etiam h. l. vulgari formulae ἑως ου ſignificatione, inde tamen nondum ſequi-tur *fecunditas* conſuetudinis coniugalis. Neque voc. πρωτοτοκος vrgendum videtur, cum quisque ita adpelletur, ante quem alius natus non eſt, ſiue deinde alii ſequuti ſint, ſiue non [126]). — In loco vero Ioh. 7, 2 – 10. voc. αδελφων non neceſſario *fratrum Ieſu germanorum* notionem infert, cum et *cognatos, conſobrinos* praeſertim, ſic appellari poſſe, abunde conſtet (vid. infra), et ne orationis qui-dem contextus germanos fratres ſatis declaret. Nam cognatorum Ieſu plurimi Nazarethi habitaſſe vi-dentur; atque hi ipſi, cur non eadem, quae Ioh. 7. narrantur, dicere, Ieſumque admonere potuerint, vt et ſuo ipſius et totius familiae ſplendori me-lius, quam hucusque, conſuleret, prorſus non ap-paret. Iidem etiam cum eodem loco habitarent, vna cum matre Ieſu, inuiſere hunc poterant, Matth. 12. Clare quidem hoc ipſo loco οἱ αδελφοι a diſcipulis Ieſu diſtingui videntur; ſed non legi-mus ibi παντας αδελφους Ιησου ad inuiſendum eum veniſſe; id quod ne probabile quidem foret. Poterant igitur omnino nonnulli eorum in con-ſortio Chriſti eſſe, et diſtingui tamen ab iis *reliqui*

[125]) Docuit hoc *Elsnerus* ad h. l. Et *Suidas* iam ob-ſeruauit το ἑως παρα τη γραφη επι του διηνεκους πολλακις εὑρισκομεν κειμενον.

[126]) *Basilius homil. in natiuit. Chriſti:* ου παντως ὁ πρωτοτοκος προς τους επιγινομενους εχει την συγκρισιν, αλλ' ὁ πρωτον διανοιγων μητραν, πρωτοτοκος ονομαζε-ται. Pari modo *Theophylact. ad Luc.* 2.: πρωτο-τοκος λεγεται ὁ πρωτος τεχθεις, καν μη δευτερος επε-τεχθη. Plura adhuc collegit *Suicerus* in *theſ. eccleſ.* T. II. p. 878. Fuſius hunc locum tractauerunt *Hackspanius* in *notis philol.* P. III. p. 5 ſqq. alii-que a *Wolfio* citati.

ἀδελφοὶ, qui Iesum *modo inuiserent*. Quo tamen perfugio vix opus est nobis, ex loco parallelo Marc. 3, 31 - 35. praecipue ex v. 34. coll. 32. facile intelligentibus, illos μαθητὰς h. l. non esse *apostolos*, sed totum *audientium coetum*, περὶ αὐτὸν καθήμενον. — Locus ille Matth. 13, 55. 56, sensu sumi possit hoc: *bene nouimus ignobile huiusce hominis genus, nouimus matrem, nouimus totam eiusdem* familiam ignobilem; *nonne omnes hi vilissimae conditionis homines nobiscum hic incolunt? vnde igitur huic, tam tenui loco nato, tanta virtus, tantaque doctrinae et eloquentiae vis?* quo tunc generis ignobilitas adhuc augeri videretur, quippe quae iam nunc non ex domesticae solum familiae, sed ex vniuersae cognationis tenuitate repetatur. Sed omnem orationem hic facilius procedere, si οἱ ἀδελφοὶ de germanis Iesu fratribus intelligantur, nemo inficias ibit, praecipue cum, quod semel monuisse suffecerit, prorsus non sit, quod Iacobum nostrum *consobrini* sensu fratrem Iesu fuisse affirmantes, Iesu omnino fratres germanos fuisse negemus [127]. — Ad loca vero

[127]) Praeterea *Gablerus* huic orationi nonnulla inesse statuit, quae germanos Mariae liberos repudiare videantur. "Verba, inquit, και αἱ ἀδελφαι αυτου ουχι πασαι προς ἡμας εισι; fere nos cogunt, vt vniuersam sententiam non de germanis fratribus et sororibus, sed de cognatis intelligamus. Quis enim credat, tantam fuisse Mariae, matri Iesu, praeter quatuor filios, filiarum copiam, vt vocabulum πασαι commode ad illas referri queat." Sed, si quid sentio, hoc nexu in voc. πασαι vix multitudinis notio quaeri potest, cum ad vitandas tantum vlteriores orationis ambages et circuitiones adhibitum esse videatur, ne, fratribus iam nominatim commemoratis, et sororum nomina, quae et ipsa forsan ignorabant, diserte enuntiari opus sit, praecipue cum

ista *Iosephi* et *Hegesippi*, quod attinet, monuisse suffecerit, illum tum interpolatum esse, certe apud *Eusebium* [128]), tum commode cum altera senten-tia, quae Iacobum Iesu consobrinum fuisse statuit, conciliari posse [129]); hunc vero tum repugnare *Io-sepho*, tum plenum esse fabulis absurdissimis [130]), quae aliis pluribus adhuc auctae in ABDIAE *act. apostol.* redeunt [131]). — Quod denique attinet ad locum Ioh. 7, 5. vbi οἱ ἀδελφοὶ του χριστου eo ipso tempore increduli dicuntur, quo Iacobus Al-phaei iam in numerum apostolorum relatus erat; primum quidem regeri posset, male hunc locum vniuerse de omnibus ἀδελφοις intelligi, cum in sacris literis non quaeuis propositio indefinita pro vniuersali habenda sit, sed ex orationis potius contextu definienda: iam vero minus probabile esse, omnes Iesu cognatos tum adfuisse, et, quae v. 3. legimus, dixisse; comma igitur quintum de iisdem modo ἀδελφοις, quorum v. 3. mentio fiat, neque vero de omnibus intelligendum esse, inpri-mis cum non expresse legatur: ουδεις των ἀδελφ. etc. non omnes vero Iesu cognatos apostolis ad-scriptos fuisse, qui neget, esse neminem. Prae-terea vero ex Ioh. 6, 64 sqq. vbi Christus narratur

generis nobilitatem, ignobilitatemue, e cognitionis muliebris modulo parum metiri solebant Iudaei.

128) Vid. BENSON. *prolegom. ad ep. Iac.* Sect. II. ex ed. *Michaelis* p. 15 sqq. collata tamen retractatione in MICHAELIS *Einleitung* P. II. pag. 1411 sqq. ed. quart. De manifesta autem interpolatione ap. *Eus.* l. supra c. cf. MICHAELIS l. c. p. 1424. et CLERICUS *art. crit.* P. III. Sect. 1. c. 15. §. 9 sqq.

129) Cf. MICHAELIS l. c.

130) Vid. BENSON. et MICHAELIS ll. cc.

131) Apud FABRICIUM in *cod. apocr. N. T.* P. II. pag. 591 sqq.

τοις μαθηταις (coll. v. 60. 61.) dixiſſe: εισιν εξ ὑμων τινες, οἱ ου πιστευουσι, planum fit, πιστευειν h. l. *plenae* perſuaſionis de *integra* dignitate Ieſu *Meſſiana* notionem exprimere. Poterat igitur aliquis μαθητης Ieſu eſſe, ſine ſublimioris huius πιστεως laude; quapropter etiam multi μαθηται partes Ieſu deſeruiſſe dicuntur v. 66. quoniam ille Meſſianam ſuam dignitatem apertius paullo profeſſus erat. Diſtinguuntur quidem ibi οἱ μαθηται a τοις δωδεκα; ſed et inter ipſos apoſtolos nonnullos fide hac eminentiori ab initio caruiſſe, ſatis apparet ex Luc. 12, 28. Matth. 17, 17. 20. coll. Marc. 9, 19. et Luc. 9, 41. praecipue vero ex Ioh. 16, 30. Neque eſt, quod tantam eorum απιστιαν miremur, cum non minus, ac alii Iudaei, ſplendidam Meſſiae imaginem animis impreſſam haberent, quam Ieſus neque referebat, neque referre volebat. In nonnullis quidem, veluti Petro, Iohanne et Iacobo, Zebedaei filio, citius, in reliquis autem tardius maturuiſſe videtur haecce, de vera ac ſublimiori Chriſti et natura et prouincia, perſuaſio: idque iis praeſertim accidiſſe, qui cum Ieſu Nazarethi adoleuerant, vnaque cum eodem educati fuerant, ex ipſa mentis humanae, ſpretis domeſticis extranea admirandi, imbecillitate facile intelligitur[132]. Iam vero cum nonnulli horum αδελφων hoc ſenſu απιστων in numerum apoſtolorum omnino referri poterant, ex loco illo Iohanneo vix certo colligi poteſt, Iacobum τον αδελφον τ. K. propterea pro apoſtolo non haben-

[132]) Ex Matth. 12, 49. 50. ad incredulitatem των αδελφων Ιησου (quam quidem, ſenſu modo conſtituto, lubentes concedimus) demonſtrandam vix aliquid elici poterit, niſi et Mariae απιστιαν affingere velis; quod tamen quantopere cum hiſtoria euangelica pugnet, non eſt quod moneamus.

dum esse, quia οἱ ἀδελφοὶ Ιησου, quo tempore apostoli iam electi dicantur, adhuc ἀπιστοι fuerint; neque adeo exinde effici potest, Iacobum, Christi fratrem, a Iacobo Alphaei filio, eodemque apostolo, prorsus diuersum esse. Nec illud argumentum, a cognomine ἀδελφος τ. Κ. quo nusquam Iacobus in apostolorum catalogo commemoretur, petitum, pro vtroque Iacobo, Iesu fratre et Alphaei filio inuicem distinguendo, audiendum videtur. Primum enim, argumentatione retorta, quaeri possit, cur et Iudas, epistolae auctor, si germanus Iesu frater fuerit, (quem fuisse statuant necesse est, qui Iacobum Iustum pro fratre Christi habent), se modo ἀδελφον Ιακωβου adpellet, nec potius ἀδελφον Ιησου, quod multo honorificentius foret, [modestiae enim causa, quae iam olim [133] obuertebatur, in hac re nulla est[134])]. Deinde totum hoc argumentum et cum sententia contraria, qua Iacobum τον ἀδελφον τ. Κ. a Iacobo Alphaei filio, apostolo eodemque Christi consobrino, diuersum fuisse negant, commode conciliari potest. Perlustrantibus enim nobis apostolorum recensum, apostolos a fratribus cognominatos, *germanos* horum fratres fuisse, in oculos incurrit, veluti Andream Petri, et Iohannem Iacobi. Quodsi vero Iacobum, Alphaei filium, Iesu modo consobrinum, non fratrem germanum fuisse, aliunde apparuerit; facile intelligimus, hunc Iacobum Alphaei in catalogo apostolorum dici non posse ἀδελφον Ιησου, ne scilicet ex *vario* voc. ἀδελφος *vsu* in eodem catalogo ambiguitas et error resultaret. — Nec denique impedit, quod Iacobus frater Domini, *episco-*

133) In *adumbrationibus in ep. Iudae. opp. Clem. Alex.* ed. Oxon. p. 1007.

134) Cf. *Michaelis Einleitung* l. c.

pus ecclefiae Hierofol. dicitur, quo minus et ipfe apoftolus effe potuerit, nam nihil obftare, quo minus apoftolus, quamuis hoc nomine doctoris vniverfalis munere functus, nec vni cuidam ecclefiae adftrictus fuiffe cenfendus fit, certa tamen aliqua ratione iftius ecclefiae, in qua per aliquod temporis fpatium fere continuum commoratus, quamque auctoritate apoftolica fubinde moderatus fuerit, *epifcopus* appelletur, aliis iam obseruatum eft. Caueamus modo, fubiiciamus huic voci, iam in N. T. libris latius patenti, notionem pofterioris aeui chriftiani anguftiorem: pari enim ratione et reliqui apoftoli omnium illarum regionum et vrbium, quas doctrina fua illuftrauerant, ecclefiarumque, quas et inftruxerant, et gubernauerant, epifcopi fuerunt [135]).

Praeterea vero, quod haec argumenta incerta et ambigua deprehendantur, et aliae hanc fententiam difficultates premunt. Nonnullae quidem leuioris momenti, et ita comparatae effe videntur, vt fententia fupra prolata facile ab iis vindicari poffit. Sic ex Ioh. 19, 26. 27. apparere arbitrantur, nullum omnino Mariae filium fuiffe, quia Iefus ibi moriens matrem non *fratri germano*, fed *Iohanni fuo* commendans, fic alloqueretur: γυναι, ἰδου ὁ υἱος σου. Meminerimus autem, quantus fuerit Iefu erga Iohannem fuum amor, quanta neceffitudinis familiaritatisque coniunctio, vt adeo huic, Iohanni, quem fraterno amore amplectebatur, (praecipue vbi fratres Iefu germanos forte abfentes fuiffe ftatueris), matrem etiam iure commendare potuiffe videri debeat. Ceterum voces υἱος et μητηρ non nimis premendas effe, per fe apparet,

135) Vid. *Ittigii felect. capp. hift. eccl.* Sect. I. c. VII. Sect. V. §. 18. et *Suiceri thef. eccl.* f. v. επισκοπος.

eum et hodie parentes, etſi liberis non deſtituti, eum, qui filii pietate eos proſequitur, *filium*, liberi vero, parentibus nondum orbati, alios etiam homines, bene de ſe meritos, parentes vocare ſoliti ſint. Magis tamen ad rem facere alii exiſtimant verba haec: *και απ᾽ εκεινης της ὡρας ελαβεν ὁ μαθητης αυτην εις τα ιδια.* Vnde iure colligi poſſe putant, Mariam aut alia prole praeter Ieſum prorſus caruiſſe, aut liberos habuiſſe tam male moratos, et in matrem impios, vt eorum curae committi aut nollet, aut ipſis inuitis non poſſet, aut denique adeo inopes, vt nullus eorum haberet, vnde matrem aleret et ſuſtentaret: quod quidem vtrumque poſterius in tanta liberorum multitudine fidem omnem excedat. Nam etſi vni et alteri res fuerit anguſta domi, vel vnus alterue male in matrem adfectus, omnes tamen impios adeo aut inopes fuiſſe, vt matrem ſubleuare vel nollent vel non poſſent, a vero abhorrere, ita vt haec narratio non poſſit non ſuſpectam admodum reddere copioſam Mariae prolem. At vero poterant plura illo tempore incidere, quae hodie prorſus ignoramus, quaeue Iohanni ſuadebant, vt Mariam, quamuis ei copioſa proles fuerit, in domum ſuam reciperet. Qui arbitremur (vt in hoc vno, eoque proximo, ſubſiſtamus), Iohannem, cuius curae Ieſus, quem incredibili amore proſequebatur, moribundus matrem ſuſtentandam commendabat, a ſe impetrare potuiſſe, et eam (quam et ipſe matris loco habebat) quaſi curae huius voluptatem, et amoris I. C. erga ſe, quod in eadem ſibi demandanda latebat documentum exoptatiſſimum et maxime honorificum, parui faciens ac ſpernens, ad alios, et vel ad ipſos filios dimitteret; hosque filios, in ſumma licet erga matrem reuerentia, Iohannem de hac re ſollicitaturos fuiſſe? — Neque

porro effe putauerim, quod miremur, pofita illa fententia fratrum Iefu nullum, ne duos quidem illos, Iacobum et Iudam, quamuis et doctrinam illius amplecterentur ipfi, aliisque ftudiofe commendarent, propagarentque, et quorum adeo fcripta in canone noftro librorum N. T. contineantur, in apoftolorum confortium receptos fuiffe; cum Iefus eos forfan confulto ab eodem excluferit, quo minus confortium illud ex ipfis fratribus eius germanis conuocatum pactionis conflatae fufpicionem crearet, multaeque aliae fratrum ab apoftolorum focietate fegregatorum caufae adeffe potuerint, quas memoriae proditas non legimus. — Grauioris autem momenti dubia effe videntur duo haec: *primum*, mirum effe, Iudam, fi cum Iacobo germanus Christi frater fuerit, fe (ep. v. 1.) non appellare αδελφον Ιησου, fed αδελφον Ιακωβου [136]), cum hoc cognomen ne fufficeret quidem ad diftinguendum Iudam, fratrem Iefu, ab aliis eiusdem nominis; fiquidem et ipfe *Iudas apoftolus*, ex vulgari certe fententia, fratrem haberet Iacobum Alphaei filium; *alterum*, idque grauiffimum, Iacobum τον αδελφον του Κυριου, quem fententiae illius defenfores pro apoftolo habendum effe ipfi negant (vid. fupra), in veri nominis apoftolorum numerum referri, eidemque parem cum illorum principibus, Petro et Iohanne, auctoritatem tribui Gal. 1, 19. coll. 2, 9. et Act. 15, 13 fqq. Alia adhuc dubia aliunde oriunda ad ea quae fequuntur, nobis, data occafione commemoranda, referuamus [137]).

136) Meminerimus enim, eos, qui Iacobum Chrifti fratrem germanum a Iacobo Cleophae filio diftinguunt, et Iudam pro fratre Chrifti naturali habere, et his ipfis quas in canone noftro fub Iacobi et Iudae nominibus epiftolas habemus, tribuere folere.

137) Vid. not. 173. coll. orationis contextu.

2) Pergamus iam nunc ad eos, qui vtrumque Iacobum, Iefu fratrem, et Alphaei f. Cleophae filium, diftinguendos effe *negant*, quique et ipfi in demonftranda ac tuenda hac fententia valde invicem discrepant.

a) *Alii* nimirum Iacobum hunc Iofephi et Mariae, Cleophae vxoris, cui Iofephus, Cleopha fratre mortuo, leuiratu iunctus fuiffet, filium effe, eamque ob caufam eundem Iacobum, cum Alphaei (quem a Cleopha diftinguendum effe negant), tum Iofephi filium, adeoque et Chrifti fratrem dici poffe contendunt, in quorum numero eft *Theophylactus* [138]). Sed cum hac de leuiratu opinione neque illud, quod Iofephus ipfe vxorem iam duxerat, neque hoc, quod Cleophas absque dubio fuperftes adhuc erat Luc. 24, 18., commode conciliari poteft, ne dicam, forte ipfam leuiratus legem tum temporis iam videri fuiffe abrogatam [139]).

138) Αδελφους, inquit, *και αδελφας ειχεν ὁ Κυριος, τους του Ιωσηφ παιδας, οὓς ετεκεν εκ της του αδελφου αυτου Κλωπα γυναικος. Του γαρ Κλωπα απαιδος τελευτησαντος, ὁ Ιωσηφ ελαβε κατα τον νομον την γυναικα αυτου, και επαιδοποιησεν εξ αυτης παιδας ἑξ, τεσσαρας αρρενας, και δυο θηλειας, την Μαριαν, ἣ ελεγετο του Κλωπα θυγατηρ κατα τον νομον, και την Σαλωμην.* *Idem* in 1 Cor. 9, 5. Αδελφους *του Κυριου φησι τον Ἰακωβον τον Ἱεροσολυμων επισκοπον, και Ιωσην, και Ιουδαν. Οἱ αδελφοι ωνομασθησαν του Κυριου δια την προς την θεοτοκον του Ιωσηφ μνηστειαν.*

139) *Herderus* l. c. Iofephum leuiratu Mariae, Cleophae vxori, iungi potuiffe propterea negat, quia ex leuiratus lege coniux tantum demortui *fratris*, minime vxoris foror duci debuiffet. Veriffime id quidem, fed non apte ad rem propofitam, cum, qui Iofephum et Mariam, Cleophae vxorem, leuiratu iunctos fuiffe contendunt, Cleopham Iofephi *fratrem* fuiffe arbitrentur: *οὓς (παιδας) ετεκεν (Ιωσηφ)*, inquit *Theophylactus*, *εκ της του αδελφου αυτου Κλωπα γυναικος.*

b) *Alii* vero Iacobum τον αδελφον τ. K. ab ipſo Cleopha atque Maria Cleophae vxore, eademque matris I. C. ſorore, progenitum, adeoque Chriſti ανεψιον ob ſolam quotidianam, quae ipſi cum Chriſto erat, conſuetudinem, αδελφον eius dictum, ſicque cum Iacobo Cleophae, ſ. Alphaei filio, eodemque apoſtolo eundem eſſe arbitrantur. Ita ſtatuunt ex patribus HIERONYMUS [140]), THEODORETUS [141]), ISIDORUS HISPAL [142]), AUGUSTINUS [143]), alii; ex theologis autem et interpretibus, tam veteribus, quam recentioribus LARDNERUS [144]), PEARSONUS [145]), MAIUS [146]), BUDDEUS [147]), IOH. HENR. MICHAELIS [148]), WOLFIUS [149]), BENSON [150]), I. D. MICHAELIS [151]), CHR. F. SCHMIDIUS [152]), ZACHARIAE [153]), KUETTNERUS [154]), SEMLERUS [155]),

140) Ad Gal. 1, 19. nec non in Matth. 12. et praecipue *adu. Heluid.* I, 7. (opp. Tom. II. p. 218 ſq.).

141) Ad Gal. 1, 19.

142) *De vita et obitu ſanct.* cap. 68.

143) Tract. 28. in Ioh.

144) *Credibility of the Goſpel hiſtory*, ſupplem. Vol. III.

145) *Expoſ. ſymb. apoſtol.* p. 312 ſqq.

146) *Examen hiſt. crit. text. N. T. Rich. Simonis.* p. 207 ſqq.

147) *Eccleſ. apoſtol.* p. 226 ſqq.

148) *Introduct. hiſtoricotheolog. in ep. Iac.* proleg.

149) *Cur. phil. et crit. ad N. T.* Tom. IV. p. 7.

150) *Paraphr. huius ep.* proleg. Sect. I. et II.

151) *Introduct. ad libb. N. T.* Tom. II. p. 1411. ed. quart. et in notis ad *Benſon paraphr. ep. Iac.* latine a ſe redditam.

152) *Hiſtor. antiq. et vindicat. canon. ſacr.* p. 676 ſqq.

153) *Paraphr. epp. cathol.* proleg.

154) *Hypomnem. in N. T.* proleg. ad ep. Iac.

155) *Paraphr. in ep. Iac.* p. 2.

Carpzovius [156]), Storrius [157]), Gablerus [158]), Eichhornius [159]), Rosenmüllerus [160]), Hugius [161]), rel. rel. quorum alii aliis argumentis, hinc inde petitis, pro ſtabilienda hac ſententia vtuntur. Sic ſunt, qui ex Ioh. 19, 26. 27. nullum omnino Mariae, matri I. C., praeter hunc ipſum, filium fuiſſe, adeoque iam ob id ipſum Iacobum τον αδελφον του Κυριου, non de fratre Chriſti germano, ſed de Iacobo Alphaei filio, eodemque Ieſu conſobrino intelligendum eſſe, contendant. Quae tamen argumentandi ratio, quam ambigua ſit, ſupra iam demonſtrandi locus erat. Alii idem inde colligunt, quod veteres conſentiant tantum non omnes, nonniſi duos Iacobos fuiſſe, eosdem apoſtolos, Zebedaei vnum, alterum Alphaei filium, quorum poſterior Ieſu fuerit conſobrinus [162]). Sed, vt taceam de maximo patrum in hac re disſenſu [163]), quaenam fides debetur teſtimoniis, quibus ad vnum omnibus, ipſo *Origene* [164]) teſte, vana iſta ſubeſt ſuperſtitio, diuinum I. C. honorem fratrum imminui conſortio? de qua re copioſius ſupra iam egimus. Tota potius argumentatio, quae, ſi quid iudico, non ſingulis quibusdam hiſtoriae

[156]) *Epiſtol. cathol. Septenar.* p. 55.

[157]) *Diſſert. exeget. in ep. Iac.*

[158]) *Diſſert. de Iacobo, epiſtolae eidem adſcriptae auctore.*

[159]) In praedicanda diſſ. Gablerianae, modo commemoratae praeſtantia *Allg. Bibl. d. bibl. Litterat.* Tom. I. faſc. 6. p. 1011 ſqq. nec non in eiusdem: *Einleitung ins N. T.* p. 569 ſqq.

[160]) *Schol. in N. T.*

[161]) *Einleitung in die Schriften des N. T.* p. 354 ſqq.

[162]) Cf. loca ſupra allata p. 58 ſqq.

[163]) Vid. ſupra p. 63 ſqq.

[164]) Vid. not. 108. p. 64.

documentis sigillatim spectatis confici potest, ad haec fere capita reuocanda videtur:

α) *Iacobus, Alphaei filius*, consobrini *sensu* ἀδελφος Ἰησου *vocatur.* Loquendi vsum voc. ἀδελφος hanc *consobrini* significationem admittere, iure contendunt; cum quia in scriptis tam Graecorum quam Romanorum vox ἀδελφος [165]) et *frater* [166]) hoc significatu occurrit, [vt Graecis ἀδελφα, non minus ac nobis *verschwistert*, omnino res dicuntur, in quibus similitudo quaedam reperitur, τα ὁμοια [167])], tum praecipue, quia hebr. אח (cuius significatio ex arab. أخ *coniunxit* aeque late patet), saepissime in V. T. de *consanguineo* vsurpatur, e. g. Gen. 13, 8. 20, 12. 29, 10. 31, 23. quibus in locis et *Raschi* vocem אחים semper reddit קרובים. Sic igitur in formula ἀδελφος τ. K. non latet difficultas, quo minus Iacobus, sic dictus, pro consobrino I. C. haberi possit. Vt vero, quo iure Iacobus Alphaei filius consobrini sensu ὁ ἀδελφος τ. K. vocari potuerit, ac re vera vocatus sit, vberius demonstretur, ex pluribus N. T. locis diligenter inuicem collatis argumentandum est fere sic: "Iacobus, Alphaei filius, idemque apostolus Matth. 10, 3. et Act. 1, 13. matrem habuisse videtur Mariam; haec enim Matth. 27, 56. vocatur Μαρια, ἡ του Ιακω-

[165]) *Theophylact.* Ειωθεν ἡ γραφη τους συγγενεις αδελφους ονομαζειν. *Olympiodor.* Αδελφους και αδελφας, παντας τους συγγενεις, ειωθεν ἡ θεια προσχγορευειν γραφη.

[166]) Apud *Curtium* VI, 10. 24. Amyntas, Perdiccae filius vocatur *frater* Alexandri, qui tamen *patruelis* eius erat. Plura exempla suppeditabit *Edzardus* ad Auoda Sara c. 2. p. 310. et *Pearson* ad symb. apostol. pag. 313.

[167]) Vid. interpret. *Etym. M.* et Schol. *Soph.* Antig. 198. Cf. etiam *Morus* ad. *Isocr.* panegyr. c. 20.

βου και Ιωση μητηρ, et Marc. 15, 40. ἡ του Ιακωβου του μικρου και Ιωση μητηρ (μικρος autem cognominari poterat Iacobus ille Alphaei filius ratione Iacobi, Zebedaei filii, habita, qui prius in numerum apoftolorum receptus erat). Iam vero Matth. 13, 55. *Iacobus* et *Iofes* inter αδελφους του Κυριου referuntur; Iacobus igitur, Alphaei filius, matrem habuiffe videtur Mariam illam Matth. 27, 56. et Marc. 15, 40. Haec autem, quod ex parallelismo locorum clare patet, eadem fuit, quae Ioh 19, 25. vocatur Μαρια ἡ του Κλωπα, et αδελφη της μητρος του Ιησου. Vnde planum eft, tum Iacobum hunc Alphaei filium, eundemque αδελφον του Κυριου, *confobrinum* fuiffe Iefu (non autem fratrem germanum, nam Maria, mater Iefu, claris verbis diftinguitur ab illa Maria, quae ex parallelismo locorum Matth. 27, 56. et Marc. 15, 40. mater erat Iacobi et Iofetis); tum *Cleopham* eundem effe cum *Alphaeo.*" — Ad hunc ipfum vero Iacobum Alphaei filium, et Iefu confobrinum, et reliquorum locorum, in quibus de Chrifti adfinibus et propinquis fermo eft, contextum commode referri poffe, fupra iam fatis euiciffe nobis videmur.

β) *Idem ille Iacobus*, quem ex XII apoftolis fuiffe fatis conftat, *fub eodem* του αδελφου του Κυριου *nomine a Paullo in apoftolorum numerum refertur* Gal. 1, 19. Ἑτερον δε, inquit, αποστολων ουκ ειδον, ει μη Ιακωβον, τον αδελφον του Κυριου; vbi poft verba ει μη Ιακωβον fupplendum effe τον αποστολον, ex nexu horum verborum cum proxime praecedentibus manifefte apparet. Hunc vero locum ad Iacobum fratrem Chrifti germanum referri poffe, ipfos contrariae fententiae defenfores negare, fupra iam commemorauimus; vnde Iacobum Alphaei filium, praeter quem circa tempus illud nullus alius Iacobus

in apoſtolorum conſortio deprehenditur, h. l. intelligendum eſſe, vix ac ne vix quidem dubitari poteſt.

γ) Iam vero, cum Iacobum Alphaei filium, conſobrini ſignificatione, ἀδελφον του Κυριου vocatum eſſe, ex locorum ſupra allatorum intimo conſenſu manifeſte appareat; locaque reliqua, quae pro Iacobo, fratre Chriſti germano, a Iacobo Alphaei filio diſtinguendo afferuntur, ad hunc ipſum Alphaei filium commode reuocari poſſe ſupra demonſtratum ſit; cum porro dignitatem apoſtolicam diſertis verbis Iacobo τῳ ἀδελφῳ του Κυριου Gal. 1, 19. tributam, in hunc ipſum Iacobum Alphaei filium, non item vero in Iacobum, germanum Ieſu fratrem, cadere extra omnem dubitationis aleam poſitum ſit; et cum tot denique difficultates ſententiam eorum, qui vtrumque inuicem diſtinguunt, vndique premere videantur: *Iacobum* τον ἀδελφον τ. Κ. *cum Iacobo Alphaei filio eundem fuiſſe*, probabile eſt. Cui quidem ſententiae, de vtroque Iacobo haud inuicem diſtinguendo, GABLERUS novam quandam probabilitatis ſpeciem conciliauit argumento hoc, ad quod huius ſententiae defenſores ante eum negligenter et vix transeundo reſpexerunt. "Nomina, inquit [168]), των ἀδελφων του Κυριου occurrunt Matth. 13, 55. haec: *Iacobus*, *Simon*, *Iudas* et *Ioſes*; atqui tria priora nomina itidem exſtant in catologo apoſtolorum Matth. 10, 3. coll. Act. 1, 13. vbi vero Iacobus adpellatur *Alphaei filius*. Mirum itaque foret, cum grauior nulla cauſa obſtet, ſi tres illi ἀδελφοι, Iacobus, Simon, Iudas, a tribus his apoſtolis *eiusdem nominis*, Iacobo, Simone, Iuda, prorſus diuerſi fuerint. Sequimur ergo *probabilitatis legem*, atque illos (Si-

[168]) L. c. p. 7. 8.

mone forte excepto) pro iisdem habemus, inprimisque Iacobum τον αδελφον του Κυριου, pro Iacobo Alphaei filio." Neceſſitatem quidem, aut ſummam rei euidentiam ex hac argumentandi ratione elicere non vult; neque de eo quaerit, annon a caſu quodam haec nominum ſimilitudo deriuari queat; ſed de eo tantum, an talis caſus in *tribus* adeo hominibus, tamque *exiguo* amicorum numero, cum *veri ſpecie* cogitari et ſtatui poſſit; ſicque modo negat, illos αδελφους του Κυριου, *Iacobum*, *Simonem* et *Iudam*, cum *eadem* nomina ſibi inuicem *iuncta* redeant in catalogo apoſtolorum, *neceſſario* fuiſſe, aut *probabiliter* ſaltem dici poſſe germanos Ieſu fratres, *eosdemque* ab apoſtolis illis *eiusdem* nominis prorſus *diuerſos*: id quod iuſtus quilibet rei arbiter ei largiatur neceſſe eſt.

Sed et hanc ſententiam, et, qua eam firmare conati ſumus, argumentationem, alii aliis telis impugnant. Nonnulla quidem dubia adeo leuia deprehenduntur, vt vix digna ſint, quae recenſeantur, v. c. a proprio vocis ſignificatu praeter neceſſitatem non eſſe recedendum; vel illud αδελφον nunquam ſignificare *conſobrinum*; et quae ſunt huius furfuris alia. Contra vero alia, quae rationibus ſupra expoſitis obiiciuntur, ac olim obiecimus ipſi, grauiora eſſe videntur. Praeter dubium illud ex Ioh. 7, 5. petitum, "quo loco οἱ αδελφοι Ιησου eodem tempore, quo Iacobus Alphaei filius iam in apoſtolorum numero eſſet, increduli dicantur, ita vt Iacobus, ὁ αδελφος τ. Κ. dici plane non poſſit idem fuiſſe cum Iacobo Alphaei filio, eoque iam apoſtolo" (a quo tamen hanc ſententiam iam ſupra vindicare ſtuduimus), praecipue "Cleopham cum Alphaeo eundem fuiſſe negant. Non tam, quod Herderus vrget, quia

vtrumque nomen et fono et fignificatu plane fit diuerfum [169]), quam potius, quia ab omni veri fpecie alienum videatur, Lucam eundem virum duobus diuerfis nominibus defignaffe, *Alphaei*, Luc. 6, 15. et *Cleophae* Luc. 24, 18.; atque, fi Lucas vtrumque pro eodem habuiffet, hoc eum paucis, v. c. Ἀλφαῖος, ὁ καὶ λέγεται Κλεόπας, fignificaturum, eoque, ne incerta euaderet oratio, profpecturum fuiffe, probabile fit: quorfum et hoc accedat, quod Syrus, qui alias vocabula fynonyma inuicem permutare non dubitet, nomina Κλεόπας

169) Haec enim nomina, quamuis e noftra fcribendi ratione valde diuerfa videantur, facile tamen deriuantur e communi fonte, hebraica nempe fcriptura, qua nomen viro erat חלפי, quod duplici modo efferri poterat, tam *Chalphai*, quam *Chlopai*. Priorem pronuntiationem fequuntur Matth. Marc. et Luc., abiecta, more Graecorum, adfpiratione orientali, et addita terminatione graeca ος, vnde Ἀλφαῖος; veluti Hagg. I, 1. vbi Alexandr. חגי efferunt Ἀγγαῖος. Pofteriorem fequitur Iohannes, qui habet Κλωπᾶς, ח mutato in κ; vt פסח 2 Paral. 30, 1. ab Alexandr. effertur per Φασεκ; פסח Gen. 22, 24. per Ταβεκ etc., et pari modo חן a Graecis pronuntiatur Καρρα et Καρραι (cf. CELLARII notit. orb. ant. ed. *Schwarz* Tom. II. p. 616 fqq.). Quam pronuntiationis diuerfitatem eo minus in Iohanne mirari poffumus, quo magis conftat, diuerfa adeo ab iis, quae reliqui Euangeliftae habent, nomina eundem exhibere, v. c. *Nathanaelis* pro *Bartholomaeo*, quorum illud nomen viro proprium, hoc vero πατρωνυμικον fuiffe videtur. Cf. inuicem Ioh. 1, 45-51. 21, 2. Luc. 6, 14. Quare vix eft, quod cum *Hieronymo* l. fupra c. aliisque huic nominum Ἀλφαῖος et Κλεόπας diuerfitati, ex veterum eosdem homines diuerfis nominibus nuncupandi confuetudine, quam *Hieronymus* magna exemplorum abundantia confirmauit, fuperfluam anquiramus medelam. Cf. GABLERUM l. c. p. 12. 13.

et Ἀλφαῖος tamen diligenter diſtinguat[170]." Sed commode etiam, ad refutanda haec dubia, reſponderi poſſe video: tum, ſcriptores N. T. de perſpicuitate ſententiarum non vbique ſatis ſollicitos fuiſſe; tum, voce. Ἀλφαῖος et Κλωπας non eſſe duo diuerſa nomina, vt *Simon* et *Petrus*, *Lebbaeus* et *Thaddaeus*, ſed diuerſam tantum eiusdem nominis pronuntiationem[171], quam Lucas in variis iſtis narrationum ſymbolis, tam hebraicis, quam graecis, quas quidem in conſcribendis ſuis hiſtoriis adhibuerit, vario, quo forte in illis expreſſa erat, modo etiam in ſuos commentarios transferre potuerit; tum Κλωπαν illum Ioh. 19, 25. prorſus diuerſum eſſe a *Cleopa* Luc. 24, 18. ita vt Lucas ipſe idem nomen non diuerſo modo efferat, ſed ſolus Iohannes alteram nominis חלפי pronunciationem ſequatur[172], quo quidem tota obiectio

170) Πετρος enim vertere ſolet ܟܐܦܐ, Κλεοπας vero ſemper reddit ܩܠܝܘܦܐ, Ἀλφαιος ſemper ܚܠܦܝ.

171) Vid. not. 169.

172) Quae quidem *Gableri* ſententia commendatur non modo a varia ſcriptura Κλωπας Ioh. 19, 25. et Κλεοπας Luc. 24, 18. cum illa hebraicam originem, haec vero graecam a Κλεοπατρος, voce quidem contracta, prodat; niſi vitium ſcribendi, Κλεοπάς pro Κλοοπας, i. q. Κλωπας, admittatur, cuius tamen idonea ratio nulla adferri poteſt (vid. *Michaelis Auferſtehungsgeſchichte Chriſti*, p. 234 ſqq.): verum etiam potiſſimum ab eo, quod ille Cleophas Luc. 24, 18. in ſermone cum Chriſto habito prorſus ſilet v. 22. ſuam ipſius vxorem ſepulcrum Ieſu vacuum reperiſſe, ſed vniuerſe tantum commemorat: *αλλα και γυναικες τινες εξ ἡμων εξεστησαν ἡμας κ. τ. λ.*, quaſi nulla earum propius ad ſe pertineat. Hanc vero Mariam *του* Κλωπα (ſiue is fuerit Alphaeus, ſiue alius) inter illas feminas fuiſſe, apparet ex Ioh. 19, 25. coll. Luc. 23. 55. 24, 1 ſqq. et 10. — Ceterum eandem argumento iſti vim conſtare, etiamſi

vno velut ictu corruit; tum denique, si Cleophas et Alphaeus differant, nouam oriri difficultatem hanc: quod prorſus non adpareat, vnde Iacobo, filio Mariae Cleophae cognomen του Μιϰϱου Marc. 15, 40. contigerit [173]. Ad Syrum vero interpre-

cum ZACHARIAE (prol. ad epp. cathol.) Cleopham non maritum ſed *filium* illius Mariae Ioh. 19, 25. fuiſſe, ſumas, S. V. GABLERUS l. c. vlterius ſibi demonſtrandum ſumſit.

173) Quod contra facile eſt ad intelligendum, ſi ſumamus, Iacobum illum, cognomine μιϰϱον, eſſe Alphaei filium; hic enim apoſtolus *iunior* fuit altero Iacobo Zebedaei filio, prius in apoſtolorum numerum recepto. Alii quidem concedunt, Iacobum τον μιϰϱον eſſe Alphaei filium, ſed referunt *maioris* cognomen ad Iacobum *filium Ioſephi* et *Mariae*; quod tamen ſine cauſis faciunt. Etſi enim Iacobus, Zebedaei filius, nusquam Iacobus *maior* in libris ſacris diſerte appellatur, ex illius tamen vocatione ad apoſtoli munus tempore priori ratio cognominis του μιϰϱου in Iacobo, iuniori apoſtolo, cum ad eandem apoſtolorum familiam pertineret, ſatis intelligitur; illud contra temere ſumitur, cum eſſent, per ipſam hypotheſin, vtriusque Mariae *diuerſae* familiae; vt mirum adeo ſit, filii familiae vnius cognomen referri ad filium *alterius* familiae, neque inde *ſponte* appareat, quae ſit cognominis cauſa; quanquam ceterum libenter concedimus, parum referre, vnde hoc του μιϰϱου cognomen in filio Alphaei profectum fuerit. — Praeterea ſi Cleopham ab Alphaeo, et Iacobum Ieſu fratrem a Iacobo Alphaei filio diſtinguimus, inde ſequitur: non ſolum Mariam Ieſu, eiusque ſororem, Mariam Cleophae, habuiſſe vtramque duos filios *eiusdem* nominis, *Iacobum* et *Ioſetem*, Matth. 13, 55. et 27, 56. coll. Ioh. 19, 25. ſed etiam Alphaeum duos filios, *eiusdem* cum duobus filiis Mariae Ieſu nominis, *Iacobum* et *Iudam*, Matth. 13, 55. coll. Luc. 6, 15. ſi nempe Ιουδαν Ιαϰωβου intelligas de Iuda Iacobi *fratre*, non *filio*. Tanti quidem momenti non eſt haec obſeruatio, cum nomina haec fuiſſe videantur vulgaria, atque in more eſſet Iudaeis, liberorum no-

tem quod attinet, licet infignis illius in interpretandis N. T. libris vfus negari nequeat; in rebus tamen difficilioribus hiftorici, inprimis genealogici, generis, iudex ille vix admittendus effe videri poffit. — Nec illud porro dubium amplius vrgere aufimus: "cur Maria, quae dicatur mater Iacobi et Iofetis, fi mater τῶν ἀδελφῶν τοῦ Κυρίου habenda fit, non potius Maria Iacobi et *Iudae* epiftolae catholicae auctoris, qui Iofete celebrior videatur fuiffe, adpelletur?" Nam, recte monente Gablero, in tanta monumentorum veterum inopia non poffumus omnia explicare, omnesque dispellere tenebras. Forte Iofes fuit filius natu maior, quare, cum non omnes liberi adducerentur neceffe effet, hic praefertur; forte etiam hac in re Matthaeus et Marcus fequuti funt fontes illos, ex quibus multas narrationes haufiffe videntur [174]. Poterant enim hi fcriptores, etiam in rebus notiffimis, et morem fui temporis et aliorum veftigia fequi [175].

Sed ne opus quidem effe videtur tanta argumentorum et refutationum ambage, ad demonftrandum, Iacobum Alphaei filium fuiffe ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, vbi fefe nobis probauerit S. V. Storrii [176] fententia haec, qua controuerfia illa arctius

mina ex ipfa familia repetere Luc. 1, 61.; fed non iniquam faltem erroris fufpicionem mouet. Cf. Gablerum l. c. p. 23. 24.

174) Vid. b. Koppii progr. *Marcus non epitomator Matthaei* et Eichhornii *Bibl. d. bibl. Litt.* T. V. p. 761 fqq.

175) Cf. Lessing *theol. Nachlafs*, p. 48 fqq. Townson *über die Evangelien*, ed. *Semleri* P. I. p. 147. collatis tamen doctiffimis animaduerfionibus S. V. Storrii *über den Zweck der evang. Gefch. und Briefe Joh.* pag. 355 fqq.

176) *Differt. in ep. Iacobi.* Tubing. 1784.

contrahitur: differre omnino Iacobum Alphaei filium a Iacobo illo, fratre domini Matth. 13, 55. commemorato, qui ad eam ſtirpem pertineret, ex qua apoſtoli lecti non fuerint; ipſum tamen fuiſſe cognatum Ieſu, ideoque eiusdem ἀδελφὸν, *ab alio latere;* diffuſam enim videri fuiſſe familiam Ieſu, quare non ſequi, ſi Iacobus *Alphaei filius* ad illam ſtirpem Matth. 13, 55. non pertinuerit, eundem Ieſu plane non fuiſſe cognatum, ſ. ἀδελφὸν: cum enim plures fuiſſent ſtirpes eiusdem familiae, clare autem demonſtretur hic Iacobus ἀδελφὸς Κυρίου Gal. 1, 19. atque ἀδελφὸν cognatum quemuis ſignificare, dubio careat, quomodo Iacobus Alphaei filius, quamuis idem non eſſet cum Iacobo τῷ ἀδελφῷ τ. K. Matth. 13, 55., ipſe tamen ἀδελφὸς τ. K. eſſe potuerit, facile intelligi.

His iam ita placide ac modeſte discuſſis, et aequa lance ponderatis, non poſſum, quin ſententiam eorum, qui Iacobum Ieſu fratrem et Iacobum Alphaei filium pro vno eodemque habent, iam nunc quidem probabiliorem mihi videri, ingenue profitear; in qua tamen ſententia tuenda minime prorſus negandum eſſe cenſuerim, Ioſephum, poſt Ieſum natum, rem habuiſſe cum Maria, germanosque Chriſto fratres fuiſſe, Matth. 13, 55. et alibi forſan commemoratos, (vid. ſupra) quo quidem conceſſo, neque tamen ad Iacobum τὸν ἀδελφὸν τ. K. translato, tota iſta controuerſia et ſententiarum varietas, aliquo ſaltem modo, dirimi ac inuicem conciliari poſſe videtur.

B) Pergamus iam ad alteram quaeſtionis ſupra propoſitae partem: *quisnam e Iacobis illis epiſtolae, eidem in canone librorum N. T. adſcriptae, auctor habendus ſit?*

1) Qui ad *Iacobum Zebedaei filium* eam referunt, argumentis pro tuenda hac ſententia vtuntur

tam externis quam internis. Argumenta *externa* vnice ad inſciptiones et ſubſcriptiones antiquarum quarundam verſionum redeunt. Sic veteri translationi latinae apud *Martianaeum* haec leguntur ſubſcripta: *explicit epiſtola Iacobi filii Zebedaei.* Inſcriptio vero trium epiſtolarum catholicarum, in verſione Syriaca, a WIDMANSTADIO edita, ſic audit: *Sic in nomine I. C., Domini noſtri, finiimus tres epiſtolas Iacobi, Petri et Iohannis, qui transfiguratio- nis Domini noſtri teſtes fuerunt, cum coram ipſis in monte Tabor transformaretur, quique Moſen et Eliam, cum eo colloquentes, viderunt.* Editio TREMELLII et TROSTII breuius ſic: *tres epiſtolae trium apoſtolorum, coram quibus Dominus noſter transmutatus eſt, i. e. Iacobi, Petri et Iohannis.* Quibus quidem inſcriptionibus, ſi fides habenda eſſet, omnino Iacobo Zebedaei filio, qui ſolus ex Iacobis transfigurationi, quam vocant, Ieſu Chriſti in monte interfuit Matth. 17, 1 ſqq., tribuenda eſſet epiſtola. Sed eiusmodi inſcriptiones minus antiquae illae quidem, adeoque omni fide deſtitutae, et ipſae ſecum inuicem pugnant. Nam editio, quae in bibliis polyglottis exſtat, ſolum Iacobi nomen prae ſe fert, et verſio Arabica, ab ERPENIO edita, quam conſtat ex Syriaca expreſſam eſſe, hanc epiſtolam tribuit Iacobo fratri Domini, quae etiam fuit reliquorum Syrorum, e. g. EPHRAEMI [177]) ſententia: atque in *Miſſalibus* et *Lectionariis* Syrorum hanc epiſtolam perpetuo tribui huic ipſi Iacobo, fratri Domini, non Zebedaei filio, HASSENCAMPIUS [178]) obſeruauit. Redire igitur videtur illa

[177]) Qui, vt vnum modo locum adferamus, opp. P. III. p. 51. Ἰακωβος δε, inquit, ὁ του Κυριου αδελφος, λεγει· πενθησατε, και κλαυσατε, κ. τ. λ.

[178]) *Zuſätze zu Michaelis Einleitung in d. N. T.* p. 31.

inſcriptio Syriaca in editione WIDMANSTADII ad merum commentum, ex inepto fortaſſe ingenii luſu, a temporum iſtorum genio haud alieno, oriundum hoc: cum *duorum* teſtium transfigurationis Ieſu, Petri et Iohannis, epiſtolae exſtent, ſtatuendum etiam eſſe, *tertium* teſtem Iacobum epiſtolam aliquam ſcripſiſſe; qui cum fuerit Zebedaei filius, huic, non alii Iacobo, iſtam epiſtolam catholicam adſcribendam eſſe: ſic enim ſocios illos in *videndo* Ieſu transfigurato eſſe et ipſos ſocios in *ſcribendo* [179]. Niſi enim eiusmodi quid huic inſcriptioni ſubeſſet, cur quaeſo deſignandorum illorum auctorum materia, ex transfigurationis potiſſimum hiſtoria, deſumta crederetur? — Neque porro argumenta *interna* ad epiſtolam noſtram Iacobo Zebedaei filio vindicandam ſufficere videntur. Prouocant praecipue ad haec: *Primum* "in his literis Iudaeos diſperſos plane non admoneri ad colendam cum gentibus, ad fidem chriſtianam conuerſis, pacem et concordiam; quod tamen, poſtquam ethnici ad religionem chriſtianam acceſſiſſent, cum perpetua fere poſthaec inter Chriſtianos, ex Iudaeis et gentilibus conuerſos, alerentur diſſidia, maxime neceſſarium fuiſſet: vnde ſequi, Iudaeos hos diſperſos, quando epiſtola haec ad ipſos perſcriberetur, nondum fuiſſe cum ethnicis permixtos, hosque igitur ſacra Chriſtianorum nondum ſequutos: quod optime quadrare ad Iacobum, Zebedaei filium, qui iam ante, quam euangelium inter gentes latius eſſet diſſeminatum, ab Herode Agrippa Act. 12, 2. interfectus fuiſſet; vnde etiam intelligi, quare nulla conſeſſus Hieroſolymitani, Act. 15. commemorati, mentio in hac epiſtola fiat." At non neceſſario hoc inde fluere videtur, nam et Ia-

179) Cf. GABLER. l. c. p. 30.

cobus, Alphaei filius, aeque ſaltem poterat (quamquam vere feciſſe haud putandus ſit) ante haec diſſidia ad Iudaeos Chriſtianos literas dare, quippe qui a Paullo diſerte nominatur αποστολος της περιτομης Gal. 2, 9. Praeterea nulla apparet neceſſitas, quae vrgeret apoſtolum, vt horum potiſſimum diſſidiorum mentionem faceret, cum neque in aliis epiſtolis, ſerius conſcriptis, hoc ſemper factum ſit, neque fieri commode potuiſſe in hac epiſtola *catholica* videatur, quod non vnaquaeque eccleſia his diſſidiis diſcinderetur. Poteſt denique nihil ſane ex ſolo auctoris ſilentio, niſi grauiſſima alia accedant argumenta, probabiliter colligi; quare nec illa obiectio nos ferit; nullam in hac epiſtola grauis illius conſeſſus Hieroſolymitani Act. 15. mentionem factam eſſe, nam pro temporis, ſcribendi occaſionis, reliquarumqum περιστασεων ratione forte non erat, quod Iacobus lectores ſuos de hoc potiſſimum moneret. *Porro* vrgent: "plane non commemorari in hac epiſtola falſorum doctorum commenta, nihilque illi ineſſe, quod ad haec reſpicere videri queat; vnde ſequi, *ante* turbas a falſis doctoribus in eccleſia chriſtiana excitatas, eam ſcriptam fuiſſe, quod et ipſum Iacobum, Zebedaei filium, auctorem epiſtolae arguat. At vero, niſi fallimur in iis, quae ſupra de communi epiſtolarum cathol. conſilio diſputauimus, Iacobus omnino habita falſarum falſorum doctorum opinionum epiſtolae ſaltem partem conſcripſiſſe putandus eſt, cuius rei haud obſcura indicia attuliſſe nobis videmur. Quodſi vero qua inſit huic argumentationi vis probandi, modo, recte obſeruante GABLERO, demonſtrat hoc: hanc epiſtolam *prius*, quam vulgo exiſtimetur, ſcriptam eſſe: nonne vero et ipſe Iacobus, Alphaei filius, ſ. frater Domini tum temporis iam ſcribere ſaltem *poterat?* Et illud *denique* ad exornandam

illam opinionem facere poſſit: "videri Iacobum c. 2. pugnare in doctrina de iuſtificatione cum Paulli ſententia in ep. ad Rom. expoſita; quam pugnam euitaturum fuiſſe Iacobum, ſi poſt epiſtolam ad Rom. has ſuas dediſſet literas." Sed, niſi aliae rationes obſtarent, quo minus ita ſtatuamus, retorqueri poſſit tota haec argumentandi ratio in Paullum apoſtolum, quippe qui, ſi Iacobi epiſtolam legiſſet, aeque ſibi cauere potuiſſet debuiſſetque, ne Iacobo contradicere videretur. Ceterum tantum abeſt, vt, ex quo tempore liberalior ac verior librorum ſacrorum interpretatio introducta eſt, Paullinam et Iacobi epiſtolam pugna intercedere credenda ſit [180]), vt potius Iacobus prauae ſententiae Paullinae interpretationi occurrere voluiſſe videatur [181]).

Praeterea vero quod inualida deprehenduntur argumenta haec, et alia adhuc in promtu ſunt, quae Iacobum, Zebedaei filium huius epiſtolae auctorem eſſe non poſſe, ſatis demonſtrant [182]).

[180]) Cf. S. V. *Eichhorn Bibl. d. bibl. Lit.* T. I. p. 322. *Mori epit. theol. chr.* p. 194 ſq. S. V. *Tittmanni proluſio: Sententia Iac. c. 2. de fide, operibus, et iuſtificatione.* Viteb. 1781.

[181]) Vid. ſupra, et commentarium noſtrum ad locum ipſum.

[182]) Inter quae tamen amplius referri nolim illud a *Bensono* in medium prolatum, nimirum: "quo tempore Iacobus, Zebedaei filius, religionis chr. cauſa interfectus iam fuerit Act. 12, 2., hanc ipſam religionem Palaeſtinae fines nondum exceſſiſſe, cum tamen, epiſtolam Iacobi ad homines extra Palaeſtinam degentes conſcriptam eſſe, ſtatim ex c. 1, 1. luculenter appareat: neque admodum probabile eſſe, ſaltem certa vlla ratione probari non poſſe, Iacobum praeter morem et conſuetudinem apoſtolorum eccleſiis ante ſcripſiſſe literas, quam ipſe eas

Primum Iacobus in fat multis locis epiftolas Paulli ad Rom. et Gal. potiffimum refpexiffe putandus eft (vid. fupra), vnde vltro apparet, fero fcriptam effe hanc epiftolam poft illas Paullinas, adeoque Iacobum, Zebedaei filium, quo iam mortuo epifto-lae illae a Paullo fcriptae demum fuerunt, pro huius epiftolae auctore haberi non poffe. *Deinde*, quamuis longe lateque doctrina chr. iam ante obi-tum Iacobi, Zebedaei filii, fparfa fit, tamen, prae-ter Antiochenam, alia *ecclefia integra* hoc tempore nulla extitiffe videtur. Quae enim a Luca ante Act. XII. de religione chr. vltra Palaeftinae fines propagata narrantur, modo demonftrant, fi eccle-fiam Antiochenam exceperis, in aliis quoque ter-ris plures quidem, at *fingulos* homines, vel fingu-las familias ad illam doctrinam adductas fuiffe. At integras ecclefias, easque ex *Iudaeis* (δωδεκα φυλαις εν τῃ διασπορᾳ) exortas, paullulumque iam adultas, quales haec epiftola requirit [183]), in aliis terris hoc iam tempore furrexiffe, hiftoria filet. Neque in his primis facrorum chr. incuna-bulis tantos eorum progreffus exfpectaueris. At-que fi ecclefia Hierofolymitana tam felices religio-nis chr. apud exteros propreffus refciuerit, hos

doctrina chr. erudiendas adiiffet." Nam non modo ecclefiam Antiochenam ante obitum Iacobi, Zebe-daei filii, fundatam iam fuiffe, et mire auctam, verum etiam in aliis terris religionem chr. late fparfam, ex Lucae commentariis abunde apparet. — Apoftolos vero non prorfus abhorruiffe a fcri-bendis ad ecclefias nondum a fe ipfis inftructas li-teris, clare docet exemplum epiftolae ad Rom. a Paullo ante, quam eos adiiffet, datae. Vid. Mi-chaelis *Einleitung* P. II. p. 1136 fqq. Zachariae *paraphr. d. cathol. Br. Einleit.* Noesselti *con-iect. in ep. Iacobi* p. 10 fqq. et Gablerum l. c. p. 34.

183) Cf. Zachariae l. modo c.

profecto Lucas, qui tot alias leuioris momenti hiſtorias commentariis ſuis inferit, cum ad *primam religionis aetatem* (nam alia multa, etiam grauiora, ſtudio eum praeterire ſcimus) pertinuerint, haud reticuiſſe videtur. Iam vero epiſtola Iacobi catholica, ſ. pluribus eccleſiis, per orbem diſperſis, deſtinata eſt. Quae cum prima illa et infantili quaſi religionis chr. aetate, ante obitum Iacobi, Zebedaei filii, praeſertim tales, quae ex ſolis Iudaeis inſtitutae fuerint, nondum extitiſſe cenſendae ſint; Iacobo illi Zebedaei has literas non tribuendas eſſe, facile intelligimus. *Porro* non videntur apoſtoli mature adeo epiſtolas ſcripſiſſe; hae enim perfectiorem aliquam eccleſiarum indolem et formam requirunt, quam quae ab illis incunabulis exſpectari poteſt. Certe non proſtat ſimile iam tum ſcriptarum ab alio ap. literarum exemplum: atque ipſa epiſtola Iacobi ſatis prodit, vel iis eccleſiis, quibus deſtinata eſſet, perfectiorem illam formam vere iam contigiſſe (vid. ZACHARIAE l. c.). *Denique* ex vniuerſae antiquitatis chriſtianae, quatenus hanc epiſtolam omnino admittit, teſtimonio (cui, niſi omnem librorum ſacrorum hiſtoriam incertam et ambiguam reddere velimus, fidem noſtram denegare non poſſumus), epiſtola noſtra vno ore, non Iacobo Zebedaei filio, ſed vel Iacobo fratri Domini, vel Iacobo Alphaei filio tribuitur.

2) Quae cum ita ſint, longe praeferenda videtur ſententia eorum, qui hanc epiſtolam *Iacobi, fratri Domini*, cuius Matth. 13, 55. et Gal. 1, 19. mentio fit, quique per longam annorum ſeriem eccleſiae cumprimis Hieroſolymitanae praefuiſſe dicitur, tribuunt. Nam quicunque antiquiores hanc epiſtolam admittunt, iidem etiam illam huic ipſi Iacobo adſcribunt. Sed in vnanimi licet conſenſu, quo antiquae eccleſiae doctores fratris Do-

mini hanc epiſtolam eſſe pronunciant, non tamen eodem omnes modo de eo, qui ſit Iacobus ille frater Domini, ſentiunt. *Epiphanium* eum pro filio Ioſephi ex priori coniuge nato habere; *Cyrillum Hieroſ.* eum a XII apoſtolis diſtinguere; *Hieronymum* ſibi ipſum non conſtare, ita vt mox (adv. *Helv.*) auctorem epiſtolae pro conſobrino Ieſu, adeoque pro eodem cum Iacobo Alphaei filio, mox (comment. ad Ieſ. 12.) Iacobum fratrem Domini pro decimo tertio apoſtolo, adeoque ab Alphaei filio diverſo declaret; *Chryſoſtomum, Theodoretum*, *Sophronium*, licet eum pro filio Cleopae habeant, non tamen docere, an Cleopam eundem cenſeant cum Alphaeo, patre Iacobi apoſtoli; *Athanaſium* et *Baſilium* eum ἀπόστολον appellare, non addita tamen declaratione, vtrum eum hoc nomine pro Alphaei filio, an cum *Hieronymo* pro nouo aliquo apoſtolo habeant; teſtimoniis ipſorum ſupra allatis ſatis oſtendiſſe nobis videmur. Hinc igitur intelligimus, quantum antiquioris eccleſiae doctores, quamuis in re ipſa amice conſpirent, in definiendo tamen rei modo a ſe inuicem diſſentiant. "Acceperint ergo (quae eſt S. V. Gableri ſententia, cui prorſus adſtipulor), hi viri e conſtanti traditione eccleſiaſtica ſolum hoc: *auctorem epiſtolae eſſe Iacobum fratrem Domini*: inde tantus in re ipſa virorum conſenſus. At cum hac ipſa via non itidem accepiſſent, qui ſit ille frater Domini, et quo ſenſu hic ſit, idque proprio potius ipſorum iudicio relictum eſſet; inde tantus iterum in hac re declaranda opinionum diſſenſus. Enimvero vbi Patres, quos vocant, non teſtes agunt, ſed iudices, nos quidem effatis eorum plane non adſtringimur; ipſi enim iudicare, ipſi opinari poſſumus. Auctorem igitur epiſtolae fratrem eſſe domini, hoc ſane nobis non negandum eſt; niſi quid

temere ſumere, vel abiicere velimus. Quo autem ſenſu auctor huius epiſtolae frater Domini dicatur; ſitne Alphaei filius, an alius; cognatus Ieſu, an germanus eiusdem frater: in hoc certe ſaluum eſt noſtrum iudicium; atque ſiue hoc, ſiue illud ſtatuamus, id ſane fieri poterit ſalua fide eccleſiae antiquae." Tota igitur lis, vtrum Iacobus Alphaei filius, an Ieſu frater germanus, vbi hos inuicem diuerſos eſſe pro conceſſo ſumatur, pro epiſtolae noſtrae auctore habendus ſit, non tam diſertis veterum teſtimoniis, quam aliunde potiſſimum diri- menda videtur.

a) Ii igitur, qui Iacobum Alphaei filium a Iacobo Ieſu fratre germano diſtinguendum eſſe ſtatuunt, hunc ipſum *Ieſu fratrem* pro epiſtolae noſtrae auctore habere ſolent. Minime quidem omnino eſſe lubentes concedimus, quod hanc ſententiam idcirco reformidemus, quia, admiſſo hoc auctore, in numerum apoſtolorum non referendo, de auctoritate et dignitate epiſtolae actum eſſe videri poſſit. Nam, (vt taceam et Marci ac Lucae euangelia, licet apoſtolica auctoritate non gaudeant, ſua tamen, nec exigua illa quidem, auctoritate et fide pollere), quis quaeſo, vt epiſtola fratris I. C. ad nos peruenerit, in votis non habeat? Quis non, vbi ab hoc fratre conſcripta fuerit, in ea legenda intimum fratris in fratrem, eundemque naturae atque muneris dignitate, tam facile inuidiam mouente, ipſo multo praeſtantiorem, ad imitandum ſibi proponat caritatem atque amorem? Quis non ardentiſſimum illud, quo ad fratris religionem hominibus commendandam ferebatur, ſtudium admiretur? Quis obſequium deneget praeceptis viri, cui, quotidie cum Ieſu verſanti, cognoſcendae eius voluntatis copia atque occaſio ſuppete-

bat? Quis denique viro ei fidem non habeat, qui, poſtquam de diuina fratris doctrinae origine diu ipſe dubitauerat, nunc tandem ſuperatis omnibus, quibus adhuc detinebatur, dubiis, eam aſſumſerit, aſſumtamque aliis tradiderit? Quis non potius haec omnia ad augendam ſuam ipſius de religionis chr. dignitate et auctoritate perſuaſionem, excitandosque varios piae virtuti- ſenſus conuertere ſtudeat? At vero, quamuis bene haec omnia ſeſe habeant, argumentis tamen, quibus epiſtolam noſtram huic Iacobo Ieſu fratri germano vindicandam iudicant, nil prorſus confici poteſt. Sic GROTIUS hunc ipſum Iacobum epiſtolae auctorem eſſe poſſe contendit, quoniam in ipſo epiſtolae initio non αποστολον, ſed δουλον tantum του Ιησου ſe eſſe profiteatur. Cui tamen rationi non magnam equidem vim ineſſe putauerim, cum inter vtrumque vocabulum, quod ſaepiſſime inuicem iungunt apoſtoli, tantum intercedere diſcrimen non videatur, vt, ſi quis δουλον Ιησου Χριστου ſe vocet, eo ipſo apoſtolum ſe eſſe neget (vid. nos ad locum ipſum). At HERDERO, quem nonnulli alii ſequuti ſunt [184], argumentum epiſtolae, ſcribendique genus cum Iacobi, fratris I. C. vita, ſupra ſuccincte a nobis delineata, comparanti, vtrumque tantopere inuicem conſentire videtur, vt epiſtolam citra omnem dubitationem ei tribuendam eſſe exiſtimet [185].

184) Vid. ſupra pag. 66.

185) En ipſa eius verba l. c. p. 26 ſqq.: *Hätten wir von dem Allen nun eine lebendige Probe! Wenn eine Schrift vorhanden wäre, völlig, wie wir ſie von dieſem Jacobus erwarten müſsten, das Siegel ſeines Charakters, Nahmens, Amts und Lebens. Gerecht, kalt, ſtrenge, tugendhaft, eifrig und dabey voll ſanfter Mäſsigung, geprüfter Weisheit, redlicher, wohlüberlegter Rathſchläge und treuer*

Tantum vero abeſt, vt a nemine alio ſcribi hanc epiſtolam potuiſſe vlla *certa* ratione inde effici poſſit, vt potius de hac re iudicium ex ſolo vnius-

Theilnehmung mit den Leiden und Gebrechen ſeiner Brüder. Eine Schrift, die gleichſam Jüdiſch und Chriſtlich, die Vereinigung beider Religionen in einem Mittelpuncte der Freye und Tugend wäre: — — an Jeſum dächte ſie wenig, aber mit tiefer Ehrfurcht, nicht an ihn den Irdiſchen, ſondern den Herrn, den Stifter des Glaubens und des königlichen Geſetzes der Liebe und Freyheit: — — warnte dabey am meiſten vor den Fehlern, deren Laſt dieſer Jacobus gefühlt hatte, vor hartem Sinne, Sträuben gegen Gott, Zwiſt und Neide als Hinderniſſen der Wahrheit; predigte aber nichts ſo ſehr als ſtille Weisheit, ächte That, Harren, ausgeprüfte Geduld, treue Beſcheidenheit und Unterwerfung — — predigte dieſs alles auf eine Art, wie es weder Jacobus Zebedäi, noch ein Fiſcher und Zöllner thun konnte, gelehrt, abgebrochen und gedrängt in Bildern, Weisheitsſprüchen, voll Ausrufung und Scharfſinn, beynahe poetiſch — — im grammatiſchen Ausdruck viel Eigenthümliches, treffend Ausgeſuchtes, Kurztönendes, ein abgebrochener Jüdiſchgriechiſcher Wohllaut. Der Verfaſſer nennte ſich ſelbſt nicht Apoſtel, der er auch nicht war, ſondern Knecht Gottes und des Herrn Jeſu Chriſti, der er war: (denn einen Bruder des Erhöheten, der er auch nicht war, würde der beſcheidene Mann ſich gewiſs nicht genannt haben!) und in der ganzen Schrift athmete gerade der vorgezeichnete Bruder, der ſtrenge Gerechtigkeit liebende Phariſäer oder Eſſäer, der redliche Weiſe, der enthaltſame Gottgeweihte, der unabläſſige Beter — — ein Mann von Anſehen und Gewicht, der auch mit dem Schatten ſeiner Ankunft ſchon Ordnung, Ruhe, Gleichmüthigkeit ohn' Anſehen der Perſon einflöſsen könnte, vir pietate grauis — — ſelbſt bis auf die Schatten ſeiner Vorurtheile und Lieblingsengen, der vorige Bruder des Herrn Jacobus.

cuiusque ſenſu, qui quidem pro ingeniorum, temporum aliarumque rerum diuerſitate vel in eodem homine maxime diuerſus erit, ferendum videatur [186]); niſi aliud aliunde accedat argumentum externum, quod equidem aliqua veri ſpecie ex teſtimoniis *Euſebii*, diligenter inuicem collatis, elici poſſe crediderim. Nam quod primo loco attendi velim, ille ipſe *Euſebius* Iacobum Alphaei filium *a Iacobo Chriſti fratre diſtinguere videtur*, cum quia hunc vocat παιδα του Ιωσηφ [187]); tum quia eum e numero των Φερομενων μαθητων Ιησου fuiſſe affirmat [188]); (nullibi vero apud *Euſebium* voc. μαθηται pro XII apoſtolis obuium eſt, et quid, quaeſo, ſibi velit additum των Φερομενων, ſi in vocabulo μαθητων de XII apoſtolis cogitandum eſſet; quare, ſi Iacobum Alphaei filium in animo habuiſſet, αποστολον eum, non μαθητην vocaſſet); tum denique, quod in hoc argumento grauiſſimum videtur, quia eum non e numero duodecim apoſtolorum, ſed ſupernumerarium quaſi apoſtolum fuiſſe contendit [189]). Huic ipſi vero Iacobo, fratri I. C., quem ſic ab Alphaei filio di-

186) Quare iuſto audacius dicta putauerim *Herderi* illa l. c. p. 28. *Einem andern zugeſchrieben wäre die Schrift unerklärlich, in jedem Zuge, jedem Worte, jeder Sylbe.* Vt et illa, quae deinceps ſtatim addit: *Ihnen, (dem Sohne Zebedäi oder Alphäi) zugeſchrieben, fällt alles vom Himmel, und wird ein: non poſſum dicere, quare?*

187) Hiſt. eccl. II, 1. vid. not. 109. p. 64 ſq.

188) L. c. I, 12. Επειτα δ' ωφθαι αυτον (Ιησουν) Ιακωβω φησιν· εἰς δε και οὑτος των Φερομενων του σωτηρος μαθητων, αλλα μεν και αδελφων ην.

189) *In Ieſ.* 17. Δωδεκα μεν τους πρωτους αποστολους ειπεις αν ειναι, ουκ ελαττω δε αυτων την αρετην Παυλον, και αυτον οντα κλητον αποστολου, και τον Ιακωβον γεγονεναι τον αδελφον του Κυριου.

ftinguit, difcipulisque Chrifti annumerat, alio loco *epiftolam catholicam tribuit*, vel ab aliis faltem ipfi tributam effe narrat [190]). At vero, fi vera fateri licet, mihi quidem haec ipfa *Eufebii* fententia adeo videtur fingularis, patresque omnes, vt fupra iam monuimus, quae de Iacobis tradebantur, ita inuicem confudiffe ac permifcuiffe videntur, vt teftimoniis ipforum, in vno eodemque auctore haud raro fibi repugnantibus, nonnisi ambigua fit fides atque auctoritas. Vti vero hac argumentorum infirmitate nil conficitur, fic contra fententiam illam aliae adhuc aliunde oriuntur difficultates haud fpernendae. Praeterea enim, quod ex noftro quidem fenfu, quem tamen vlli obtrufum nolumus, auctorem, fi frater I. C. fuiffet, hoc magis adhuc in epiftola fua fignificaturum fuiffe crediderim; epiftolae huius auctor ab iis, qui ex antiquioribus eam admittunt, diferte *apoftolus* nuncupatur, quam tamen apoftoli dignitatem ipfi huiusce fententiae defenfores Iacobo fratri Chrifti vindicatam nolunt. Quid? quod Iacobum Alphaei filium, et Iacobum Chrifti fratrem, longe maiori veri fpecie, pro vno eodemque haberi, quam inuicem diftingui, fupra nobis fatis euiciffe videmur. Quae quidem omnia, vt epiftolam noftram Iacobo fratri Chrifti, eidemque a Iacobo Chrifti fratre diuerfo abiudicare, fic huic ipfi

b) *Iacobo Alphaei filio*, a fratre Chrifti haud diftinguendo, eandem vindicare videntur, cui et nos hanc epiftolam tribuere non dubitamus. *Primum* enim, vt argumentorum fummam paucis tantum ex praecedentibus repetamus, dubia illa a

190) *H. e.* II, 23. *Τοιαυτα και τα κατα τον Ιακωβον* (*τον αδελφον* Ιησου, de quo paullo ante fermo fuit), *οὗ ἡ πρωτη των ονομαζομενων καθολικων επιστολων ειναι λεγεται.*

formula δοῦλος Ἰησοῦ, et a ſcribendi genere, in hac epiſtola conſpicuo, petita, nihili habenda, et omnia potius commode ad Iacobum Alphaei filium, eundemque apoſtolum, reuocari poſſe, vidimus. *Porro* ſententiam noſtram, qua frater ille Domini cenſetur Alphaei filius, Ieſu conſobrinus, nonnulli veterum, v. c. *Chryſoſtomus*, *Theodoretus*, alii, tuentur; qui vero inter antiquiores eundem habeat pro *germano* Ieſu fratre, eoque ipſo *ex Maria*, *matre Ieſu*, *nato*, ſane nemo eſt. *Praeterea* a plerisque antiquioribus Iacobus, epiſtolae auctor, diſerte *apoſtolus* dicitur, qualis, praeter Zebedaidem, Alphaei filius ſolus fuiſſe putandus eſt. *Denique* ſententiam eam, qua Iacobus Alphaei filius cum Iacobo Chriſti fratre idem fuiſſe exiſtimatur, altera, qua inuicem diſtinguuntur, longe probabiliorem eſſe, ſatis ſuperque ſupra demonſtraſſe nobis videmur.

Abeat disputatio de epiſtolae noſtrae auctore in quaeſtionem adhuc perſoluendam hanc: *an et quatenus Iacobus ille Eſſaeus habendus ſit, nec ne?* Fuiſſe, qui Eſſaeos modo cum *Euſebio* pro Chriſtianis [191]), modo cum *Ioſepho* pro Iudaeis [192]).

[191]) Sic *Euſeb.* hiſt. eccl. 2, 17: iam ſtatuit quem plures ſequuti ſunt. Vid. MONTFAUKON: *Le livre de Philon de la vie contemplative ſur l'original Grec, avec des obſervations, ou l'on fait voir, que ces Therapeutes, dont il parle, etoient Chretiens.* Paris 1709. 8. coll. (J. BOUHIER): *Lettres pour et contre la fameuſe queſtion, ſi les Therapeutes etoient Chretiens.* Paris 1712. 8.

[192]) Id quod BRUCKERUS atque HEUMANNUS (*Acta philoſ.* Vol. II. p. 512.) ſibi demonſtrandum ſumſerunt. Cf. etiam S. V. STAEUDLINI progr. *de hiſt. theol. moral. apud Hebraeos ante Chriſtum* p. 23. et EIUSDEM *Geſchichte der Sittenlehre Jeſu.* Vol. I. pag. 127 ſqq. nec non (*el. BUHLE* *Lehrbuch der Geſchichte der Philoſ.* Vol. IV. pag. 106 ſqq.

haberi vellent; fuiffe etiam, qui Iohannem Baptift., imo ipfum Iefum fcholae ipforum addictos fuiffe ftatuerent [193], inter omnes fatis conftat. Sed miffis hisce controuerfiis, pro fine nobis propofito, in folo eo, praeeunte S. V. AUGUSTIO [194], demonftrando fubfiftamus: *Iacobum, nifi ipfius focietatis Effenorum membrum olim fuerit, plura tamen ipforum praecepta atque placita puriora amplexum effe et in doctrinam chr. transtuliffe.* Re in vniuerfum fpectata nefcio, cur Iacobum Effaeum fuiffe magis miremur, quam Paullum Pharifaeis nomen dediffe. Et nonne vel narrationes *Hegefippi* atque *Iofephi* de Iacobo (vid. fupra p. 60 fq.) cum iis, quae *Philo* atque *Iofephus* de Effaeorum difciplina memoriae prodiderunt, collatae fufpicionem adferunt, Iacobum huic ipfi difciplinae deditum fuiffe? Speciatim vero S. V. AUGUSTII fagacitas in epiftola ipfa veftigia explorauit, Effenum priftinum vel faltem Effenorum pediffequum prodentia, quorum numerum mihi adhuc augere liceat. En hic Effaeum veram fapientiam adflatui diuino tribuentem 1, 5. [195], totum fe Deo eiusque piae venerationi permittentem atque tradentem 1, 27. 4, 15. [196]; fummum virtutis et praecipue iuftitiae

[193]) Affirmat hoc A. *RIEM* in libro *Chriftus und die Vernunft* Sect. 15. negantibus *LÜDERWALDIO* in b. *HENKII Magazin für Religionsphilof.* etc. Vol. IV. fafc. 2. atque *FRENZELIO* in S. V. *AUGUSTII theol. Blätter* Vol. II. pag. 673.

[194]) L. c. pag. 42 fqq.

[195]) *Philo q. omn. prob. lib.* p. 877. ed. Parif. 1640. f. Ὀυς (πατριους νομους) αμηχανον ανθρωπινην επινοησαι ψυχην ανευ κατακωχης ενθεου.

[196]) Cf. *Iofephus* ant. 18, 1. 5. pag. 871. ed. *Haverc.* Εσσηνοις δε επι μεν Θεῳ καταλιπειν φιλει τα παντα ὁ λογος. αθανατιζουσι δε τας ψυχας, περιμαχητον

rigorem maximi facientem 1, 21. 25. 2, 8 ſqq. 3, 13. 4, 9. [197]; voluptates deteſtantem, continentiam vero magni pendentem 4, 4. 5, 5. alib. [198]); diuitiarum contemtorem 1, 9. 5, 2. [199]) in calamitatibus ſuſtinendis conſtantiſſimum 1, 2-4. 12. al. [200]);

ἡγούμενοι του δικαιου την προσοδον. εις δε το ἱερον αναθηματα τε στελλοντες, θυσιας ουκ επιτελουσι διαφοροτητι ἁγνειων ἁς νομιζοιεν, και δι' αυτο ειργομενοι του κοινου τεμενισματος, εφ' αὑτων τας θυσιας επιτελουσι. De bell. j. 2. 8. 7. Eſſenis iniungitur: πρωτον μεν ευσεβησειν το Θειον. Ibid. §. 5. dicuntur προς το Θειον ιδιως ευσεβεις.

[197]) Cf. *Ioſephus* ant. 18, 1. 5. Αξιον δε αυτων θαυμασαι παρα παντας τους αρετης μεταποιουμενους το δικαιον. — De b. iud. 2, 8. vbi inter officia Eſſenorum refertur: τα προς ανθρωπους δικαια φυλαξειν, και μητε κατα γνωμην βλαψειν τινα, μητε εξ επιταγματος, μισησειν δε αει τους αδικους και συναγωνιεισθαι τοις δικαιοις. — Ibid. §. 9. Περι δε τας κρισεις ακριβεστατοι, και δικαιοι· και δικαζουσι μεν ουκ ελαττους τε ἑκατον συνελθοντες. το δε ὁρισθεν ὑπ' αυτων ακινητον. σεβας δε μεγιστον παρ' αυτοις μετα τον Θεον, το ονομα του νομοθετου.

[198]) *Ioſeph.* d. b. i. 2, 8. 2. Τας μεν ἡδονας ὡς κακιαν αποστρεφονται, την δε εγκρατειαν, και το μη τοις παθεσιν ὑποπιπτειν, αρετην ὑπολαμβανουσι.

[199]) *Idem* ibid. §. 3. Καταφρονηται δε πλουτου και θαυμασιον παρ' αυτοις το κοινωνητικον, ουδε εστιν εὑρειν κτησει τινα παρ' αυτοις ὑπερεχοντα. νομος γαρ τους εις την αἱρεσιν εισιοντας δημευειν τω ταγματι την ουσιαν. ὡστε εν απασι μητε πενιας ταπεινοτητα φαινεσθαι, μηδ' ὑπεροχην πλουτου, των δε ἑκαστου κτηματων αναμεμιγμενων μιαν ὡσπερ αδελφοις ἁπασιν ουσιαν ειναι.

[200]) *Idem* ibid. §. 10. Καταφρονηται δε των δεινων, και τας μεν αλγεδονας νικωντες τοις φρονημασι, τον δε θανατον, ει μετ' ευκλειας προσιοι, νομιζοντες αθανασιας αμεινω. διηλεγξε δ' αυτοις εν ἁπασι τας ψυχας, ὁ προς Ρωμαιους πολεμος, εν ᾡ στρεβλουμενοι και λυγιζομενοι, καιομενοι τε και κλωμενοι, και δια παντων ὁδευοντες των βασανιστηριων οργανων, ἱνα η βλασφη-

vitam rufticanam vrbanae longe praeferentem 4, 13 fqq. coll. 1, 10-12. 5, 4. 7. [201]) artes in pace florere folitas, praeter negotiationem, exercentem 4, 13. [202]), belli horrores deteftantem 4, 1 fq. [203]) libertatis defenforem et vindicem 1, 25 2, 12. [204]) linguam diligentiffime continentem 1, 26. 3, 5. [205])

μησωσι τον νομοθετην, η Φαγωσι τι των ασυνηθων, ουδετερον τι ὑπεμειναν παθειν. αλλ' ουδε κολακευσαι ποτε τους αικιζομενους, η δακρυσαι. μεδιωντες δε εν ταις αλγηδοσι, και κατειρωνευομενοι των τας βασανους προσΦεροντων. ευθυμοι τας ψυχας ηΦιεσαν, ὡς παλιν κομιουμενοι. Hinc et *Philo* l. c. p. 878. Effaeos vocat αθλητας αρετης.

201) *Philo* l. c. p. 876. Κωμηδον οικουσι, τας πολεις εκτρεπομενοι δια τας των πολιτευομενων χειροηθεις ανομιας, ειδοτες εκ των συνοντων ὡς αερος Φθοροποιου νοσον, εγγινομενην προςβολην ψυχαις ανιατον, ὡν οἱ μεν γεωπονουντες, οἱ δε τεχνας μετιοντες ὁσαι συνεργατιδες ειρηνης. coll. *Iofepho* d. b. j. 18, 1. 5. το παν πονειν επι γεωργια τετραμμενοι.

202) *Philo* l. c. pag. 877. Αλλ' ουδε ὁσα κατ' ειρηνην ευολισθα εις κακιαν, εμποριας γαρ η καπηλειας, ἡ ναυκληριας, ουδ' οναρ ισασι, τας εις πλεονεξιαν αΦορμας αποδιοπομπουμενοι.

203) *Philo* ibid. Βελων η ακοντων, η ξιΦιδιων, η κρανους, η θωρακος, η ασπιδος ουδενα παρ' αυτοις αν ἑυροις δημιουργον, η ὁπλοποιον, η μηχανοποιον, η συνολως τον κατα πολεμων επιτηδευματα.

204) *Idem* ibid. Δουλος δε παρ' αυτοις ουδε εἱς εστι, αλλ' ελευθεροι παντες ανθυπουργουντες, αλληλοις καταγινωσκουσι τε των δεσποτων, ου μονον ὡς αδικων, ὁσιοτητα λυμαινομενων, αλλα και ὡς ασεβων, θεσμον Φυσεως αναιρουντων, ἡ παντας ομοιως γεννησασα και θρεψασα μητρος δικην ὡς αδελΦους γνησιους ου λεγομενους.

205) *Iofephus* d. bell. iud. l. 2. c. 8. p. 161 fq. Πριν ανασχειν τον ἡλιον, ουδεν Φθεγγονται των βεβηλων. — ουδε κραυγη ποτε τον οικον, ουτε θορυβος μολυνει, τας δε λαλιας εν ταξει παραχωρουσιν αλληλοις· και τοις ἐξωθεν, ὡς μυστηριον τι Φρικτον, ἡ των ενδον σιωπη καταΦαινεται.

alienam inopiam leuantem 2, 15. 16. [206]) remedia ad morbos sanandos diligenter inuestigantem 5, 14. [207]) a luxu vestiario prorsus alienum 2, 2. [208]) iracundiae coercitorem pacisque administrum 1, 20. [209]) veritatis amantem, et ad redarguendum mentientem promtissimum 5, 12. coll. 19. [210]) adsiduum precatorem 1, 5. 5, 13-18. [211]) arctissimo amoris vinculo cum fratribus coniunctum 2, 8. 15, alibi [212]), cui et aduenae fratrum sodalitia patebant 2, 2 sq. [213]) et i. g. a. Quodsi vero dubitationem tibi attulerit hoc: eiusdem sentiendi et agendi rationis, quam Essenis tribuendam esse

[206]) *Idem* ibid. Δυο ταυτα παρ' αυτοις αυτεξουσια, επικουρια και ελεος. βοηθειν τε γαρ τοις αξιοις, ὁποταν δεωνται, και κατ' αυτους αφιεται, και τροφας απορουμενοις ορεγειν. alibi.

[207]) Ibid. Ενθεν αυτοις προς θεραπειαν παθων, ῥιζαι τε αλεξιτηριοι, και λιθων ιδιοτητες ανερευνωνται. (vnde θεραπευται).

[208]) Ibid. p. 161. Καταστολη δε και σχημα σωματος ὁμοιον τοις μετα φοβου παιδαγωγουμενοις παισιν. ουτε δε εσθητας, ουτε ὑποδηματα αμειβουσι, πριν η διαρραγηναι το προτερον παντασασιν η διαπανηθηναι τῳ χρονῳ.

[209]) Ibid. p. 162. Οργης ταμιαι δικαιοι, θυμου καθεκτικοι, πιστεως προστασαι, ειρηνης ὑπουργοι.

[210]) Ibid. p. 163. Την αληθειαν αγαπαν αει, και τους ψευδομενους ελεγχειν προβαλλεσθαι. cf. not. 213.

[211]) Ibid. p. 162. (Φθεγγονται) πριν ανασχειν τον ἡλιον — πατριους τινας εις αυτον ευχας, ὡσπερ ἱκετευοντες ανατειλαι. — — Προκατευχεται δε ὁ ἱερευς της τροφης και γευσασθαι τινα προ της ευχης αθεμιτον. αριστοποιησαμενος επευχεται παλιν· αρχομενοι τε και παυομενοι γεραιρουσι τον Θεον. et sic saepius.

[212]) Ibid. §. 2. Φιλαλληλοι δε και των αλλων πλεον.

[213]) *Philo* l. c. p. 878. Προς γαρ το κατα θιασους συνοικειν, αναπεπταται και τοις ἑτερωθεν αφικνουμενοις των ὁμοζηλων.

perhibeamus, veſtigia et apud reliquos N. T. ſcriptores, haud Eſſenos, hic illic explorari poſſe; memineris velim, veſtigia illa non ex magna libri mole hinc inde anquiſita eſſe, ſed in paucarum plagularum epiſtola ſeſe haud quaerentibus vltro offerre aliudque ab alio excipi. Superſunt vero etiam illis adhuc apertiora et luculentiora haec, quibus perſequendis ad ipſa diſciplinae Eſſenorum quaſi penetralia propius adhuc accedimus. Eſſaei ſtatuebant, a Deo nonniſi mere bona deſcendere, malorum vero fontem in ipſo homine latere [214]; quam quidem ſententiam, apprime ſic ex placitis Eſſenorum enuntiatam praeter Iac. 1, 17. in reliquis N. T. ſcriptis fruſtra quaeres. Eſſaei iusiurandum, excepto eo, quo ſocietati ſuae obſtricti tenebantur ipſi, (niſi fama, ex ſola forſan Eſſenorum taciturnitate oriunda, votum ab iis nuncupatum in ſacramentum horrendum transmutauerit), vt ſuperuacuum et illicitum vitari voluerunt [215]; neque aliter Iacobus 5, 12. Omnino quidem apoſtolus hoc praeceptum ex inſtitutione I. C. Matth. 5, 34 ſqq. haurire potuit; ſed cum non diſerte prouocet ad ipſius I. C. auctoritatem, in tanto huius praecepti cum placitis Eſſaeorum conſenſu negari etiam nequit, eum illud ex ipſorum diſciplina mutuare potuiſſe; immo ſalua ſummi doctoris ſapientia commode quaeri poſſe putauerim, annon et ipſe praeſcriptum illud, vtut ſanae rationi et pro-

214) *Philo* l. c. p. 877. *Το παντων μεν αγαθων αιτιον, κακου δε μηδενος νομιζειν ειναι το Θειον.*

215) *Ioſephus* l. c. p. 162. *Και παν μεν το ρηθεν ὑπ' αυτων ισχυροτερον ὁρκου· το δε ομνυειν αυτοις περιισταται. χειρον τι της επιορκιας ὑπολαμβανοντες. ηδη γαρ ηδη κατεγνωσθαι Φασι τον απιστουμενον, διχα Θεου.* Sic etiam a *Philone* l. c. p. 877. *το ανωμοτον* et *το αψευδες* inter Eſſenorum officia referuntur.

mouendae ac efficiendae abſolutae virtutis, quod ſequebatur, conſilio quam maxime conſentaneum ex doctrina Eſſenorum et in ſuam transtulerit? Eſſaei porro lapſis, ſeu ἀξιοχρεοις ἁμαρτημασι obnoxiis, quorum miſerrima ſors ipſis morbos mortemque conſciscere ſolebat, interdum ignoſcendum, reditumque in priſtinum ſodalitium haud praecludendum eſſe ſtatuerunt [216]), ad quem morem alludens Iacobus locum 5, 15. enuntiaſſe videtur. Eſſaei denique, ſpretis omnibus philoſophorum disputationibus atque controuerſiis, in ſola morum doctrina verſabantur, quam et ipſam ad το φιλοθεον, φιλαρετον et φιλανθρωπον ειναι reuocare ſolebant [217]). Neque aliter ſtatuentem Iacobus ſeſe exhibet non ſolum in ſingularibus praeceptis enuntiandis (1, 22-25. 3, 13 ſqq.), ſed etiam in totius epiſtolae argumento eligendo atque componendo, ita vt hinc cauſam praecipuam, quam alii aliunde arceſſunt, repetendam eſſe arbitrer, cur

[216]) *Ioſephus* l. c. pag. 163. Τους δε επ' αξιοχρεοις αμαρτημασιν ἁλοντας, εκβαλλουσι του ταγματος ο δε εκκριθεις, οικτιστω πολλακις μορω διαφθειρεται· τοις γαρ ὁρκοις και τοις εθεσιν ενδεδεμενος, ουδε της παρα τοις αλλοις τροφης δυναται μεταλαμβανειν, προηφαγων δε και λιμω το σωμα τηκομενος διαφθειρεται. διο δη πολλους ελεησαντες εν ταις εσχαταις αναπνοαις ανελαβον, ἱκανην επι τοις ἁμαρτημασιν αυτων την μεχρι θανατου βασανον ἡγουμενοι.

[217]) *Philo* l. c. pag. 877. Φιλοσοφιας δε, το μεν λογικον, ὡς ουκ αναγκαιον εις κτησιν αρετης, λογοθηραις· το δε φυσικον, ὡς μειζον η καθα ανθρωπινην φυσιν, μετεωρολεσχαις απολιποντες, πλην ὁσον αυτου περι ὑπαρξεως Θεου και της του παντος γενεσεως φιλοσοφειται· το ηθικον δε μαλα διαπονουσιν αλειπταις χρωμενοι τοις πατριοις νομοις. — — Παιδευονται — αἱρεσεις ὡν χρη. και φυγας των εναντιων, ὁροις και κανοσι τριττοις χρωμενοι· τω τε φιλοθεω, και φιλαρετω, και φιλανθρωπω. κ. τ. λ.

Iacobus, miſſa Paullina epiſtolarum exarandarum materia, neque doctrinarum religionis chr. ſummam, neque argumenta, quibus nituntur, lectoribus in memoriam reuocans, in ſola virtutis chriſtianae praecepta exponenda et ad vſus practicos reuocanda feratur.

Dixeris forſan, vnctionis praeceptum 5, 14. non congruere ad Eſſenos, quippe qui non vnguenta ſolum, ſed omnia omnino quae ad luxum pertinuerint, quam maxime auerſati ſint [218]; ſed l. c. vnguentorum vſum ad ſolos morbos ſanandos commendari, quis quaeſo non viderit? Ne autem offenſioni tibi ſit, Eſſaeorum nullibi in N. T. diſertam, vt Phariſaeorum et Sadducaeorum, mentionem factam eſſe; reputes tecum, tum ad principia Eſſenorum in ſingulari quodam N. T. libro recte admittenda prorſus non requiri, vt ſocietas ipſorum in N. T. nominatim commemoretur, dummodo principiorum illorum in libro illo ſatis certa deprehendantur veſtigia; tum Phariſaeorum atque Sadducaeorum errores, notos ac manifeſtos omnibus, infinitis controuerſiis anſam praebuiſſe, Eſſenorum vero ſtatuta atque praecepta, partim fratrum taciturnitate tecta neque apud omnes peruulgata, controuerſiis haud ita locum aperire potuiſſe, partim ab iis, qui interius ea cognita habebant, (quibus Iacobum accenſendum eſſe nulli dubitamus), in religionis chr. diſciplinam, quatenus ab eadem haud aliena deprehenderentur, translata eſſe, haud tamen commemorantibus, vel Eſſenis iam olim talia placuiſſe, ne quid, ſi ſuſpicioni locus eſt, de religionis chr. puritate atque praeſtantia derogaſſe, votumque alti ſilentii

218) *Ioſephus* l. c. p. 161. Κηλιδα δε ὑπολαμβανουσι το ελαιον, καν αλιφῃ τις ακων, σμηχεται το σωμα.

de rebus Eſſaeorum ſancte ſeruandi olim nuncupatum [219]) migraſſe viderentur.

II. In tanto vel antiquitatis de Iacobo, epiſtolae noſtrae auctore, diſſenſu, mirari non poſſumus, *auctoritatem* eius *canonicam* non magno firmari teſtimoniorum conſenſu, imo ambiguam eſſe, id quod ingenue fateri eo minus dubitamus, cum canonis notione rudi cortice eccleſiaſtica denudata, libri cuiusdam biblici auctoritas canonica, ſalua eius ſumma praeſtantia, in dubium vocari poſſit, nec omne ſtudium Virorum doctorum in exploranda iſta auctoritate collocatum vllo alio iam nunc quam hiſtorico gaudeat momento.

Prae caeteris ab *eccleſia Syriaca* tanquam apoſtolica recepta fuit, cum ſemper exſtiterit in *verſione Syriaca literali*, בשׁיטא vocari ſolita, quam alia haud plenae fidei ſcripta omittere ſatis conſtat [220]), praetereaque *Ephraem Syrus*, aliique patres Syriaci, quorum tamen teſtimonia, ab HASSENCAMPIO [221]) collecta, ante Sec. IV. fruſtra quaeruntur, ea vſi ſunt tanquam ſcripto Iacobi. — Ab *eccleſia graeca* epiſtolam noſtram iam Sec. II. agnitam eſſe, ex ambiguis ad eam alluſionibus, quas

219) *Ioſephus* l. c. p. 163. (Ομνυουσι) *μητε κρυφειν τι τους αἱρετιστας, μητε ἑτεροις αυτων τι μηνυσειν, κἀν μεχρι θανατου τις βιαζηται.*

220) J. D. MICHAELIS (*Einleit. in d. Schriften des N. B.* T. I. p. 340. §. 57.) hanc verſionem iam circa finem Sec. I. factam eſſe contendit. Cum vero dubitari non poſſit, ante hanc verſionem confectam maiorem librorum N. T. numerum iam in Ευαγγελιον et Αποστολον collectum fuiſſe, id quod vix ante med. Sec. II. factum eſt, et verſio illa haud prius confici potuiſſe videtur.

221) *Anmerkungen zu den letzten Paragraphen von Michaelis Einleit. in das N. T.* p. 27 ſqq.

apud *Clementem Rom.* [222]) et in *Hermae Paſtore* [223]) ſibi deprehendiſſe videntur, vix colligi poteſt. *Clementem Al.* epiſtolam Iacobi interpretatum eſſe, teſtis quidem eſt *Euſebius* [224]); ſed licet adhuc ſuperſint eius in ep. Iudae primamque Petri et Iohannis commentarii, expoſitionis tamen epiſtolae Iacobi nullibi exſtant veſtigia [225]). *Origenes* potius Sec. III. primus eam claris quidem, ſed non valde honorificis verbis excitat [226]). Hinc etiam vix alicuius momenti eſſe poteſt, quod eius in catalogo ſcriptorum N. T. *vna cum Iudae epiſtola*

222) Ex tot locis a Lardnero Vol. II. p. 1 ſqq. congeſtis, ille vnus *ep. c.* 17. Αβρααμ ο Φιλος προςαγορευθεις coll. Iac. 2, 23. Φιλος Θεου εκληθη, aliquam lectae epiſtolae noſtrae ſuſpicionem mouere poſſit, cum Abrahamus nusquam in V. et N. T. hoc nomine honorifico inſignis ſit.

223) Sententias, quae huic libro, ſuppoſiticio illi quidem, ſed ad Sec. II. tamen pertinenti, cum ep. Iacobi communes ſunt, Semlerus in *prol.* ad *paraphr.* huius ep. pag. 42 ſqq. ſumma diligentia collegit. Ex luculentiſſimis eſſe videtur illa in Comm. XII. §. 5.: *Si reſiſtitis illi* (diabolo) *fugiet a vobis confuſus*: quae cum loco Iac. 4, 7. αντιστητε τω διαβολω, και φευξεται αφ' υμων, vel ad verbum conſpirat. Sed cum nomen auctoris non ſit expreſſum, merito oritur dubitatio, annon fuerit ſententia a Iacobo non minus quam ab Herma aliunde petita?

224) L. not. 96. cit.

225) *Caſſiodorus* quidem (l. not. 26. cit.) *Clementem Al.* in ep. *Iacobi* quaedam declaraſſe refert; ſed ibi loco "*Iacobi*" legendum eſſe "*Iudae*" Lardnerus iam obſeruauit.

226) *Comment. in Ioh.* T. XIX. Εαν δε λεγηται μεν πιστις χωρις δε εργων τυγχανη, νεκρα εστιν η τοιαυτη, ὡς εν τῃ φερομενῃ Ιακωβου ανεγνωμεν quanquam voc. φερομ. non ſemper ſenſu ſtrictiſſimo ſumendum eſſe, ſupra pag. 21. coll. not. 45. vidimus.

mentionem fecerit [227]), praecipue cùm *Origenis* vel de hac epiſtola iudicium fluctuaſſe videatur, (vid. ſupra pag. 22 ſq.), nec vnquam in libris ſuis, qui graece ſuperſunt, Iacobum *apoſtolum* epiſtolamque eius *apoſtolicam* vocauerit [228]). Cum tamen *Origenes* iudicia de epiſtola Iacobi iam ſua aetate in-vicem discrepaſſe commemoret, non ſine aliqua veri ſpecie inde colligitur, epiſtolam iam Sec. II. habuiſſe inter Graecos, qui in ea legenda et aeſtimanda occuparentur. Sec. IV. vero eam, non minus ac epiſtolam Iudae, multis quidem ſuſpectae fidei viſam, nihiloſecius vero in plurimis ecclesiis, cum reliquis catholicis, ad numerum *ſeptenarium* iam reuocari ſolitis, lectitatam eſſe, *Euſebius* teſtatur, vnde non poterat quin eam τοις αντιλεγομενοις annumeraret [229]). Poſt Sec. IV. vero ſubito, nescimus quomodo, auctoritatem fere vniuerſalem inter Graecos nacta eſt, ita vt *Athanaſius* [230]), *Gregorius Naz.* [231]), *Epiphanius* [232]), *Chryſoſtomus* [233]), multique alii modo epiſtolam

[227]) Ap. *Euſeb.* h. e. l. 3. c. 25. Των δε αντιλεγομενων γνωριμων δε ουν ὁμως τοις πολλοις, ἡ λεγομενη Ιακωβου Φερεται, ἡ Ιουδα, κ. τ. λ. Cf. ſupra not. 18.

[228]) Ex *Ruffini* verſione autem Iacobus ſaepius *apoſtoli* nomine venit ap. *Orig.* vt homil. 13. in Gen., hom. 2. in Leuit., Comment. in ep. ad Rom. c. 5.

[229]) Vid. not. 225. coll. not. 18. pag. 9.

[230]) Vid. ſupra not. 21. p. 12.

[231]) In eo carmine cui titulus eſt: περι των γνησιων βιβλιων της θεοπνευστου γραφης, Opp. T. II. pag. 98. Ἑπτα δε καθολικαι· ὠν Ιακωβου μια.

[232]) *Haer.* LXXVI. Καθολικαις επιστολαις Ιακωβου, Πετρου. κ. τ. λ.

[233]) Opp. T. VI. p. 400. poſt allata Petri et Iohannis dicta: Ιακωβος ειπεν· ὁς εαν δοκη Φιλος τουτων ειναι, εχθρος του Θεου καθισταται. coll. Iac. 4, 4. Plura loca Schmidius hiſt. ant. can. p. 412. excitauit.

noſtram in recenſu librorum N. T. allegauerint, modo, vel addito vel omiſſo Iacobi nomine, ad eam reſpexerint. — *Eccleſiae latinae* ſcriptores, vbi ab *Irenaeo* 234) receſſeris, hac epiſtola non vſi ſunt vsque ad Sec. IV., quo tamen *Ruffinus* 235) eam in catalogum librorum canonicorum refert, vti *Chromatius* 236) Sec. V. aliique eam allegant, *Hieronymo* neglectae diu epiſtolae cauſam inde repetente, quod ab alio quodam ſub Iacobi nomine edita eſſe crederetur 237). Quomodo procedente tempore et apud Latinos maiorem auctoritatem obtinuerit, in medio relinquendum eſt. *Concilium* denique *Carthaginienſe* III. eandem plena fiducia

234) *Adv. haereſ.* l. IV. c. 16. *Abraham credidit Deo et reputatum illi eſt ad iuſtitiam* et amicus Dei vocatus eſt. Coll. Iac. 2, 23. καὶ ἐκλήθη Φίλος Θεοῦ. Cf. not. 220. Sic etiam l. V. c. 1. *Vti imitatores quidem operum, factores autem ſermonum eius facti.* coll. Iac. I, 22. 23.

235) In expoſitione Symb. Apoſtol. in Opp. Cypriani et Opp. Hieronymi T. V. exhibet catalogum librorum canonicorum, abeuntem in verba haec: *Petri apoſtoli duae* (epiſtolae), *Iacobi fratris Domini et Apoſtoli vna, Iudae vna, Iohannis tres. Apocalypſis Iohannis.*

236) *Chromatius* in homiliis epiſtolam Iacobi allegat in *Biblioth. PP.* T. V. p. 983. etc.

237) De vir. illuſtr. c. 2. *Iacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iuſtus — poſt paſſionem Domini ſtatim ab apoſtolis Hieroſolymorum epiſcopus ordinatus, vnam tantum ſcripſit epiſtolam, quae de ſeptem catholicis eſt. Quae et ipſa ab alio quodam ſub nomine eius edita aſſeritur: licet paullatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Hic eſt, de quo Paulus ſcribit ad Galatas: alium autem apoſtolum vidi neminem, niſi Iacobum, fratrem Domini.*

libris canonicis annumerauit [238]). Ceterum frequentiori de epiftolae noftrae auctoritate apoftolica dubitationi, praeter haefitationem de epiftolae auctore, fitne apoftolus nec ne, et praeter defectum exemplorum huius epiftolae in fcriniis ecclefiafticis, maxime apud Latinos, vsque ad feculum quartum, (qui inde exftitiffe putandus eft, quod haec epiftola circularis, primo tempore in nullius ecclefiae archiuis conftanter retenta, longe potius lateque cum aliis ecclefiis communicaretur), pugna etiam illa, quae inter Paulli et Iacobi de fide doctrinam intercedere videbatur, et totum denique epiftolae argumentum, quod praecipue in virtutis verfatur praeceptis, prout auctori in mentem venerant, inuicem iunctis, materiam fubminiftraffe videntur. LUTHERUS faltem pofterioribus hisce argumentis adductus *ftramineam* eam vocare [239]), ipfumque Iacobum, quod vtique duriffimum eft, in epiftola fua *delirare* [240]) contendere aufus

238) Canon 47. Ἰακώβου ἀποστόλου μία. Cui alias etiam addi folebat *Concil. Laod.* can. 60, nunc tamen haud amplius commemorandus, cum auctoritatem eius nullam effe b. SPITTLERUS (*kritifche Unterfuchung des 60. Laod. Canons*), luculenter effecerit.

239) Praefat. in N. T. *Summa, St. Johannis Evangelium, und feine erfte Epiftel, St. Paullus Epifteln, fonderlich die zu den Römern, Galatern, Ephefern, und St. Peters erfte Epiftel, das find die Bücher, die dir Chriftum zeigen, und alles lehren, das dir zu wiffen noth und feelig ift, ob du fchon kein ander Buch noch Lehre nimmer fieheft, noch höreft. Darum ift St. Jacobs Epiftel eine recht* ftroherne *Epiftel gegen fie, denn fie doch keine evangelifche Art an ihr hat.*

240) Comment. in Gen. 22. p. 306. Quin et addit: *Faceffant itaque e medio aduerfarii cum fuo Iacobo, quem toties nobis obiiciunt.*

eſt [241]). Sed ignoſcendum eſt viro, qui prae ſumma illa perſuaſione, omnem felicitatem noſtram vnice ex fide in merito Chriſti collocata pendere, quid boni ſalutarisque etiam epiſtolae ineſſe poſſit, quae principem hanc de fide doctrinam, ne dicam, non vrgeat, ſed ei adeo contradicere videatur, ſatis intelligere atque ſentire non potuit. Neque magis nos mouent ſiniſtra ERASMI [242]), ALTHAMMERI [243]), CENTURIATORUM MAGDEBURGENSIUM [244]) aliorumque iudicia [145]).

241) Sunt quidem, qui *LUTHERUM* in praefatioue epiſtolae Iacobi praemiſſa eandem pro vtili, nec omnino ſpernenda declaraſſe, adeoque ſententiam illam mitigaſſe contendunt; ſed in hac ipſa praefatione paullo poſt epiſtolam apoſtolo, indoleque apoſtolica prorſus indignam eſſe, pluribus ex cauſis iterum iterumque affirmat.

242) Qui apoſtolicam grauitatem in epiſtola noſtra deſiderat.

243) Cuius verba e *Wetſtenii* N. T. T. II. p. 658 afferimus: *Vult*, inquit, *nunc probare ſuam ſententiam, ſed directe contra ſcriptum agit.* Non poſſumus hic defendere Iacobum. Citat enim ſcripturam falſo, et ſolus ſpiritui ſancto, legi, prophetis, Chriſto, apoſtolisque omnibus contradicit. Teſtimonium ipſius vanum eſt. — Mentitus eſt in caput ſuum, — iam ſuis ipſiſſimis verbis ſcimus, neſciuiſſe, quid ſit fides.

244) Qui ſic tradunt: *Epiſtola Iacobi ab analogia doctrinae apoſtolicae haud mediocriter aberrat, dum iuſtificationem non fidei ſoli, ſed operibus adſcribit* etc.

245) Plura dabunt praeter *LARDNERUM*, *MILLIUS* in *proleg. ad N. T.* §. 57 et 202 ſqq. *MICHAELIS* in *introduct. ad libros N. T.* P. II. p. 1439 ſqq. *HASSENCAMP* *Anmerkungen zu Michaelis Einleitung.* §. 3. *NOESSELT* *Vertheidigung der chr. Religion* p. 344 ſqq. ed. 4. *SCHMIDIUS* in *hiſt. ant. et vin-*

III. *Locus, vbi ſcripta ſit epiſtola*, vix dubius eſſe poteſt. S. V. Hugius [246]) ex metaphoris, in epiſtola obuiis, iisque modo a ſcaturiginibus ſalmacidis 3, 11. 12. modo a καυσωνι 1, 11. modo ab ὑετῳ πρωιμῳ και οψιμῳ 5, 7. 17. 18. repetitis, auctorem, dum eam ſcriberet, in Palaeſtina verſatum eſſe colligit. Sed licet lubentes concedamus, optimum quemque ſcriptorem et praecipue apoſtolos, praeeunte ſummo doctore, ornamenta verborum ſententiarumque non a rebus procul remotis ſed prope adſtantibus repetere ſolere; omnia tamen iſta non ſoli Palaeſtinae ita propria dici poſſunt, vt nec alibi locum habeant. Quare in eo acquieuerimus, Iacobum noſtrum, cum teſte *Hieronymo* [247]) per triginta annos Hieroſolymis verſatus fuerit, et indidem epiſtolam ſuam emiſiſſe.

IV. Inquirentibus vero nobis, *ad quos data ſit epiſtola*, non negligenda eſt triplex illa διοικησις, in quam, obſeruantibus Scaligero [248]) et Lightfooto [249]), ac probante S. V. Hugio [250]), gens iudaica, longe lateque diſperſa, deſcripta fuiſſe videtur, nimirum διοικησις Palaeſtinenſis, quae Hieroſolyma, διασπορα Ασιας 1 Pet. 1, 1. quae Babylonem et διασπορα Ἑλληνων Ioh. 7, 35. quae Alexandriam tanquam ciuitatem ſpectabat, vnde in res ſuas, ad religionem pertinentes, regimen,

dic. can. p. 683 ſqq. *Haenlein Einleit. in d. N. T.* T. I. p. 136 ſqq. *Hugius Einleitung* etc. T. II. p. 363 ſqq., et, quo praecipue duce vſus ſum, *Eichhornius Einleit.* T. III. p. 590 ſqq. vt alios taceamus.

246) *Einleitung* etc. T. II. p. 348 ſq.

247) L. ſupra pag. 59. not. 98. cit.

248) *Notae in N. T.* p. 7.

249) *Hor. hebr.* in Ioh. 7, 35.

250) L. c. pag. 349.

quod ſine dubio fuit penes conſeſſus doctorum Iudaeorum, qui inter alia et literis, quas vocant, circularibus in ſuas quisque prouincias emittendis, cauerent, ne fraternum huius gentis adeo diſſipatae conſortium, arcto religionis vinculo iunctum, diſſolueretur, eccleſiaeque iudaicae concordia et vnitas rerum nouarum ſtudio, priſcarumque contemtu, doctorum nouaturientium moliminibus excitatis, turbaretur atque dilaberetur. Vti vero eccleſiae Hieroſolymitanae merito primae deferebantur, ſic etiam conſeſſus ille εν τῃ πολει ἁγια, et qui ei praeerant, principatum ita obtinuerunt, vt in ordinandis et dirimendis rebus ad totam gentem pertinentibus nullius ſe dioeceſeos terminis circumſcribi paterentur. Huc ſpectat narratio *Euſebii*, quae in fragmento ſcriptorum eius ad nos peruenit, ſe ex documentis vetuſtioribus compertum habere, presbyteros eccleſiae Hieroſol. in omnem terram a Iudaeis incultam, Romamque praecipue, antequam Paullus illuc peruenerit, epiſtolas miſiſſe, ad cohortandos Iudaeos, quo minus ſe Paullo edocendos permitterent [251]). Sic etiam epiſtola noſtra ex Hieroſolymorum vrbe a Iacobo, apoſtolo principe, ſcripta eſt τῃ διασπορᾳ. Neque tamen

1) in hoc voc. de *Iudaeis nondum conuerſis* extra Palaeſtinae regiones disperſis cogitandum eſt.

[251]) Ευσεβιου εκ των εις τον Ησαϊαν· πριν επιδημησαι τον Παυλον εν τῃ Ρωμῃ, παρηγγελμενοι ησαν οἱ Ιουδαιοι, μη παραδεξασθαι το περι Χριστου κηρυγμα, ουκ αυτοι δε μονοι, αλλα και πανταχου γης· ποθεν δε δηλον τουτο; εὑρομεν εν τοις των παλαιων συγγραμμασιν. ὡς οἱ την Ἱερουσαλημ οικουντες ἱερεις και γραμματεις, και πρεσβυτεροι γραμματα διαχαραξαντες, εις παντα διεπεμψαντο τα εθνη τοις πανταχου Ιουδαιοις, διαβαλλοντες την του Χριστου διδασκαλιαν. κ. τ. λ. Scholia in act. app. c. 28. pag. 345. N. T. ed. *Matthaei*.

Prouocant quidem, qui hoc adfirmant, *primum* ad ea epiſtolae loca, in quibus lectores criminum inſimulantur tam foedorum, tamque atrocium, vt Chriſtianos talia perpetrare potuiſſe, omnem prorſus fidem excedat. Nonne vero omni tempore fuerunt, qui, quamuis Chriſtianorum nomine, minime tamen integritate atque probitate chriſtiana fuerint inſignes? Inferunt *praeterea*, ſtatim in epiſtolae initio nonniſi δωδεκα Φυλας nominari, nullo, quod Chriſtianos indicaret, addito cognomine: nec non locum, vbi congregabantur, nomine Iudaeis ſolenni συναγωγην appellari. At vero ſolenne erat hoc apoſtolis, vt, de Chriſtianis loquuturi, formulis loquendi vterentur, a Iudaeorum, quam vix reliquerant, religione, moribus, reipublicae fatis etc. repetitis, vnde et *Chriſtianos* extra Palaeſtinam degentes τας δωδεκα Φυλας, τας εν τη διασπορα, eorumque aedes publicas συναγωγην vocari potuiſſe, nemo iam mirabitur.

2) Qui contra ad *Chriſtianos* epiſtolam datam eſſe nobiscum contendunt, cum ad loca ea, in quibus de fide agitur, tum ad totum epiſtolae argumentum prouocant, cum ex eorum ſententia Iacobus, ſi Iudaeis nondum conuerſis ſcripſiſſet, ad amplectendam potius religionem chr., quam ad exſequenda ſingularia quaedam, eademque cuiuis verae religioni communia, morum praecepta eos cohortaturus fuiſſe videatur. Ad *Chriſtianos* itaque, et, quod formula ταις δωδεκα Φυλαις omnisque orationis habitus luculenter declarat, ad Chriſtianos potiſſimum *e Iudaeis conuerſos*, eosdemque *extra Palaeſtinam* (εν τη διασπορα) et praecipue *in Aſia minori diſperſos* epiſtola data eſſe videtur, id quod iam ſupra p. 38 ſqq. demonſtratum iuimus. — S. V. Eichhornius vero, et ipſe epiſtolam Iudaeo-Chriſtianis extra Palaeſtinam de-

gentibus ſcriptam eſſe ratus, (vid. infra), eam tamen *diſperſis omnibus*, quotquot eorum olim Chriſto nomen dederint, deſtinatam fuiſſe protinus negat, tum quia epiſtolae argumentum haud ſatis vniuerſale deprehendatur, ſiquidem tantum abſit, vt doctrinae chriſtianae ſummam exhibeat, eique fidem lectorum conciliet, vt potius in commendandis virtutibus quam maxime ſingularibus ſubſiſtat; tum quia de mutuo et fraterno conſortio, quo Chriſtiani, tam ex ethnicis quam ex Iudaeis collecti, inuicem iuncti eſſe debeant, licet haec res, habita ethnicorum ratione, a concilio apoſtolico (Act. XV.) in quaeſtionem vocata, et anno inſequente, reſpectu Iudaeorum, Petro Antiochiae occaſionem praebente, ventilata ſit, ne ſyllaba quidem in epiſtola noſtra occurrat, vnde V. S. V. colligit, eam poſt illud quidem concilium, ſed ante iteratam hanc huiusce rei ventilationem iam ſcriptam fuiſſe, cum Iudaeorum diſperſorum conuerſio nondum adeo late pateret. Sed quod attinet ad illud, equidem addubitauerim, epiſtolam vnice in commendanda ſingularium tantum virtutum varietate verſari, cum alia pars ad doctrinam chr. contra falſorum doctorum errores muniendam, alia ad conſtantiam in tuenda religione chr. vel inter calamitates ſeruandam, tota vero epiſtola in vniuerſum conſiderata ad ſcopum longius conſtitutum, nimirum ad piae virtutis ſenſum puriorem atque interiorem in Chriſtianis, ſola externa religionis profeſſione contentis, vlterioribus morum praeceptis, (quae Iacobo olim Eſſaeo prae caeteris doctrinae ſacrae capitibus placebant), excitandum et in facta deriuandum, ſpectet, (vid. infra); quae omnia a *communi* eccleſiarum exterarum ſorte atque conditione vix aliena dici poſſunt. Quid? quod Vir S. V. ipſe, licet non omnibus, tot ta-

men ecclefiis εν τῃ διασπορᾳ epiftolam deftinatam fuiffe exiftimat, (vid infra), vt dubium illud, ab argumenti vniuerfalitate petitum et contra fuam ipfius fententiam aliquo modo moueri poffe videatur. Quod vero fpectat filentium auctoris de iis, quae, Petro anfam praebente (Gal. 2, 11 fqq.), circa mutuam amicitiam a Chriftianis, tam ex Iudaeis quam ex ethnicis collectis, feruandam transacta erant; difficultatem a V. S. V. inde elicitam euanefcere putauerim, dummodo epiftolam diutius poft transactionem illam fcriptam effe ftatuerimus, vbi haud amplius effe videbatur, quod lectores ad amicitiam illam colendam excitarentur; vt taceam, et Viri S. V. fententiam, iam nunc a nobis proponendam, fimili, fi quid iudico, difficultate laborare. (vid. quae paulo poft fequuntur.)

3) Duplici nimirum difficultate ifta commotus, S. V. Eichhornius, quae eft Viri de interpretandis facris literis meritiffimi fagacitas, epiftolam noftram ante a. C. 53., concilio apoftolico iam quidem habito, fed quaeftione illa de Iudaeo-Chriftianis mutua familiaritate confociandis (cui Petrus ipfo demum a. C. 53. locum aperiuerit Gal. l. c.), nondum iterata, folis Iudaeis fcriptam effe exiftimat, qui a Paullo et Barnaba, inde ab a. C. 45-52. primum iter ad euangelium apud exteras gentes praedicandum, per Antiochiam Syriae, Seleuciam, Cyprum, Pergen Pamphyliae, Antiochiam Pifidiae, Iconium, Lyftra, Derben conficientibus (Act. 13, 5. — 14, 26.) ad amplectendam religionem chr. adducti fint, et quibus epiftola haec ab ipfis illis duumviris, eidem fefe itineri mox iterum committentibus tradita fuerit. Cum harum potiffimum ecclefiarum conditione epiftolae argumentum conciliatu facillimum effe, demonftrare conatur argu-

mentis his: a) Congruere ad eas, ait, epiſtolae inſcriptionem ταις δωδεκα φυλαις εν τῃ διασπορᾳ, ſiquidem non ſingulari cuidam eccleſiae, ſed omnibus omnino Iudaeis deſtinata fuerit, qui tum temporis extra Palaeſtinam religionem chr. profiterentur, cum apoſtoli, conuerſionis gentilium curam gerentes haud vlterius peruenerint. Neque facile quis inficias ibit, b) nomen Χριστιανων 2, 7. bene procedere, cum Antiochiae inuentum et reliquis eccleſiis ſupra commemoratis per ipſum Paullum atque Barnabam innotescere debuerit, quippe qui, ad has eccleſias de doctrina ſua ab Antiochenis excepta referentes, vix nomen illud reticuerint, quo proſelyti ſui ibi a nonnullis ludibrio habiti ſint; quanquam et hoc viciſſim nobis largiendum eſt, nominis iſtius, ex quo e contumelioſo in honorificum tranſiit, commemorationem et ab epiſtola ad omnem διασποραν chriſtianam ſerius ſcripta alienam videri non poſſe. c) "Praeterea iam nunc apparere V. S. V. contendit, cur epiſtola in ſingularibus virtutibus commendandis, ſingularibusque vitiis reprehendendis ſubſiſtat, in doctrinae chr. ſummam exponendam, veritatemque demonſtrandam prorſus non excurrens: nimirum quia auctor hancce inſtitutionis chr. prouinciam iam a Paullo atque Barnaba occupatam eſſe non neſciebat;" niſi forte lectoribus in mentem venerint plures epiſtolae Paullinae, ad ſocietates chr. ab apoſtolo ipſo edoctas, quibus tamen, ne quid omittere videretur, quo de fide eccleſiarum firmanda bene mereri poſſet, potiora doctrinae chr. capita, cum argumentis, quibus nituntur, in memoriam reuocare haud omiſit, id quod forſan eo magis a Iacobo exſpectare potuiſſent epiſtolae lectores, cum Iacobus cum reliquis apoſtolis Iudaeos ad veram eccleſiam transducendos in ſe receperint, gen-

tilium ad ſacra chriſtiana perductionem Paullo atque Barnabae permittentes, Gal. 2, 9.; ne repetamus, quae paulo ante iam monuimus, argumenti epiſtolae ambitum, ex noſtra qualicunque ſententia, latius patere, quam primo obtutui ſeſe circumſpiciendum praebet. d) Porro, quae circa fidem, eamque exemplis Paullinis illuſtratam in epiſtola legantur praeter exſpectationem nobis occurrere non poſſe exiſtimat, cum Iacobus iam tum temporis Paullum bis de religionis chr. ſumma diſſerentem audiuerit Act. 11, 30. 12, 25. et 15, 4. At vero ſolam eiusmodi expoſitionis Paullinae auditionem, non accedente nonnullarum epiſtolarum eius lectione, ad tantum cum Paullo conſenſum, pugnae ſpeciem prae ſe ferentem, efficiendum ſuffeciſſe, et, vbi ſuffeciſſet, Iacobum epiſtolam, talia continentem, *Paullo* potiſſimum eccleſiis illis exhibendam traditurum fuiſſe, vix mihi perſuadere poſſum. e) Denique Iacobum controuerſiam iſtam, an Chriſtiani ex ethnicis collecti, circumciſioni, vt legi Moſaicae omnino obſtringendi ſint, nec ne, idcirco intactam relinquere exiſtimat, quia epiſtola illa circulari, plurium apoſtolorum nomine ſcripta (Act. 15.), quam Paullo et Barnabae eccleſiis ſupra commemoratis publicandam tradiderint, protinus iam diremta fuiſſet. Sed vti V. S. V. ſupra epiſtolam ad διασποραν chriſtianam omnino poſt a. C. 53. miſſam eſſe dubitabat, quia mutuae conſuetudinis mentionem non faciat, qua Chriſtianos, ſiue Iudaei ſiue ethnici olim fuerint, iungendos eſſe, illo ipſo anno inter apoſtolos conuenerat (Gal. 2, 11 ſqq.); ſic eodem iure dubitari poſſe crediderim, epiſtolam noſtram concilium apoſtolicum proxime inſequutam adeoque ſolis eccleſiis ſupra nominatis deſtinatam fuiſſe, cum decretum concilii illius res eſſet grauiſſimi momenti eaque nuperrime facta, a qua

cum lectoribus communicanda, ſi ſenſui interno indulgere licet, eo minus apoſtolum ſibi temperaturum fuiſſe putauerimus, cum in iſta epiſtolae concilii apoſtolici breuitate, ad decretum, quod continebat, vlterius exponendum, commendandum, et ad debitam Chriſtianis olim gentilibus beneuolentiam transferendum, materia remanſerit largiſſima.

4) Noesseltus denique epiſtolam noſtram ad *eccleſiam Antiochenam* recens natam ſcriptam eſſe contendit[252]. Nam vti eam tum doctrinae chr. ſummam, ac ea quae cuique Chriſtiano, vel religionis iudaicae ſtudioſo ad cognoſcendum prae caeteris neceſſaria viderentur, quae maxime exſpectes in ſcripto, quo erudiri eccleſia vniuerſa deberet, continere; tum de diſſidiis inter Chriſtianos e Iudaeis, et caeteros, quod in reliquis pleriſque epiſtolis cernatur, in epiſtola noſtra vllo verbo ſermonem eſſe negat; ita etiam praecipua huius epiſtolae loca ad eccleſiae Antiochenae conditionem accommodari poſſe ſtatuit. Sic illam ipſam διασποραν, cui inſcripta eſt epiſtola, ad Chriſtianos qui, poſt fatalem Stephano diem diſperſi, nouam eccleſiam Antiochiae conſtituerint; porro locum iſtum Iac. 1, 2. et alibi, vbi de aduerſis, aequo animo ſuſtinendis, nec non 1, 9. 2, 1. 4, 1. 13. 5, 1. vbi de pauperum contemtu, et opulentorum arrogantia ſermo eſt, ad illos ipſos Chriſtianos, qui exules, iique pauperes, Hieroſolymis relictis, Antiochiam venientes, ibi in magno reliquorum odio, et diuitum glorioſorum, vt ſunt in vrbibus magnis, et diuitiis affluentibus, contemtu vixerint; την απαρχην των του Θεου

[252]) In *coniecturis ad hiſtoriam catholicae Iacobi epiſtolae.* 1784.

κτισματων ad coetum Chriſtianorum Antioche-num, qui primus extra Palaeſtinam exſtiterit, vel primus ſaltem nouum Chriſtianorum nomen aſſum-ſerit; vniuerſum iſtum et primarium locum, de recte factorum neceſſitate, quibus ornari atque de-monſtrari debeat fides noſtra c. 1, 22 ſqq. et c. 2. ad beneficentiam, et liberalitatem erga Chriſtianos pauperes, vt temporis ratio, et cauſa nouae lega-tionis Agabi, aliorumque, ad Antiochenos poſtula-verit; admonitionem illam c. 3, 1. μη πολλοι δι-δασκαλοι γινεσθε ad Chriſtianos illos, qui propter religionem Hieroſolymis expulſi Antiochiam vene-rint, et quorum alii Iudaeis, alii proſelytis doctri-nam chr. nuntiauerint; cap. 5, 14 ſqq. denique, ad *prophetas*, a magiſtris diuerſos, qui in eccleſia potiſſimum Antiochena fuerint, Act. 11, 27. 13, 1. et quibus morborum ſanandorum facultas conceſſa fuerit, reuocare conatur. Sed ſententiam hanc, ingenioſe licet, atque egregie excogitatam atque exornatam, non ſatis mihi probari, ingenue fateor. Nam vti illam praeceptorum et cohortationum va-rietatem, quae in epiſtola noſtra cernitur, ſupra iam, in ventilanda S. V. Eichhornii ſententia, aliunde ſpectari poſſe monuimus, ſic loca illa, quibus ad eccleſiae Antiochenae conditionem re-vocandis ſententiam ſuam firmare conatur, ita comparata ſunt, vt alia nil eccleſiae Antiochenae proprium et peculiare contineant, quod, in tanta ſortis ſimilitudine, qua eccleſiae antiquae inuicem iungebantur, ad alias transferri nequeat, alia vero, ex noſtro quidem ſenſu, aliam interpretationem requirere videantur; id quod, praeter locum iſtum de fide, quem ad controuerſias, circa doctrinam Paullinam exortas, ſpectare exiſtimamus, praecipue de formula illa, qua epiſtola noſtra τοις εν τη διασπορα deſtinatur, pronuntiatum volumus, quippe

quae, licet non ſemper Iudaeos omnes, ſed certam tantum eorum partem ſaepius deſignet, ſi Petrum interpretem admiſeris, latius patere videtur, ſiquidem et hic τοις παρεπιδημοις διασπορας (quod plane non differt a verbis Iacobi τοις εν τῃ διασπορᾳ) epiſtolam priorem inſcribens, varias ſtatim regiones Ποντου, Γαλατιας etc. in quibus Chriſtiani diſperſi degebant, ſubiunxit. Ad Paulli igitur exemplum, qui in quauis epiſtola ad ſingularem eccleſiam ſcripta hanc ipſam nominatim ſalutare ſolet, et Iacobum epiſtolam ſuam τοις ουσι εν Αντιοχειᾳ κλητοις, ſiue τῃ εκκλησιᾳ του Θεου τῃ ουσῃ εν Αντιοχειᾳ, vel ſimili ratione inſcripturum fuiſſe ſuſpicari licet, ſi eam a ſolis Antiochenis legi voluerit.

V. Quo tandem *tempore* ſcripta ſit epiſtola, interpretes iterum magno inuicem diſſenſu diſputant, plerique tamen, LARDNERUS [253]), I. H. MICHAELIS [254]), MILLIUS [255]), rel. illud ad annum Chriſti LX vel LXI reuocandum eſſe cenſent. Prouocant potiſſimum ſententiae tuendae cauſa ad cap. 3. quo loco Iacobus ſua de bonorum operum neceſſitate doctrina, Paullinae de fide doctrinae in epiſtola ad Rom. traditae, et exemplorum inprimis Abrahami et Rachabae in explicanda de fide doctrina adhiberi ſolitorum, abuſui occurrere voluiſſe iis videtur; nec non ad cap. 4, 4-6. nonnullaque alia loca, in quibus conſcribendis Iacobum epiſtolas ad Rom., Gal. et Hebr. (quas quidem ſero exaratas eſſe, veteres tantum non omnes ſtatuerunt) ante oculos

253) *Supplements* 17, 2.

254) Introduct. in ep. Iacobi §. 8.

255) Proleg. §. 56.

habuiſſe non ſine veri ſpecie exiſtimant[256]. Neque tamen cum iisdem interpretibus ad cap. 5, 1–8. prouocare auſim, quod manifeſta proxime imminentis exitii Iudaeorum fatalis indicia contineri affirmant; nam, vt praeteream illud, locum hunc ex apoſtolorum, de vrbis Hieroſolymorum interitu, cum eoque coniuncto diei ſupremi aduentu, cõgitandi ratione, infra ad locum ipſum copioſius explicanda, intelligendum eſſe, I. D. Michaelis[257]) iure monet, pro rerum varietate inſtare vel imminere dici poſſe res alias, poſt multorum demum annorum interuallum, alias vero, etiam intra paucorum dierum ſpatium euenturas. Alii contra, et inter hos inprimis Michaelis[258]) (ii vero, qui Iacobum Zebedaei filium epiſtolae habent auctorem, ad vnum omnes), eam longe ante annum LXI ſcriptam eſſe contendunt, *primo* quidem, quia Iacobus, ſi epiſtolam poſt annum LVIII, quo Paullus ſuam ad Romanos ſcripſiſſe videtur, primum exaraſſet, magis determinate pertractaſſet ea, quae de bonis operibus ad ſalutem impetrandam neceſſariis cap. 2, 14 ſqq. docet, ne nimirum Paullo Rom. 3, 28. πιστει δικαιουσθαι ανθρωπον χωρις εργων νομου, adſerenti, contradicere videretur. Sed tunc, qua Iacobus liberatur, culpam Paullus ſubit, quippe qui poſt ſcriptam Iacobi epiſtolam non minus cauere ſibi debuiſſet, ne Iacobo repugnare crederetur. *Deinde*, quia

256) Quae contra hanc argumentandi rationem moneri ſolent: iisdem locis et Paullum Iacobi epiſtolam reſpexiſſe, ſtatui poſſe; locorum iſtorum ſimilitudinem ex dialecto quadam doctrinali, ſeu religioſa, oriundam eſſe, et i. g. a. iam ſupra, data alia opportunitate, ſatis refutaſſe nobis videmur.

257) *Einleitung in die Schriften des N. B.* T. II. p. 1421.

258) L. modo c. p. 1437 ſqq.

Iacobus nullibi in hac epiſtola Iudaeos diſperſos, ideoque gentibus permixtos, ad pacem et concordiam cum gentibus, ad vera ſacra perductis, fovendam hortetur, quod tamen, poſteaquam gentiles ad religionem Chriſti acceſſerint, maxime neceſſarium fuiſſe videatur, cum perpetuam fere inter Chriſtianos, ex Iudaeis et gentibus collectos, diſcordiam fuiſſe, vel ex iis pateat, quae Act. 15. memoriae prodita ſint, vbi ille ipſe Iacobus v. 14 ſqq. ethnicorum ad fidem conuerſorum patrocinium in ſe ſuſceperit; hinc epiſtolam prius conſcriptam eſſe colligunt, quam euangelium inter gentes latius eſſet diſſeminatum, ac proinde multo ante annum C. LXI. Ad quae tamen iam ſupra, in commemoranda S. V. Eichhornii ſententia, quae epiſtolam iam ante a. C. LIII. exaratam fuiſſe aſſerit, reſpondendi locus erat. — Deficientibus vero ſatis certis hiſtoriae documentis, ex quibus ipſe ſcriptae epiſtolae annus accurate definiri poſſit; nobis quidem, cum Iacobum habita nonnullarum Paullinarum, Petrum vero habita iterum Iacobi epiſtolae ratione, epiſtolas ſuas ſcripſiſſe ſupra demonſtrauerimus, in eo acquieſcendum eſſe videtur, epiſtolam noſtram, vti poſt Paullinas illas, ſic ante Petrinas exaratam eſſe.

VI. Ad *epiſtolae occaſionem* quod attinet, ex hactenus a me disputatis hanc ſummam repetiiſſe ſuffecerit: Ante omnia, epiſtolae noſtrae argumento in genere ſpectato, auctor id egiſſe videtur, vt recti et honeſti ſenſum intimiorem lectoribus inſtillaret, inſtillatumque in omnem ſentiendi atque agendi rationem emendandam et conſummandam deriuaret. Nam totius epiſtolae ſumma paraeneſibus ad pie recteque viuendum abſoluitur, et quantopere ii, quibus ſcripſit apoſtolus,

eiusmodi admonitionibus indiguerint, vel inde apparet, quod in fola religione ore profitenda, non item factis declaranda, acquieuiffe videntur, 1, 27. 2, 2: 15. etc. Quo minus vero magnum illud epiftolas Paullinas inter et illam Iacobi dis- crimen, tam in argumento quam in dicendi ge- nere confpicuum, mireris, memineris velim et cogitando profequaris, Paullum, olim Pharifaeum, principiisque Pharifaeorum innutritum, Chriftum nunquam audiuiffe, Iacobum vero, olim Effenum, vel faltem praeceptis Effenorum, (quibus inter alia, vt fupra demonftrauimus, totius religionis difciplinae cardo in morum doctrina verti videba- tur), imbutum, Chriftum faepius, et praecipue in oratione, quam vocant, montana habenda ita differentem audiuiffe, vti in epiftola fua fere differit ipfe. Rem nifi hinc fpectaremus, profecto longe magis mirandum effet, Paullum adeo a τρόπῳ παιδείας, quem Chriftus praeiuit, aberrare, quam mirari folemus, Iacobum ab inftitutionis Paullinae τύπῳ tantopere recedere. — Speciatim vero no- bis, fingularium epiftolae cohortationum rationem habentibus, in oculos incurrit, ecclefiarum, qui- bus epiftola fcripta eft, ftatum partim doctorum falforum et Paullo potiffimum infeftorum dolis et machinationibus (vid. fupra p. 40 fqq.) partim calamitatibus religionis caufa fuftinendis (c. 1, 12 fqq. alibi) 259), vexatiffimum fuiffe. Ne illis fe abripi patiantur, ne his fuccumbant, auctor cauere conatur. — Omnino quidem exoptanda effet diftinctior adhuc et minus manca conditio- nis ecclefiarum iftarum exterarum notitia, quo magis praeceptorum varietas habeat, quorfum re- feratur; fed vel ad momenta modo in medium

259) In quam rem lectu digniffima ex iftius temporis hiftoria congeffit S. V. *Hugius* l. c. pag. 369 fqq.

prolata attendentes multas ſententias non ad locorum, quos vocant, communium claſſem pertinere, ſed potius ad eccleſiarum, quibus deſtinata erat epiſtola, ſtatum pro nexus ratione relatas, certiori et magis definita interpretatione gaudere videbimus.

VII. De *ſcribendi genere* Iacobi, in tanta epiſtolae breuitate, nonniſi pauca adhuc ſuperſunt monenda. *Primum* quidem Iacobus, pro *ſumma* eius *pietate*, *ardentique virtutis amore*, per totam epiſtolam, in *adhortando* deprehenditur *mitis ſuaviſque* 5, 19. 20. alibi, in *reprehendendo* autem *grauis atque ſeuerus* v. c. 5, 1–6. *Deinde* vero idem ille Iacobus *olim Iudaeus*, ſcholisque Iudaeorum inſtitutus, et per tot annorum ſeriem Hieroſolymis verſatus, ſcribendi genere vtitur *haud bene graeco*, ſed *hebraismis* admodum intermixto, *dictisque* inprimis atque *exemplis ex V. T.*, maxime ex ſcriptis *Moſis*, *Prouerbiis*, *Siracide* aliisque, modo ſecundum verſionem των LXX, modo prout memoria tenebat, allatis, epiſtolae argumentum, quauis data occaſione, exornare atque commendare haud omittit 2, 8. 21. 23. 25. 4, 5. 5, 11. 17. *Porro* vero auctor noſter, *ſummo animi ardore* praeditus, *imaginibus*, iisque haud raro ſublimioribus, immorari 1, 6. 10. 11. 14. 15. 23. 24. 3, 3–6 ſq. 5, 7., ſcribendi genere *dramatico* adhibendo 2, 2. 3. 4. 16. 18., *interrogationibus* ſaepius repetendis 2, 20. 3, 13. 4, 1. 4. 5. verbisque *ſynonymis* accumulandis 3, 15., ſententiae vim augere, *anacolutha* committere 2, 3. 4. 3, 12., orationem ex inprouiſo in *narrationem* transmutare 1, 10. 11. 24. et vel *vno* interdum *verbo* adductus *ad aliud virtutis praeceptum transire* ſolet. *Denique* Iacobus, non commentarios philoſophicos, ſed *epi-*

ftolam fcribens, non tam in argumento fuo accurate riteque disponendo, rationibusque fubtilioribus, pro more philofophorum, confirmando, quam potius in *virtutis praeceptis*, *prout in mentem veniebant*, *inuicem iungendis*, *atque ex animo commendandis*, verfatur. *Poftremum* tanquam aliquid fingulare annotare libet, Iacobum amare ἀντανακλασιν, quam vocant, 1, 2. 4. 2, 24. 25. 26. 3, vlt. *gradationem* 1, 2. 3. 4. 14. 15. 4, 2. et *vocabula* ἀδελφοι et καλος 2, 3. 7. 19. 5, 13. praetereaque, quod in tam breui epiftola mirum videri poteft, bis ei inter fcribendum *hexametrum* excidiffe 1, 17. et 4, 4. Plura in hanc rem dabunt SCHULZIUS [260]) atque KAISERUS [261]). Idem illud vero, quod modo defcripfimus, dicendi genus et in epiftola et oratione Iacobi Actis inferta cerni WEBERUS [262]) fibi demonftrandum fumfit.

VIII, Epiftolae denique *argumentum*, pro confilio auctori propofito, et pro τροπῳ παιδειας Effenorum (vid. fupra), eft plane paraeneticum. Poftquam falutem dixerat Chriftianis Cap. 1, 1., incipit Iacobus commendare Chriftianis *pietatem in malis patienter ferendis confpicuam* 1, 2-12., *quorum* tamen non in Deo, fed in hominibus ipfis quaerenda fit *caufa* 1, 13-18. Pofthaec *iram repentinam* reprimi iubet 1, 19-21. Porro veram pietatis chriftianae indolem non in fola rerum

260) *Der fchriftftellerifche Charakter und Werth des Petrus Judas und Jakobus, zum Behuf der Special-hermeneutik ihrer Schriften.* p. 49 fqq.

261) Diff. *de nonnullis ep. Iacobi virtutibus.* Hal. 1797.

262) Prog. *de epift. Iacobi catholica cum epiftola atque oratione Iacobi Actis inferta, et hac vtraque cum illa vtiliter comparanda.*

diuinarum *ſcientia*, ſed in *vitae morumque ſancti-tate*, ad ſcientiam iſtam accommodata, cerni oſtendit 1, 22-25.; vnde a *nugarum temeritate* abſtinendum 1, 26. coll. 3, 1 ſqq. et *manſuetudinem* potius *vitaeque integritatem* ſectandam eſſe docet 1, 27. Tum ad *aequalitatem* ſeruandam cohortatur Chriſtianos 2, 1-11. et ad *hoſpitalitatem* 2, 12-26. Reprehenduntur contra *temeraria dicendi audacia*, et *diſputandi acerbitas* 3, 13-18. Hinc in *rixarum cauſas* indagandas digreditur 4, 1-17. Exitio denique *diuitibus ſuperbientibus* denuntiato 5, 1-6. *pauperes* hucusque oppreſſos, auxilii inſtantis ſpe propoſita, *ad patientiam cohortatur* 5, 7-11. Porro *iusiurandum vitandum eſſe docet* 5, 12. *mutua conuerſationis officia* commendat 5, 13-18. et felices denique praedicat eos, quibus *errantem in rectam viam reducere contigerit* 5, 19. 20. Quomodo haec omnia ad epiſtolae occaſionem ſupra commemoratam reuocari debeant, in commentario demonſtrabimus.

ΙΑΚΩΒΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ.

Ἰάκωβος, Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, 1.

Cap. I. 1. Incipit epiſtola ex more conſueto a *ſalute Chriſtianis dicenda.* Ιακω-βος, quis fuerit, prolegomena declarant. Θεου και κυριου Ιησου Χριστου δουλος, eadem ſignificatione, qua prophetae עבדי יהוה dici ſolebant. Pſ. 132, 10. Ioſ. 1, 1. Inter δουλος vero et αποστολος, vbi de religionis chriſt. doctoribus vtrumque vocabulum adhibetur, duplex hoc intercedere videtur discrimen; *alterum* illud: quod δουλοι *inprimis* reſpectu *Dei omnino*, ſecundum idem illud עבדי יהוה Tit. 1, 1. Act. 16, 17. αποστολοι vero *potiſſimum* reſpectu *Chriſti*, qui ſibi eos elegerat *apoſtolos, initio* vocati fuiſſe videntur. cf. Tit. 1, 1. Παυλος, δουλος Θεου, αποστολος δε Ιησου Χριστου. 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. 11, 13. Epheſ. 1, 1. Colaſ. 1, 1. 1 Theſ. 2, 7. 1 et 2 Tim. 1, 1. 1 Petr. 1, 1. Iud. 17. quanquam neglecti *poſtea* huius diſcriminis exempla non deſunt: modo enim δουλος Rom. 1, 10. Gal. 1, 10. Phil. 1, 1. Iud. 1., modo vtrumque δουλος και αποστολος cum Ιησου Χριστου 2 Petr. 1, 1., modo denique δουλος, vt loco noſtro, vtrique Θεου και Κυριου Ιησου Χριστου, nusquam tamen αποστολος ſoli Θεου in N. T. iungitur; *alterum* hoc, quod αποστολοι in N. T. κατ' εξοχην *duodecim illi primarii a Chriſto ſelecti diſcipuli et Paullus*, rarius *religionis chriſtianae doctores omnino* Rom. 16, 7. (nam loca quibus voc. αποστολος genitiuo iungitur e. c. αποστολ. εκκλησιων, Hebr. שליחין 2 Cor. 8, 23. Phil. 2, 25. prorſus huc non pertinent), δουλοι vero του Θεου ſiue Χριστου, praeter XII apoſtolos, *omnes* tum *omnino Chriſtiani* 1 Petr. 2, 16. Eph. 6, 6. tum inprimis *religionis chriſt. doctores* dicuntur 2 Tim. 2, 24.; ita vt, ſi quis αποστολον ſe vocat, hoc ipſo ex duodecim iſtorum conſortio ſe eſſe affirmare videatur, ſi vero δουλον του Θεου

ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, χαίρειν.

vel I. X. ſe profitetur, vtrum ſit ex duodecim apoſtolorum numero, nec ne, incertum nobis relinquat. Itaque *Grotius* ex eo ipſo, quod Iacobus ſe h. l. nonniſi δουλον, nec item αποστολον I. X. profitetur, temere colligit, eum omnino non fuiſſe αποστολον. Αἱ δωδεκα φυλαι et το δωδεκαφυλον (Act. 26, 7.) proprie dicuntur *Iſraëlitae*, h. l. vero *Chriſtiani ex Iudaeis*. vid. proleg. Ταις εν τη διασπορα ſc. ουσαις, vel ταις εν παση τη γη διεσπαρμεναις, Act. 8, 1. coll. Ioh. 7, 35. ex hebraismo i. e. q. πασιν εξω της Ιουδαιας Ισραηλιταις, vel vt 1 Petr. 1, 1. εκλεκτοις παρεπιδημοις διασπορας Ποντου, κ. τ. λ. *omnibus Iudaeis extra Palaeſtinam habitantibus*, vel *per vim e Palaeſtina eiectis*. Vtroque enim ſenſu hebr. זרה Lev. 26, 33. Pſ. 43, 13. Ier. 15, 7. 49, 35. Ezech. 12, 14. 15. 20, 23. 22, 15. נדח Ieſ. 56, 8. נדח Ier. 40, 12. נפץ Ieſ. 11, 12. פוץ Deuter. 4, 27. 28. 64. et alibi de *Iſraëlitis diſperſis* adhibetur, et per διασπειρειν ab Alex. redditur, vt et omnis locus extra Iudaeam Hebraeis eſt נדח, Deuter. 30, 4. Nehem. 1, 9. Pſ. 47, 2. et נדחת Pſ. 146, 2. Alexandrinis διασπορα. Bene Syra adiecit *inter gentes*, hebr. בעמים vel בגוים. Deuter. 4, 27. A Iudaeis vero et haec iterum ad *Chriſtianos* extra Palaeſtinam degentes h. l. transferuntur. vid. proleg. In altera epiſtola Iacobi noſtri, quae Act. 15, 23-29. aſſeruata proſtat, eadem, obſeruante *Webero*, conſpicua eſt, ſcribendi ſimplicitas, qua v. 23. neque ſe, neque Chriſtianos, quibus eam ſcripſit, pluribus nominibus ornat. Iacobum vero epiſtolae iſtius, licet totius eccleſiae Hieroſol. nomine ſcripta ſit, ſeu potius reſponſi illius, auctoritate et conſenſu ordinis Chriſtiani Hieroſolymitati, elaborati, auctorem habendum eſſe, neque Lucam ad ſuam ſcribendi rationem, ex ingenio ſuo illud refinxiſſe; Vir doctiſſ. multis iisque firmiſſimis argumentis demonſtrauit. Χαιρειν (ſc. ευχεται, λεγει. vid. 3 Ioh. 1. 2. cf. *Bos* ell. gr. ſub voce ευχεσθαι,) non minus ac ευ πραττειν, ευ διαγειν, υγιαινειν, externis ſcriptoribus vox eſt frequentiſſima in ſalute alicui dicenda, cuius Schol. *Ariſtoph.* ad Plut. 322. *Cleonem* auctorem eſſe affirmat, ad Nubes vero 607. negat. (cf. *Alberti* obſerv. in h. l.). In N. T. vero, vbi a Luc. 1, 28. receſſeris, qui tamen locus ex

Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν 2

alio genere eſt, nonniſi in eadem illa Iacobi epiſtola Act. 15, 23. reperitur. Nec tamen et caeteris ſacris ſcriptoribus, quanquam χαριν plerumque adhibeant, in ſalutationibus plane inuſitata. cf. Luc. 1, 28. et Act. 15, 23.

2 ſeqq. Orditur epiſtolae *argumentum*, a commendanda Chriſtianis, in Aſia minore diſperſis, iisque doctorum iudaizantium et nouaturientium inſidiis vndique perturbatis (vid. proleg.), *malorum patientia*, et *inconcuſſa in religione tuenda conſtantia*. Cui quidem cohortationi viam quaſi munit praemittenda v. 2. ſententia hac: *Impenſe laetandi materiam propoſitam vobis exiſtimate, vbi in calamitates incideritis.* Χαρα, (quae vox, obſervante *Stolzio*, ex proxime praecedente χαιρειν arrepta videtur), h. n. eſt *gaudendi materia*. Ioh. 16, 22. Πασα χαρα vero vel eſt *mera* (vid. *Wetſt.* et *Raphel.* annott. ex Polyb. ad Iac. 1, 17. vbi haec vox ita accipienda eſt), vel *ſumma* laetandi materia, quaſi ſcriptum eſſet: χαραν μεγιστην ἡγησασθε (cf. Col. 1, 9. 11. 1 Tim. 1, 15. 16. Sic etiam *Polyb.* πασα αλογιστια, *Plato* Phaed. c. 33. πασα αμαθια, *Epict.* 3, 5. πασα χαρις, *Cic.* N. D. *omnis ordo*, Off. 1, 20. *omnis contentio.* Plura dabit *Hottingerus*, ad *Cic.* de div. p. 132. Nec aliter nos: *aller Fleiſs* pro *der gröſseſte Fleiſs.*) *Carpzovium* denique ad h. l. video πασαν pro aduerbio παντως, vel ὁλως accipere, neque id male, cum aduerbia, forma adiectiuorum induta, ſubſtantiuis iungi ſolere inter omnes conſtet. Iam poſt verba πασ. χαρ. ἡγησασθε ſuppl. eſt ειναι τουτο, εαν etc. Simili modo et Paullus caeterique apoſtoli magnopere *gauiſi ſunt*, dignos ſe exiſtimari, qui contumelias propter religionem patiantur. cf. Rom. 5, 3. 2 Cor. 7, 4. Hebr. 10, 34. Act. 5, 41. Ἀδελφοι, qua appellatione ſaepe vtitur Iacobus, inprimis ineunte noua periodo, ex hebr. אחים, quo Iudaei omnes non ſolum *gentis* Deut. 15, 2. 3. Iob. 22, 30. Act. 2, 29. Rom. 9, 3. alibi, ſed etiam *religionis* ſocietate ſecum coniunctos, Pſ. 133, 1. Ieſ. 66, 20. Hoſ. 2, 1. deſignare conſueuerant, in N. T. ſaepiſſime κατ' εξοχ. ad *Chriſtianos*, et ipſos religionis vinculo inuicem iunctos, vel ſimpliciter Matth. 25, 40. Act. 6, 3. 1 Cor. 5, 11. alibi, vel addito ἐν Κυριῳ (ſc. οντες) Phil. 1, 14. transfer-

3 πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις, γινώσκοντες, ὅτι

tur, qui quidem loquendi vſus in veteri eccleſia diu manſit, teſte *Suicero* theſ. eccleſ. Tom. I. p. 86. Neque tamen cum *Semlero* hoc voc. ad ſolos religionis chr. *doctores* hic reſtringere auſim, quod ex contextus ratione ad Chriſtianos omnino commode extendi poteſt. Ὅταν πειρασμοις ποικιλοις περιπεσητε, *vbi in varias incideritis tentationes*. Πειρασμοι h. l. dicuntur *calamitates, quibus Deus in retinenda religione chr. conſtantiam experiri putabatur* (vid. exc. 1.), et hic praecipue ad inſidias Chriſtianis a falſis doctoribus ſtructas ſpectare videntur (vid. proleg.). Ποικιλοι, *varii generis*, quales enumerantur 1 Cor. 10, 13. Hebr. 11, 36. 1 Petr. 1, 6. Περιπιπτειν τινι ſignificatu idem eſſe videtur quod εμπιπτειν εν τινι, vel εισπιπτειν εις τι, ſaepius enim περι cum εν et εις commutatur (cf. *Apollon.* πιπτοντα περι σφισι, *cadentia in ſe*); et ſic quoque conſtruitur Act. 27, 41. περιπεσοντες εις τοπον. cf. *Epictet.* enchir. II, 1. ὁ δε εν εκκλισει περιπιπτων. (vbi *Heyne*), XLVI. ὥστε καν περι θεωρηματος τινος εμπεσῃ λογος εν ιδιωταις. Πειρασμοις περιπιπτειν igitur non differt ab εμπιπτειν πειρασμοις, vel εισπιπτειν εις πειρασμους, *incidere in calamitates*, metaphora forſan a fouea, periculi ſymbolo, repetita. Sic etiam Luc. 10, 30. coll. 36. λῃσταις περιεπεσεν i. e. q. εις λῃστας π. *Grotius* vero περιπιπτειν ſono neutrum et ſenſu paſſiuum eſſe contendit, vt πειρασμοις περιπ. ſit ὑπο πειρασμων περιπιπτεσθαι, *a tentationibus circumueniri*; vereor tamen vt ex linguae vſu ſatis probari queat. Dicitur vero hiſtoricis et oratoribus περιπιπτειν τινι nonniſi is, qui res ſubit *aduerſas*, vt: περιπιπτειν νοσῳ, συμφοραις, ταλαιπωριαις, ατυχημασι, χειμωνι, et ſic quoque loco noſtro πειρασμοις. vide loca apud *Wetſtenium* et *Raphelium*, quibus adde: *Plutarch.* in vita Themist. ἱνα μη λεοντι περιπεσῃς. *Aelian.* var. hiſt. II, 26. 1. περιπεσων νοσῳ coll. XIII, 25, 1. et 46, 3. Cf. praeterea *Weſſeling* ad *Diod. Sic. I*, 92. Tom. I. p. 103. et *Palairet* obſſ. philol. p. 184. Contra vero εκκλινειν τι dicitur, *qui euitat mala*. (*Epict.* c. 2. Εαν μεν ουν μονα εκκλινῃς τα παρα φυσιν των επι σοι· ουδενι, ὧν εκκλινεις, περιπεσῃ· *Arrian.* l. 3, 22. Εκκλισεις περιπιπτουσαι et εκκλισις περιπτωτικη et 4, 10. Εκκλινειν πε-

τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπο-

VARIAE LECTIONES.

3. της πιστεως omittunt *Barb.* 1. *Syr. post. corb.* item *Caffiod.* probb. *Millio* in l. et prol. n. 498. (qui ex 1 Petr. 1, 7. illatum putat) *I. A. Bengelio*, reprobb. *Griesbachio*, *Moro*.

ριπτωτικως). περιβαλλειν, *qui in calamitatem inducit.* (*Simplic.* in Epict. p. 69. περιβαλλειν τοις εκκλινουμενοις. *Arrian.* 4, 5. περιβαλλειν τῳ εναντιῳ fc. του αγαθου et *Antonin.* 2, 1. αισχρῳ γαρ με ουδεις περιβαλλει). ὑπομενειν denique, *qui aduerſa patienter ſuſtinet.*

3. *Quo plures enim quis religionis chriſtianae cauſa ſuſtinuerit calamitates, eo magis in eadem tuenda perſeuerabit.* Γινωσκοντες (alias ειδοτες. Eph. 6, 8. 9. alibi) pro γινωσκετε γαρ, vel διοτι γινωσκετε. Δοκιμιον, Rabbinis בחינה. a δοκιμη ita differt, vt haec ſit *indoles probata*, *cum tales ſumus quales nos eſſe oportet* Rom. 5, 4. 2Cor. 2, 9. 13, 3. Phil. 2, 22., vel *exploratio*, i. e. *actus explorandi* (δοκιμασια); illud vero *id*, *quo quid exploratur, an tale ſit, quale eſſe debet.* Heſ. κριτηριον. *Herodian.* II, 10. 12. δοκιμιον δε στρατιωτων καματος, αλλ' ου τρυφη. Plut. Apoph. p. 230. Ηρωτησεν, ει δοκιμιον εχει, τινι τροπῳ πειραζεται ὁ πολυφιλος; ατυχιᾳ ειπεν (quam Petrus 1 ep. 1, 7. et το δοκιμιον. vt δοκιμη. pro eo *quod exploratum eſt*, adhibuiſſe videtur). Praecipue vero δοκιμιον, vt caetera vocabula, δοκιμαζειν, δοκιμος, δοκιμασια, hebr. בחן et צרף, de auri indole igne exploranda adhiberi ſolet (Prov. 28, 21. δοκιμιον αργυριῳ και χρυσῳ πυρωσις: vnde et עליל Pſ. 12, 7. et מצרף Prov. 27, 21. *vas fuſorium*, per δοκιμιον redditur), ad cuius ſimilitudinem forte Iacobus et h. l. reſpexit, inprimis cum virtutis ſtudium, calamitatibus explorandum, cum auri argentique virtute, igne probanda, comparari ſoleat Pſ. 66, 10. Quoad ſenſum vero δοκιμιον h. l. non differt a πειρασμος v. 2. et i. e. q. θλιψις Rom. 5, 4. vid. ad v. 2. Πιστις *Reichardo* aliisque eſt *fiducia in Deum*, cuius exploratio hic *patientiam gignere* dicatur. Malim equidem *firmam de religione chr. perſuaſionem ardensque pietatis chr. ſtudium* intelligi, cuius lapis Lydius eſt malorum toleratio. Sic plenioris ponderis euadere videtur totius loci ſententia.

4 μονὴν· ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα

Bene *Hensleros: chriftlicher Sinn.* cf. *Koppii* exc. VI. ad Paulli ep. ad Gal. Κατεργαζεται, pro δει κατεργαζ. (cum et v. 4. imperative enunciatus fit), fubint. εν ὑμιν Rom. 3, 15. Ὑπομονη ex contextus ratione *conftantia in calamitatibus religionis chr. caufa fuftinendis confpicua.* vid. ad v. 2. Poffint quoque, fenfu ne minimum quidem mutato, iungi verba της πιστεως cum ὑπομονη, pro ὑπομ. εν τη πιστει, vt δοκιμιον absolute de *calamitatibus religionis caufa fuftinendis* intelligatur. Praefero tamen rationem priorem, ex qua verborum confequutio facilius procedere videbitur. cf. 1 Petr. 1, 7. Sirac. 2, 1 fqq. 27, 6. Rom. 5, 4. Dignus quoque qui huc tranfcribatur *Senecae* locus: *Opus eft ad notitiam fui experimento; quid quisque poffet, nifi tentando, non didicit.* Idem: *Tunc apparet, quanta fit virtus, cum, quid poffit, patientia oftendit.*

4. *Et quo quis diutius in retinenda religione chriftiana perfeuerat, eo magis eiusdem ad virtutem augendam vim percipiet faluberrimam.* Ὑπομονη eodem fenfu quo v. 3. Εργον τελειον, pro τελειον τι vel τελειωσις fc. εν τη αρετη. Εχετω, pro παρεχετω, fyn. κατεργαζεσθαι v. 3. Imperatiuum vero optatiue acceperim fic: *perfeverantiae vero in tuenda religione chr. fructus fit perfectum virtutis ftudium;* (*Ausdauer liefere etwas Vollendetes*); refpondeatque dicto Paullino: 1 Cor. 1, 7. ὡστε μη ὑστερεισθαι ὑμας εν μηδενι χαρισματι. Idem fere fenfus prodit, vbi cum *Kyp-kio* εργον ex aliquanto rariore loquendi vfu acceperis pro *fructu*, hebr. פעל Ier. 22, 13. Ief. 40, 10. 62, 11. *Hottingerus* vero cum Interpr. longe plurimis (verba nostra pro: ἡ δε ὑπομονη εργον τελειον f. τελεια εστω, vel της δε ὑπομονης εργον τελειον εστω accipientibus), reddit: *patientia vero veftra perfecta fit et confummata, neque malis victa fatiscat, et ad finem vsque perfeueret,* vt refpondeat praecepto Chrifti Matth. 10, 22. ὑπομεινας εις τελος; fed, fi quid sentio, paulo durius et ieiunius, pereunte fic omni gradatione, quae toti loco ineffe videtur. *Morus,* fi quid iudico, argutatur, dum verba ἡ πιστις εργα εχει ex c. 2, 14. huc advocans, de *tolerantia* cogitari vult, *quae adiunctum habeat* εργον τελειον, feu *per*

ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι.

facta perfecta ſeſe exſerat. Ἵνα — λειπομ. ad ἐργον illud τελειον vberius explicandum addita eſſe videntur. Τελειοι, και ὁλοκληροι, εν μηδενι λειπομενοι, *ita, vt ſitis perfecti, integri, omnibusque numeris abſoluti* 1 Theſſ. 5, 23. Phil. 1, 10. Accumulata haec ſunt propter ſtudium rei dicendae. Quare non anxie quaerenda eſt ſimilitudo, ad quam in hac illaue voce Iacobus reſpexerit. Τελειοι et ὁλοκληροι ſunt plane ſynn.: τελειον enim dicitur *id quod ad finem vsque perductum eſt*, ὁλοκληρον vero *id, quod omnes easdemque integras habet partes*, adeoque *perfectum*, hebr. שָׁלֵם, quod modo per τελειον *perfectum*, modo per ὁλοκληρον *integrum*, vertitur. cf. Deutr. 27, 6. Ioſ. 8, 31. 1 Reg. 8, 62. 11, 4. 15, 13. 1 Paralip. 28, 9. Ier. 13, 19. h. l. vero τελ. και. ὁλ. ex contextus ratione pro τ. κ. ὁ. εν τῃ αρετῃ poſitum eſt, placetque *Loesneri* ratio, et *Moro*, *Hottingero* aliisque probata, qui ad rem ſacram Iudaeorum Iacobum reſpexiſſe putat, in qua tum victima, tum ſacerdotes τελειοι atque ὁλοκληροι (nec non et αμωμοι, תמים) i. e. *labe carentes* dici ſolent. Vid. loca *Philonis* apud ipſum, quibus adde *Hom.* Il. α. 69. 70. Cf. etiam *Krebſium* in h. l. et *Hemſterhuis* in Lucian. T. 1. p. 17. *Storrio* vero τελειοι ſunt ii, *qui ſuperiores e certamine diſcedebant* idemque ſyn. ὁλοκληροι additum putat, quo *perfectior victoria* ſignificetur. De voc. τελειοι hoc facile concedamus, cf. Phil. 3, 12. vocabulum ὁλοκληροι vero, quanquam ſyn. ſit τῳ: τελειοι, nusquam hoc nexu me quidem legere memini. Εν μηδενι, ex nexu, pro εν ουδεμιᾳ αρετῃ; λειπομενοι ſc. απ' αλλων. Λειπεσθαι vero modo cum genitiuo, vt v. 5. et 2, 15. (in quo ſubint. απο), modo cum accuſatiuo (tunc ſubint. κατα), modo cum ablatiuo, vel addita, vt in loco noſtro, vel omiſſa praepoſitione εν conſtruitur; cf. *Raphelius* in h. l. Tota vero loquendi ratio forſan ab iis, qui curſu, cui ſacri ſcriptores comparare ſolent virtutis ſtudium, relinquuntur et ſuperantur, repetita eſt (cf. *Faber* agoniſt. 3, 16. et *Loesnerus*); vt ſenſus prodeat hic: *vt ne ab aliis vos praecurrentibus longo interuallo relinqui curſuque ſuperari videamini*; i. e. *ne alii magis ſint virtutis ſtudioſi quam vos*; verbo: *vt perfecta ſit virtus veſtra*, i. q. τελ. et ὁλοκλ. Facilius forte in-

5 Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω

telligetur sententia v. 3 et 4, si, quae de *virtutibus omnino* hic praedicantur, ad *homines, virtutibus istis praeditos*, transferantur, hoc fere modo: *γινωσκετε γαρ, ὁτι, εαν δοκιμαζησθε εν τῃ πιστει ὑμων. ὑπομονητικοι γινεσθε, ὑπομονητικοι δε (εν τῃ πιστει) οντες, τελειοι (κατα την αρετην) γενησεσθε.* Ceterum in eiusmodi loco, qui gradatione (qua quidem orationis figura saepius vtitur Iacobus v. 14. 15. 4, 2.) exprimitur, non haerendum est in singulis sententiis, ita e. c. vt nonnisi *δοκιμιον της πιστεως κατεργαζεσθαι ὑπομονην* etc. contendamus; sed vniuersa loci sententia vnice tenenda est haec: *constantiam in religione christiana, etiam inter atrocissimas calamitates tuenda, virtutem nostram augere.* cf. Rom. 5, 3 sqq. 2 Petr. 1, 5. et e scriptoribus Iudaicis Sota 9, 15. quem locum *Koppius* ad Rom. 5, 3. transscripsit.

5-9. Quodsi vero quis ad *πιστιν* vel miseriis patienter ferendis declarandam et ad *εργον τελειον* hac patientia efficiendum, *σοφια*, s. profundiori *της πιστεως*, vel doctrinae chr. scientia indigeat, vt a Deo, at vero cum animi fiducia, eam expetat, Iacobus hortatur, miseram enim esse dubitantibus conditionem. Sic itaque haec cum antecedentibus arcte cohaerent. *Λειπεται*, (q. *ὑστερει*). ex proxime praecedente *λειπομενοι* arripuit Ap. *Σοφιαν* alii latiori sensu ad *sapientiam omnino sic dictam* referunt, alii ad eam inprimis *sapientiam, qua in defendenda religione christiana coram iudicio indigebant*, quae sub ipso *σοφιας* nomine promittitur Matth. 10, 19. 20. Marc. 13, 11. Luc. 12, 11. 12. 21, 14. 15. cf. Act. 6, 3. 10. Matth. 7, 11. 10, 16. 1 Cor. 2, 6. 7. 14. alii cum *Semlero* ad *sapientiam in euitandis falsorum doctorum insidiis, in diiudicandis ipsorum commentis*, et i. g. a. *conspicuam*, verbo: *prudentem agendi rationem, vt semper id agas, quod est aptum personis, tempori, loco* (vid. proleg.), alii denique, iique plurimi, ad *sapientiam eam restringunt, qua instructi vitae miserias, caussam, fructum et finem earum recte diiudicantes, constanter perferre possimus*, nisi pleniori nexus cum v. 3 et 4. ratione habita, *profundior της πιστεως, i. e. puritatis, firmitatis et praestantiae religionis chr. scientia* intelligi debeat, *qua opus*

παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ

eſt, vt non ſolum vexationibus eius cauſa ſuſtinendis pares ſimus, ſed etiam ad τελειοτητα τινα, *ſ. ad pietatis chr., officium caeteris rebus omnibus anteponentis, conſummationem euehamur.* Αιτειτω — Θεον, ad cuius auxilium in tot rerum diſcriminibus iis recurrendum eſſe ſtatuit. Eadem fere *Plutarchi* eſt ſententia in Iſ. et Oſir. init. παντα μεν, ω κλεα, δει τ'αγαθα τους νουν εχοντας αιτεισθαι παρα των θεων, μαλιστα δε της περι αυτων επιστημης, et *Sohar* Exod. fol. 38. col. 151. *Non omnis homo tam ſapiens eſt, vt intellectum diſponat, aut voluntatem in ordinem redigat, atque ſic praecepta Dei obſeruet, propterea has preces orare debet.* Pſ. 90, 17. *et opus manuum noſtrarum dirige ſuper nos. Theocr.* Id. 17. αρετην γε μεν εκ Διος αιτει. Του διδοντος Θεου πασιν. Clarius του Θεου διδοντος πασιν, ſubintellige non σοφιαν modo, quod plurimi praecipiunt, ſed omnino παντα τα αγαθα, χαρισματα, δωρηματα. Ἁπλως, quod forma aduerbiali in N. T. haud amplius occurrit, bifariam explicari poteſt: vel καθολου (*Heſ.* συντομως, καθαπαξ), tum emphaſis latet in voc. πασιν, et ſenſus prodit hic: *qui omnibus omnino ſine diſcrimine, ſiue ſit Iudaeus, ſiue ethnicus, ſapientiam et dona quaeuis concedit*, vel εν ἁπλοτητι, h. e. εν ἁπλοτητι της καρδιας Rom. 12, 8. 2Cor. 1, 12. Col. 3, 22. Eph. 6, 5. hebr. בישר לב, בתם 1 Paral. 29, 17. Sap. 1, 1. *ſine vlla fraude, cum animi candore, ſincere*, ita vt *Deus hic in largiendo nihil cupiditati, gratiae et odio dare, ſed lubenter ſolo benefaciendi ſtudio ductus in homines omnes beneficia conferre dica*tur. Alii cum Syro vertunt: *effuſe, liberaliter*, quae quidem ſignificatio, vt cum priori arcte cohaeret, ſic etiam cum vſu loquendi non pugnat, 2Cor. 8, 2. 9, 11. (cf. *Kypke* in Rom. 12, 8. et *Krebs* in 2Cor. 8, 2.). Praeſtat tamen h. l. ſignificatio *candoris*, quia mox additur και μη ονειδιζοντος, *qui beneficia in homines collata non exprobrat, vel non commemorat audientibus iis, in quos collata ſunt, i. e. qui non inuitus dat, nec rubore ſuffundi vult eum, quem beneficiis ornauit.* cf. Euſtathius p. 66. 10. Ονειδιζειν ου μονον το ευεργεσιας αναφερειν τοις ευεργετημενοις — αλλα και ἁπλως (ex priori noſtra explicatione) ονοστα τινα και επιμομφα λεγειν. Nos: *der*

μὴ ὀνειδίζοντος, καὶ δοθήσεται αὐτῷ. αἰτεί-
6 τω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος. ὁ γὰρ δια-

keinem eine Wohlthat auf-rücket — vorhält. Eodem ſenſu et *Polybius* hoc voc. adhibet apud Raphelium. Alii Interpp. tam veteres, quam recentiores, et inter hos *Morus, Auguſti* et *Hottingerus* verbo ονειδιζειν ſignificationem hebr. חרף inhaerere putant, vt i. ſit q. καταισχυνειν, *ignominioſe cum repulſa dimittere.* Sed, vbi de denegandis precibus ſermo eſt, השיב plerumque adhibent V. T. ſcriptores, quod tamen οἱ LXX. hoc ſenſu non per ονειδιζειν, ſed per καταισχυνειν reddere ſolent. Ceterum vti tot alia ab hominibus ad Deum transferuntur, quae in Deo ne cogitari quidem, neque adeo ad verbum ſumi poſſunt; ſic etiam Ap. Deum beneficia ſua *exprobrare* negat, quo penitius *candoris in benefaciendo* notionem, in voc. ἁπλως latentem, exhauriat; ſiquidem qui candide dat, vt det, dati obliviscitur, vt, qui grate accipit, accepti nunquam; id quod annotaſſe ſuffecerit, ad perſoluendum *Hottingeri* dubium: *moleſtam beneficiorum commemorationem ac velut exprobrationem vel cogitare in Deo abſurdum eſſe*; vt taceam, vel ipſam iſtam *contumelioſam cum repulſa dimiſſionem*, quam in voc. ονειδιζειν teneri mauult, a Deo prorſus alienam eſſe. Cf. Sirac. 18, 18. 20, 15. 41, 22. aliorumque locorum ſimilium abundantiam ap. *Wetſtenium* et *Elsnerum.* Καὶ δοθησεται αυτῳ pro: και ὁ Θεος δωσει αυτῳ. Matth. 7, 11. Luc. 11, 13. ſubint: την σοφιαν. Tota vero ſententia ex veteri Iudaeorum opinione, nec ea quidem a Chriſtianis exuta, expreſſa comparet, qua, quicquid boni, et praeclari, dummodo inſoliti, expeterent, ſeu expetitum iam nacti eſſent, proxime a Deo, interueniente πνευματι ἁγιῳ, ſecum communicatum eſſe, ſtatuere conſueverant.

6. Εν πιστει, באמנה, i. e. πιστευων τῳ Θεῳ, *cum certa impetrandi fiducia in benignitate diuina repoſita.* vid. *Koppii* N. T. l. c. Μηδεν pro κατα μηδεν, idque ſimpliciter pro μη, vt et Latini: *nihil* diffidens pro *non* diffidens. Διακρινεσθαι i. q. διαταζειν, επαμφοτεριζειν, ενδοιαζειν, *haeſitare*; μηδεν διακρινομενος, לא מתפלג, itaque idem ſibi vult quod εν

κρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ
ῥιπιζομένῳ. μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, 7
ὅτι λήψεταί τι παρὰ τοῦ Κυρίου. ἀνὴρ δίψυ- 8

πιστει; *non dubitans* ſc. *vtrum obtenturus ſit*, *quod petat, nec ne.* cf. Act. 10, 20. Matth. 17, 21. 21, 21. Marc. 11, 23. Rom. 4, 20. 14, 23. Εν πιστ. μηδ. διακρ. iunctim verterim: *mit ungetheiltem Vertrauen. Hermas* 2, 9. locum noſtrum imitatus eſſe videtur ſic: *Tolle a te dubitationem, et nihil omnino dubites, petens aliquid a Domino etc.* Ὁ γαρ διακρινομενος i. q. ὁ μη πιστευων. Εοικε. Heſ. ὡμοιωται, ὁμοιος εστι. Κλυδων θαλασσης, ſ. κλυδων ὑδατος, Luc. 8, 34. vel κυμα θαλασσης, Iud. v. 3. cum propria tum tropica ſignificatione opponitur τῃ ἡσυχια, γαληνῃ. vid. *Abreſch.* lect. Ariſtaenet. p. 48. Ῥιπιζεσθαι, *agitari*, a ῥιπις, *flabellum*, quo aura mouetur. Ανεμιζεσθαι et ῥιπιζεσθαι h. l. ſunt ſynn. de *fluctibus maris tempeſtate vltro citroque agitatis* adhiberi ſolita, nec differunt a κλυδωνιζεσθαι et περιφερεσθαι Epheſ. 4, 14. cf. *Wetſt.* et *Hemſterh.* ad Lucian. opuſc. p. 99. Conueniunt vero fluctus maris vento agitatus, et homo animo fluctuans, in eo, quod *vterque tranquillitate et quiete caret.* Vt ille modo ſurgit modo cadit, ſic et hic modo ſperat modo deſperat.

7. Μη h. l. eſt obteſtantis et prohibentis, hebr. אל. Γαρ h. l. particula transeundi. Εκεινος pro τοιουτος, *qui dubitat.* Μη — εκεινος verterim: *Daſs ja ein ſolcher Menſch nicht glaubt etc. Hottingerus* vero particulam cauſalem μη γαρ indicem eſſe putat ſententiae ſuppreſſae, atque ſic fere ſupplendae: *inanes ſunt iſtae preces; neque enim caet.*; quo tamen imminui videtur orationis alacritas.

8. Ad nexum ſententiarum quod attinet, *Carpzovius*, ſpreta *R. Stephani* interpunctione, ανηρ διψυχος etc. commate 7 vncis incluſo, iungit cum v. 6. *Syrus* vero, quem ſequitur *Michaelis*, inde a voc. ακαταστ. verſum diſtinguens, ανηρ διψ. reiecit ad v. 7. Vtrumque vix ſatis commode et praeter rem. Διψυχος dicitur cum *is*, *qui aliter agit ac ſentit*, *ita vt ex alio animo actiones*, *ex alio cogitata proficiſci videantur*, verbo *hypocrita*; tum *is*, *qui inconſtans eſt in ſentien-*

χος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

do, cogitandoque, alias διστάζων την ψυχην. Iam vero in voce διψυχος non ſemper iidem, ſed, pro contextus ratione, varii ſenſus inuicem pugnantes vel alternantes intelligendi ſunt. Hoc loco διψυχον denotare, *hominem qui modo ſperat modo deſperat, vtrum votorum compos futurus ſit nec ne*, vel *hominem qui modo Deo confidit, modo diffidit* (διακρινομ.), contextus ſatis declarat. Sic quoque in conſtitut. Apoſtol. 7, 11. διψυχος explicatur: μη γινου διψυχος εν προσευχῃ σου, ει εσται ει ου. Non multum igitur differt διψυχος a voce διακρινομενος v. 6. vel a διαλογιζομενος, quo *Hermas* διψυχον deſcribit. *Plato* de republ. eodem ſenſu ουδε εἱς εστιν αλλα διπλους. *Duplex* Vlyſſes eſt *Horatio*, quem *Homerus* vocauerat πολυτροπον, δολοφρονεοντα, eidemque *Homero* διψυχοι ſunt οἱ

— — διανδιχα θυμον εχουσι

aut quibus

— — διχα θυμος ορωρεται,

et apud *Ariſtophanem* αναρμοστος eodem, quo διψυχος, ſenſu legere memini; cf. Sirac. 1, 27. vbi exſtat καρδια δισση. Hebraei vero διψυχος exprimunt per לב ולב 1Chron. 12, 33. Pſ. 12, 3. Nos: *doppelherzig, zweyſeelig.* Occurrunt quoque διψυχειν, cf. *Wetſt.*, et διψυχια, *Heſychio* απορια. Τῳ διψυχῳ vero opponitur ὁς πραττει vel λεγει εκ ὁλης της ψυχης. vel εν ὁλῃ τῃ καρδιᾳ Matth. 22, 37. vel ανθρωπος, εχων ψυχην ὁμονοητικην και ηρεμουμενην (*Plat.* l. c.), vel νουν πυκνον *Hom.* Simillima loco noſtro *Clem. Rom.* 1, 2. 3. ſententia, dicentis: ταλαιπωροι εισιν οἱ διψυχοι. οἱ διστάζοντες την ψυχην. Ακαταστατος vero proprie eſt *is, qui non in eodem loco ſubſiſtit*; ad animum vero translatum, *is qui ſibi non conſtat*, h. l. ſyn. voc. διψυχος, ανεμιζ. ριπιζ. cf. *Wetſt.* Noſtri *unbeſtändig, unſtät.* Opponitur τῳ: ορθοποδειν Gal. 2, 14. 2 Cor. 6, 14. 18. Εν — αυτου, loquendi ratio hebraica, pro: εν πασι πραγμασι αυτου, quae επιτηδευματα Graecis dicuntur. Hebraei enim non minus *ſingulares actiones* cum *ſingularibus viis*, quam *totam vitam* cum *vna via* (דרך) comparare ſolent. Videtur Iacobus ex ipſa voc. ακαταστατος in hanc metaphoram incidiſſe. Iam verba ανηρ — αυτου ſunt *increpantis* eum, qui de benignitate div. dubitat: *vae homini ancipiti et inconſtanti in omnibus factis et conſiliis!* ita vt Iacobus *increpando* hic repetat,

Καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ 9

quae *demonstrando* enunciauerat v. 6. 7. Quodsi vero cum *Hottingero* aliisque, v. 8. rationem reddi putaueris, cur Deus nec velit nec possit hominis διακρινομένου preces exaudire, quasi scripsisset Ap. ἐστι γαρ ανηρ διψ. κ. τ. λ., tunc vocc. διψ. et ακαταστ. restringi nequeunt ad hominem *modo sperantem modo desperantem*, ne *dubitans* frustra precari dicatur, quia *dubitet*, sicque demonstratio cum demonstrando ad idem redeat. Est tum potius διψυχια *assidua illa*, vt cum *Seneca* loquar, *mutatio propositi*, *et nunquam residentis animi volutatio ac vita pendens*, et ακαταστασια *turbo ille animos nostros rotans*, *quo rapti aliud ex alio comprehendimus*, *petita relinquimus*, *relicta repetimus*, sensusque loci huc redit: *Deus hominis*, *ipsi diffidentis*, *preces exaudire nequit*, *est enim homo ambiguus nec sibi constans in consiliis suis*, *modo recte modo praue agens*, *prouti vel recte vel praue agendo mala optime euitari*, *bonaque obtineri posse existimat*. Praefero rationem priorem, vtpote vocibus praecedd. διακριν. et ανεμιζ. propiorem.

9—11. Iam a πειρασμοις *vniuersis*, de quibus hucusque sermo fuerat, ad *singulare quoddam πειρασμων genus* orationem deflectens Iacobus pauperes cohortatur, ne *paupertate* se deprimi, diuites ne diuitiarum fragilitate se nimis efferri patiantur. Quae quidem cohortatio ad ecclesiarum in celebrioribus Asiae minoris vrbibus collectarum, quibus epistola nostra destinata erat, conditionem spectare videtur, quippe in quibus diuites deprehendi, noster forsan compertum habebat, qui Christianos pauperes, eosque forte patria exules, pro fastu illo, diuitias haud raro comitante, negligere et contemtui habere soliti sint. Ταπεινος (quasi εδαφεινος, ab εδαφος, vel praeeunte *Eustathio*, πατεινος, a πατεω), *humilis*, i. e. *pauper*, vi oppos. πλουσιος, quo sensu et Alex. vocc. hebr. עני, רך, דל, שפל, רש, אביון et alia per ταπεινος reddiderunt (vid. *Trommium*). Sic etiam apud *Isocratem* Orat. ad Phil. p. 238. ταπεινοι opponuntur τοις πολλης χωρας και πολεων δεσποταις. Cf. etiam *Aelian* v. h. 3, 18. et 6, 12. *Xenoph.* hist. Gr. II, 4, 14. Vid. *Palairet* obss. phil. p. 498. et *Schwarzii*

10 ὕψει αὐτοῦ· ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώ-

comment. phil. l. gr. p. 1301. Ὕψος alii de *ſummo felicitatis gradu in vita poſt mortem futura* Rom. 5, 2. alii de *animi magnitudine in rebus aduerſis patienter ferendis conſpicua* intelligunt; vtrumque vero contextui minus conuenienter. Videtur potius ὕψος poſitum pro *diuitiis* vel *opibus*, ex oppoſitis ταπεινος et ταπείνωσις v. 10. cf. Ez. 31, 2. Iob. 5, 11. Iudith. 9, 20. 1 Macc. 1, 42. Ἐν τῳ ὕψει vero pro δια το ὕψος. Iam ſenſus prodit hic: *tantum abſit vt pauper egeſtate animum ſuum infringi patiatur, vt (vel ipſa fortunarum iactura propter religionem facta) diues potius ſibi videatur, ac de diuitiis ſuis, (verioribus, religionis beneficio ſibi partis), glorietur.* Locus huic ſimillimus eſt Prov. 13, 7.

10. Πλουσιος *Semlero*, *Henslero*, vt interpretibus longe plurimis *Chriſtianus* aliquis hic eſſe videtur, qui de diuitiarum indole meliora iam didicerit. Sed propter odium illud acerbum, quo Iacobus, pro more Eſſenorum, diuitiarum contemtorum, (cf. proleg. p. 105.), diuites perſequitur, tanquam doctrinae chr. oſores, a quibus ipſis Chriſti ſectatoribus plurima veniat vexatio, (vid. 2, 6. 7.), et hic de diuite *non Chriſtiano* cum *Hottingero* cogitandum eſſe, nullus dubito. Ταπείνωσις non *ſupplicia poſt mortem futura*, ſed *paupertas*, vi oppoſ. πλουσιος et ὕψος, et ob v. 11., vbi *diuitiarum fragilitas* deſcribitur. Ἐν τῃ ταπεινώσει αὐτου, pro δια την ταπεινωσιν αυτου. Iam vero poſt αὐτου deeſt verbum. *Oecumenius*, vt oratio antecedentibus ſit conſentanea, non καυχασθω, ſed αισχυνεσθω (*diues de paupertate erubeſcat*), quod per euphemiſmum Iacobus reticuerit, ſupplendum exiſtimat. Parum id quidem vere, nam *quomodo* erubeſcat, cum adhuc diues ſit? et *cur* erubeſcat, ſiquidem non ſua culpa ex diuite pauper reddatur? Aliquanto magis arridet *Grotii* ſententia, qui cum ex oppoſito καυχασθω, tum ex ſequenti ταπεινωσις ſupplendum cenſet ταπεινουσθω, i. e. *modeſte ſe gerat diues, fortis confiderans inſtabilitatem.* Haud raro enim Graeci verbum omittunt, ex voce contraria eruendum, id quod *Hottingerus*, cum *Grotio* rem faciens, multis ſcriptorum tam ſacrorum quam profanorum exemplis demonſtrauit. Sed

σει αὐτοῦ, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται.

vt ita suppleri posset, ex ipsa locorum allatorum (e. g. 1 Tim. 2, 12. 4, 3.) natura ante dicendum fuisset Iacobo: ὑψούσθω ὁ ταπ. ἐν τῷ ὕψει, cui tunc responderent illa v. 10. ταπεινούσθω ὁ πλουσ. ἐν τῇ ταπεινώσει. Plurimi interpp. καυχάσθω ex antecedentibus repetunt, quod *Carpzovius*, male intellecta Alexandrinorum auctoritate inductus, qui Prov. 20, 9. יאמר מי reddunt: τις καυχήσεται, in vtroque huius commatis membro ex hebr. אמר pro *cogitare*, *commemorare* accipit, vt sensus prodeat hic: *pauper non despondeto animum*; *sed* cogitet *et* praedicet (καυχάσθω) *de futura felicitate in coelo obtinenda* (ἐν τῷ ὕψει pro περὶ τοῦ ὕψους). *Diues vero crebro* cogitet *et* commemoret (καυχάσθω) *de rebus aduersis sibi imminentibus* (ἐν τῇ ταπεινώσει, pro περὶ τῆς ταπεινώσεως). Sed, ne repetam, ὕψος non intelligi posse de praemiis in vita post mortem futura obtinendis, vel saltem, si intelligeretur, etiam vocabulum ταπείνωσις, vi oppositi, ad supplicia post mortem futura referendum esse (quod tamen ob v. 11. fieri nequit); obstat etiam verbi καυχᾶσθαι significatio, quam *dicendi*, *commemorandi* esse, ex loco Prouerb. colligi nequit, siquidem ibi τις καυχήσεται sensu maxime proprio verti potest: *quis glorietur*, cum אמר de quouis sermonis genere, adeoque etiam de *gloriatione*, intelligi posse constet, huic ipsi vero loco *gloriandi* potissimum significatio optime congruat. Hinc miror, *Augustium* hic indidem divitis de infortunio suo *cogitantis* significationem arripere, quam nonnisi ex constructione, quam vocant, catachrestica, toties in N. T. obuia, (cf. *Glassii* phil. f. p. 1276 sqq. ed. *Dathe*), v. 10. admitti posse putauerim, vnde sine dubio et *Morus*, probante *Reichardo*, reddi vult: diues *metuat* suam ταπείνωσιν, *cogitet* de sua ταπ. Retenta vero et hic propria voc. καυχᾶσθαι vi, sententia oritur longe gravior eademque aenigmatica, sensum fundens hunc: *tantum abesse deberet, vt dives opibus suis se efferri patiatur, vt potius, (diuitiarum fragilitatis semper memor), iam pauper sibi videri, et, (diuitiis moralibus praepollens), de paupertate futura gloriari deberet.* Sic v. 9 et 10. sibi plane respondent, et sensus vtriusque commatis eo redit: *siue se-*

11 ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε

cunda, siue aduersa fruamini fortuna, semper aequo animo sitis: plane vt Paullus 1 Cor. 7, 29—31. οἱ ἔχοντες γυναικας, ὡς μη ἔχοντες ωσι etc. Poſſint denique verba ὁ δε πλουσ. — αὐτου ſc. καυχασθω *ironice* accipi, quod iam ignotus commentarii in Threnos, auctor, quem olim falſo *Hieronymum* putauerunt, obſeruauit, quemque et *Beza* atque *Roſenmüllerus* verum vidiſſe exiſtimaverunt. Sunt quidem, qui obuertant; *cum* obſtare totum ſcribendi genus Iacobi, alias haud ironicum; quod tamen vel epiſtolae breuitate, cum ironiae in ſerii argumenti ſcriptis iuſta raritate recte collata ſatis refutatur; *tum:* apoſtoli indolem hanc figuram recuſare; niſi hoc magis pie quam docte obſeruatum dixeris, praecipue cum plura ironici dicendi generis in N. T. exempla proſtent, vt 1 Cor. 4, 8. Quare nec ego hanc rationem ſpreuerim per ſe ſatis commodam. At vero in tanta ſententiae grauitate, quam propriam voc. καυχασθαι vim hic fundere vidimus, prorſus non eſt, quod in leuioris momenti ironia moremur. Ὅτι ὡς — παρελευσ. Verba haec *Erasm. Schmidius*, adſentiente *Hottingero*, comparationis protaſin habet, quam, verbis ανετειλε — απωλετο ad interpoſitionem ablegatis, deinde apodoſis οὑτω και ὁ πλουσ. excipiat. Omnino quidem ſic prodit comparatio omnibus numeris abſoluta; ſed praeterea quod futurum παρελευσ., raro h. n. pro praeſenti obuium, aliquantum obſtat, et illa ſermonis abrupti vis quasi poëtica, Iacobo propria, ſueta diſtinctione augeri videtur; quapropter hanc retinendam cenſuimus. Ανθος hebr. ציץ et פרח, i. q. αωτον, *flos herbae* (*Blüthe*), qui, quia facile flacceſcit et perit, metaphorice *omnem rem fluxam et caducam* ſignificat. Χορτος non *foenum*, ſed *gramen*, *herba viridis*, hebr. עשב quod LXX reddunt χορτος Geneſ. 1, 11. *Hottingerus* ανθος pro *germine* (βλαστησις *Heſ.* χλοα Pſ. 36, 2. coll. Ieſ. 11, 1.) ſumens, ανθος χορτου de *herba virente et germinante* intelligi mauult. Satis recte id quidem ex vſu loquendi, ſed minus graphice, minusque congruenter cum proxime ſequentibus, vbi το ανθος a χορτω diſtinctum, εκπιπτειν dicitur, quod haud ita quadrat ad *germen* quam ad florem; vt taceam, *herbae*

τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε, καὶ ἡ εὐ-

virentis notionem iam in voc. χορτος latere. Παρελευσεται, ſc. ὁ πλουτος, i. e. ὁ πλουτος αυτου. παρερχεσθαι vero vt παραγειν 1 Cor. 7, 31., vbi, vt et h. l., de *rebus fugacibus* adhibetur, eſt *definere*, *interire*, hebr. עבר, i. q. απωλετο et μαραινεσθαι v. 11. cf. Matth. 5, 18. 24, 35. Marc. 13, 30. 31. Luc. 16, 17. 12, 33. 2 Petr. 3, 10. Apoc. 21, 1. Loca ſimilia ex profanis auctoribus collegerunt *Wetſt.* in h. l. et *Alberti* in Matth. 5, 18.

11. Amplificatur ſententia v. 10. Iam vero ſic pergere debuiſſet Iacobus: εαν γαρ ανατελλῃ ὁ ἡλ. vel ὡς γαρ. ὁταν ανατ. ὁ ἡλ. etc. οὑτω και ὁ πλουσιος etc. Subito vero imaginis *explicatio* in rei ipſius *narrationem* abit, plane vt Pſ. 103, 16. et in nonnullis parabolis I. C. Ανετειλε και εξηρανε minus graece quam ανατειλας εξηρανε. Γαρ h. l. partic. transeundi i. q. ὁτι pleon. a quo incipere ſolet oratio, hebr. כי Pſ. 103, 16. Συν, pro ἁμα συν, *vna cum*. Ὁ ἡλιος συν τῳ καυσωνι, veteres ſumunt pro: ὁ ἡλιος καυσων, idque pro *ſole meridiano*. Sed tunc Iacobum voc. αυτου addidiſſe, voc. vero ανετειλε vix adhibuiſſe crediderim. Quid quod ſol meridianus non necat herbas, et Ieſ. 49, 10. a communi ſolis ardore diſtinguitur. Καυσων potius eſt ὁ καυσων ανεμος, vel πνευμα, *vrens ille ventus orientalis* et maxime *Eurus*, Arabibus *Samum*, *Smum*, *Sam*, *Samyel* etc., Hebraeis vero olim קדים Iob. 17, 21. Ier. 18, 17. Ez. 17, 10. 19, 12. Hoſ. 12, 1. 13, 15. שרב Ieſ. 49, 10. nec non et רוח הנגב et ſimpliciter רוח Pſ. 103, 16. dictus. Ille ipſe ventus *ſolis ortum comitari ſolitus* Ion. 4, 8., *Shawio* auctore, tam inſignem exhalationum ſulphurearum et nitroſarum copiam, longo per arenas ardentes flatu, colligit, vt ſol per ipſum transparens iuſto magis rubeat, et homines, niſi ſub aduentum eius, ſpiritu compreſſo, humi ſe proſternant, ventum iſtum ſpiritu inhalantes haud raro ſubito interficiantur, *herbae vero floresque vento iſto aduſti necentur*. Plura relege in *Chardin* itinerario Perſico Tom. IV. C. 2. *Shaw* deſcript. Aegypti et *Niebuhr* deſcript. Arab. p. 7 ſqq. Iam ανετειλε — καυσ. reſoluerim ſic: ερχομενου γαρ του καυσωνος συν τῳ ἡλιῳ ανατελλοντι, εξηρανε etc. Quod autem hunc ventum *ſummo mane* oriri commemorat, id qui-

πρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο· οὕτω καὶ ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται.

VARIAE LECTIONES.

11. πορiαις. A. 40. 89. 98. ed. *Colinaei*, probb. *Erasmo* atque *Wetstenio*, vt fit in *abundantia*, non item *Griesbachio*, aliis; et recte id quidem, cum omnis Graecia ignoret vocem πορια, haud dubie ex familiari interpretibus ου: ει cum ι permutatione ortam. Exhibent quidem lexica nonnulla vocem πορια, ipsum *Aldi* illud 1497. *Henric. Stephanus* vero in Thes. T. 3. p. 181. mendosum dixit, et *b. Ernesti* ex Hederichiano a se edito eiecit. Adi *Wolfium*. εμποριαις nullo Cod. praeeunte legi iubent *Castalio*, *P. Iunius*, *Hammondus*. ευπορειαις qui legit, *Millius* codicem affert, antiquitatis tamen laude parum illustrem.

dem indicare videtur, quam cito et inopinato miseria invadere possit. Εκπιπτειν vt נבל, de *floribus decidentibus* adhiberi solet, Ies. 28, 1. 4. Ευπρεπεια quod in N. T. haud amplius occurrit, i. q. καλλος. Latini *gratia*, Nos *Anmuth*. Ita et ευπρεπης, *formosus*, apud *Xenoph.* Anab. IV, 1. 11. *Hes.* ευπρεπεια· ευμορφια. *Thom. M.* ευπρεπης και αστειος, την οψιν καλλιον λεγειν η ωραιος, το δε ευμορφος κοινον. Προσωπον, tam ex etymo, siquidem, recte obseruante *E. Schmidio*, valet: παν προς τον ωπα, quam ex hebr. פנים, *formam externam*, alias per σχημα exprimi solitam, significat. Sic etiam Latini *faciem* non modo hominum sed etiam aliarum rerum, vt montis, coeli, maris etc. pro *figura* s. *forma* vsurpant. cf. *Gell.* N. A. 13, 29. Ευπρεπεια του προσωπου, q. προσωπον ευπρεπες, *gratia externa*. Ουτω και ὁ πλουσιος εν ταις πορειαις αὐτου, pro: ουτω και ὁ πλουτος, εκ παντων των πορειων του πλουσιου. Εν ταις πορειαις i. q. εν πασαις ταις ὁδοις αὐτου. v. 8. *in mediis suis negotiis*, et *conatibus* sc. *opes augendi*. Hes. αἱ πορειαι· αἱ ὁδοι. *Itinera* enim *ipsa mercaturae caussa instituta*, si intelligi deberent, εν ταις εμποριαις scribendum fuisset Iacobo (vid. var. lect.). Μαρανθησεται, יבש, a floribus, de quibus modo sermo erat, ad diuitem transfertur; *lenta quasi tabe consumetur*. Sensus est: *quicquid egerit*, *nil emolumenti ipsi afferet*. Ceterum, quae *vt plurimum* fieri solent, h. l. ita exprimuntur, quasi *semper* fiant. Eadem compara-

Μακάριος ἀνὴρ, ὃς ὑπομένει πειρασμόν· ὅτι 12

tio occurrit Pf. 37, 2 fq. 73, 18-20. 90, 5. 6. 103, 15. 16. Ief. 40, 6. 7. Iob. 14, 2. 1 Petr. 1, 14. et alibi cf. *Philo* de victim. p. 855. A. Εστω μονος Θεος αυχημα σου, και μητ' επι πλουτω — σεμνυνθης — ότι οξειαν εχει την μεταβολην, μαραινομενα τροπον τινα, πριν ανθησαι βεβαιως. Sic et *Erubin* fol. 54. 1. *Filii hominis fimiles funt graminibus agri: quaedam ex iis florent, quaedam decidunt.*

12-18. Iam nofter ad argumentum v. 2. 3. 4. vnde aliquo modo inde a. v. 5. digreffus erat, rediens, de πειρασμοις *omnino* agere pergit, et poftquam beatos praedicauit eos, qui tentationes patienter fuftineant, v. 12. Chriftianos hortatur, vtne (quae forfan nonnullorum fuit opinio) tentationes, e praua concupifcentia oriundas, a *Deo* proficifci arbitrentur v. 13. 14. 15. cui nonnifi bona quaeuis accepta referant, v. 16. 17. 18. inprimis vero praeftantiffimum illud religionis chriftianae beneficium v. 19. Fortaffis Ap. in h. l. enuntiando fimul iftos licenter viuendi magiftros in mente habuit, qui, vt voluptatibus colliquefcebant ipfi, fic et alios earum illecebris irretire tentabant (vid. proleg.). Μακαριος (Hef. ὁ παντοτε εν αγαθῳ ων ευδαιμων), vel addito vel omiffo voc. ανηρ fiue ανθρωπος (fc. εστι), eft formula folennis, a qua incipere folebant veterum virtutis praecepta. cf. Matth. 5, 3 fqq. hebr. אשרי האיש Pf. 1, 1. (oppofita ifti dehortandi formulae: ουαι τῳ ανθρωπῳ etc.) Latini: *beatus qui* etc., Nos: *Heil dem Menfchen, welcher* etc. Πειρασμος, eodem fenfu quo v. 2. Ὑπομενειν πειρασμον vero eft, *animo firmo ferre mala quaeuis, et recufare corruptelarum illecebras quascunque, ita vt ad religionem deferendam nos iis feduci haud patiamur.* cf. v. 2. Fortaffis Ap. in verbis: ὑπομ. πειρ. enuntiandis athletae, certaminis moleftias conftanter fuftinentis, δοκιμασιαν, mox commemorandam, in animo habuit. Similis fententia extat Matth. 5, 10. 11. 1 Petr. 2, 19. 3, 14. 4, 14. Hebr. 12, 5. Pf. 1, 1. Iob. 5, 17 fq. Prov. 3, 11. 12. Στεφανος ad *victoris coronam, ex oleaftro, apio, vel gramine confectam*, fpectat, 1 Cor. 9, 25. Vt enim *virtutis ftudium* cum *curfu*, fic *praemia* honorifica virtuti, aduerfis conftanter fuftinendis probatae, *propofita* cum

δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς,

praemiis victoris compa-rari solent. 2 Tim. 4, 8. cf. *Buretti* dissert. 3. in comm. lit. Soc. Reg. inscr. et bon. litt. T. I. p. 348 sq. Ληψεται — ζωης resolv. sic: ληψ. την ζωην εις αυταποδοσιν, ὡσπερ ὁ νικησας εν μαχῃ τον στεφανον. Ζωη vero vel ζωη αιωνιος, est *summa felicitas*, *olim in regno Messiano futura*, eaque proxime inde sic dicta, quod, redeunte, cum Messia adveniente, vel cum Iesu Messia olim in has terras reduce, aetate illa aurea, neque Messiam neque subditos eius morti amplius obnoxios futuros esse, Iudaeorum et Iudaeo-Christianorum statueret pristina credulitas. Placuit denominatio et Christo, quippe quam ad excitandam atque commendandam *efficientiam moralem* (quae vera tandem est vita praedicanda, vel moriendo maturata), aptissimam saepe deprehenderet. Quid impedit, quo minus et Iacobus, qui lectores suos επιθυμιαις restinguendis et εργοις καλοις perpetrandis ad τελειον τι euehi voluit, ζωην eodem sensu adhibuisse statuamus? quanquam non negem, et *felicitatem omnino*, s. *felicitatem post mortem futuram*, ad quam apostoli, reditus I. C. spe frustrata, regnum eius transferre didicerunt, intelligi posse. *Augusti* στεφ. ζωης ex oppos. εξεπεσε et μαρανθησεται pro *praemio nunquam perituro* accipi mauult, nisi Ap., deficiente hoc vsu loquendi, tunc στεφ. αμαραντινος dixisset. 1 Petr. 5, 4. Δοκιμος γενομενος, vel δοκιμασθεις, pro εαν δοκιμος γενηται, id quod, praeeunte *Kypkio*, ad ludos veterum Graecorum refero. Priusquam enim athletae ad decertandum pro corona victori proposita admitterentur, virtutem et artis athleticae peritiam, cum coaeuis exercendo se, cum in gymnasio ephebaeo, tum in stadio, tam ipsi populo, quam Gymnasiarcho atque athletis hellanodicis, probare eos oportebat. Quae quidem *fortitudinis exploratio* Graecis dicta est δοκιμασια, *Gymnasiarchi* vero dicebantur δοκιμαζειν, ii ipsi denique, *qui post spectatam ipsorum virtutem Gymnasiarchis probati erant*, δοκιμοι. vid. *Faber* in agonistic. l. 3. c. 11. Cf. *Philo* de Iosepho p. 535. E. ed. Paris 1640. Αθληται — εξαγωνιοι πολλακις εγενοντο μη δοκιμασθεντες, η κατασταντες εις τον αγωνα, ηττηθησαν. Δοκιμοι inde et h. l. dicuntur ii, *qui re-*

ὃν ἐπηγγείλατο ὁ Κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.
μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω· "Ὅτι ἀπὸ Θεοῦ πει- 13

bus aduerſis conſtanter ſuſtinendis virtutem ſuam Deo probant. Sed licet Iacobus, figurati dicendi generis amantiſſimus, plura hic iunxerit vocc., quorum aliud ex alio metaphoram a ludis petitam inferre videtur; non repugnauerim tamen, vbi, ludorum ratione prorſus non habita, στεφανον, vt עטרה de *dignitate* et *felicitate* omnino, τον δοκιμον vero de *homine probata virtute* intelligi malueris; modo *Augustio* adſtipulari nequeo dubitanti, an ludi iſti, praeter Paullum, et Iacobo, Petro rel., innotuerint. In tanta enim ludorum celebritate vix fieri potuit, quin rumor ipſorum et in Iudaea percrebuerit, eumque ibi percrebuiſſe, obſeruante iam *Michaele*, teſtem habemus *Ioſephum* ant. 15, 8. 1. et c. 2. §. 6. cf. 1 Pet. 5, 4. Ὁι αγαπωντες Θεον, ex hebr. אהבי יהוה ſolennis *piorum Dei cultorum* periphraſis. Cf. cum loco noſtro Sap. 5, 15. 16. coll. 3, 8. Rom. 5, 17. 2 Tim. 4, 8.

13. Πειραζειν in N. T. inter alia eſt: 1) *calamitatibus immittendis explorare virtutis ſtudium*, et *conſtantiam inprimis in religione tuenda*; hinc 2) pereunte explorationis notione, *malis affligere* omnino, et 3) quia nonnulli, tentationibus hiscce ſuccumbentes, ad virtutem et religionem deſerendam ſeducuntur, πειραζειν inde quoque eſt *ſeducere*, 1 Cor. 7, 5. vid. exc. 1. Iam ſunt qui ſignificationem ſecundam arripiant in ſenſum hunc: *nemo, qui malis adfligitur, dicat: a Deo malis affligor.* Siccine igitur *mala permittente Deo nobis accidere*, ſeu *a Deo nos malis affligi*, quod ſ. literae toties affirmant, Iacobum negare ſtatuamus? Et quid iam nunc ſibi velle arbitremur πειραζεσθαι ὑπο της επιθυμιας v. 14., quod a loci noſtri contextu alienum putari nequit? num: *per cupiditatem malis omnigenis affligi?* quod h. nexu ne ferri quidem poſſet. Alii igitur, vt *Hottingerus*, πειρ. priori loco *aduerſa pati*, poſteriori *malis ſollicitari ad defectionem* ſibi velle contendunt. Sed licet eiusmodi dilogia haud infrequens ſit in N. T., (Matth. 8, 21. Ioh. 2, 23. alibi), ſicque omnis dirimatur difficultas; minime tamen eſſe videtur, quod huc effugiamus, cum poſterior *ſedu-*

ϱάζομαι." ὁ γὰϱ Θεὸς ἀπείϱαστός ἐστι κακῶν,

cendi significatio per totum locum optime procedat sen- su hoc: *cum tu miseriis, re- ligionis caussa tolerandis, ad apostosiam te inclinari sen- tis, vel sentire perhibes; tunc noli dicere: Deus ipse, qui tot mala mihi, religio- nem tuenti immittit, in cau- sa desertae a me pietatis est;* siquidem, (sic pergit noster), Deus non immittit mala, vt peccandi occasio- nem ideo praebeat, sed pec- catorum fomes alibi latet, scilicet εν τῃ επιθυμια v. 14. Eandem scelerum excusa- tionem vid. Il. τ. 86. Εγω δ' ουκ αιτιος ειμι, αλλα Ζευς και μοιρα. *Plaut.* Aulul. 4, 10. 7. *Deus impulsor mihi fuit. Ter.* Eunuch. 5, 2. 36. *quid, si hoc voluit quis- piam Deus?* Απειραστος, frequentius απειρατος, (a πειραω), passiuam eamque variam habet significatio- nem, pro varia του πειραζειν notione. Velut απειραστον *Iosepho* (de b. i. 7. 8. 1. et 5. 9. 3.) nec non *Galeno* (in Hipp. aphor. 1.) valet *intentatum*, cuius aliquis *nullum periculum fecit*, sed l. n. vbi πειραζειν aliam vim habet, est *non tentatus*, i. e. *qui non sollicitatur*, et, vt Latinorum *inuictus* pro *in- uincibilis*, sic απειραστος *non tentatus*, pro eo *qui tentari* i. e. *seduci nequit.* Glossa- rium *intentabilis*, et sic iam *Syrus* et *Arabs.* Κακα de malis moralibus, i. e. de *peccatis*, cum interpp. longe plurimis intellexerim, vt απειρ. κακων, s. δια vel παρα κακ., sit: qui sollicitari ne- quit *ad peccata.* *Morus* vero *miserias* intelligi ma- vult, quas vna cum tenta- tionibus inde oriundis in Deo locum habere neget Ap. Sensus quidem eodem redit, sed praeter rem sic demon- stratio, quam arctius corri- pere possis, per ambages circumduci videtur, et ipsas forsan a mente Iacobi alie- nas. Interpres *Aethiops* vero, et cum eo *Lutherus*, απειραστος sensu actiuo su- munt: *Gott ist kein Ver- sucher zum Bösen;* sed tunc Iacobus duplici phrasi idem diceret, et voc. δε plane sensu careret. Quid? quod ipsa forma vocis *actiuam* non admittit significationem, nam quae sic a verbis in αζειν abeuntibus deriuantur vocc. (vt ακολαστος a κολα- ζειν), passiuo gaudent signi- ficatu. Πειραζειν iterum *sol- licitare ad peccandum.* Ὁ- ουδενα, paronomasiae caussa sic enunciata, resoluerim sic: ὡς γαρ ὁ Θεος απειρα- στος εστι κακων, ουτω και αυτος πειραζει ουδενα. So

πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. ἕκαστος δὲ πειράζεται, 14

wenig er ſelbſt zum Böſen verführt werden kann, eben ſo wenig verführt er auch andere; i. e. *fieri nullo modo poteſt, vt aliis tentationes immittat,* (tribuit potius αμαθιαν Φρονειν κακως. *Eurip.* Hippol. v. 951.) Similis Dei apologia iam legitur ap. *Hom.* Od. α. 32-34. Cf. cum vniuerſa loci ſententia Sirac. 15, 11 ſqq. 1 Cor. 10, 13. *Antonin.* 6, 1. *Maxim. Tyr.* 41, 8. Menachoth. f. 99. 2. *Dixit Hiſkias, quid eſt quod ſcribitur* Iob. 36. 16. *veni et vide non eſſe morem Dei S. B. qualis hominis; caro et ſanguis ſeducit a viis vitae ad vias mortis: Deus a viis mortis ad vias vitae.*

14. Iam in veram πειρασμων naturam inquirens Iacobus, a prauis cupiditatibus easdem nobis ſirui contendit. Reuocatur autem praua cupiditas ad meretricis ſimilitudinem, quae illecebris iuuenem allicit incautum, et grauida quaſi ex ipſo facta, excludit foetum, mox atrociſſima morte periturum. Επιθυμια, Αμαρτια et Θανατος perſonarum vim habent, quare in ſingulis literae initiales maiori forma imprimerentur, curavi. Imaginem vero meretricis ſuppeditant voces συλλαβειν, τικτειν, αποκυειν v. 15. nec non et εξελκειν atque δελεαζειν v. 14. Πειραζεται ad *peccata perpetranda ſeducitur.* Επιθυμια eſt *praua concupiſcentia, qua video meliora proboque, deteriora ſequor.* Paullus eandem vocat επιθυμιαν της απατης Epheſ. 4, 22. επ. κακην Coloſſ. 3, 5. παθος επιθυμιας 1 Theſſ. 4, 5. επ. κοσμικην Tit. 2, 12. Plato ἡδονην, alii ſimpliciter τὸ δελεαρ; Hebraei תאוה, יצר רעה, תשוקה, Latini *voluptatem.* Nos: *Sinnlichkeit, ſinnliche Luſt.* Ιδιας adiicitur, quo magis malefactorum culpa a Deo remoueatur 2 Tim. 4, 3. niſi poſitum ſit, vt ιδιος ſaepius, in N. T., ſimpliciter pro απο της επιθ. αυτου. Δελεαζειν proprie omnino eſt *allicere, pellicere,* vnde quoque δελεαρ *illecebra;* εξελκειν vero *abſtrahere*, ſc. απο της ὁδου ευθειας, vel απο του αγαθου i. e. *ſeducere;* (*Xenoph.* Cyrop. l. 8. Ει αυτος επιδεικνυει ἑαυτον, μη ὑπο των παραυτικα ἡδονων ἑλκομενον απο των αγαθων), ita vt δελεαζειν ab εξελκειν vt cauſa ab effectu differat. Inprimis vero δελεαζειν, vt noſtrum *ankörnen*, in re piſcatoria et venatica de *inescandis* e. c. piſcibus,

ὑπὸ τῆς ἰδίας Ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεα-
15 ζόμενος· εἶτα ἡ Ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει

εξελκειν vero de *protrahendis ipſis in littus* adhibetur; (*Athenaeus* l. 7. p. 308. B. de piſce quodam: ανελκυσθεις δε ου δελεαζεται ουτε σαρκι, ουτε αλλῳ τινι εμψυχῳ. et *Herodotus* 2, 70. eodem nexu: οἱ δε ἑλκουσι, επεαν δε εξελκυσθῃ εις γην κ. τ. λ.) ad quam ipſam ſimilitudinem Iacobus et h. l. reſpexit. Sic enim, et aptiſſime quidem ad l. n., vtrumque vocabulum de *mulieribus, meretricibus* et *voluptatibus* vſurpatur. *Athenaeus* l. 13. C. 8. p. 600. *Megaloſtratam* aptam fuiſſe dicit δια την ὁμιλιαν τους εραστας προςελκυσασθαι. In teſtam. 12. patriarch. pag. 702. de *vxore Potipharis* dicit Ioſephus: εις πορνειαν με εφελκυσατο. *Maxim. Tyr.* Diſſert. 21. p. 206. πικραις και ελεειναις ἡδοναις δελεασθεντες. *Antonin.* l. 2. §. 12. τα ἡδονῃ δελεαζοντα. Latini verbum *ineſcare* eodem ſenſu adhibent. *Ter.* Adelph. 2, 2. 12. *Neſcis ineſcare homines.* Quid quod commune hoc omnibus eſt ſcriptoribus, vt, de fallendis ſeducendisque hominibus loquuturi, a re venatica repetant imagines. Ceterum haec vocc. tantum accumulata ſunt, vt *tentationis* notio plane exhauriretur, alioquin ſecundum ipſam illam ſimilitudinem δελεαζομενος praecedere debuiſſet voci εξελκομενος. Eandem ſententiam verbis ab eadem ſimilitudine repetitis ſaepius protulerunt veteres. *Plato* in Timaeo ἡδονην vocat των κακων δελεαρ, quem imitatur *Plutarchus* de ſera Num. Vind. dicens: το γλυκυ της επιθυμιας ὡσπερ δελεαρ εξελκειν (ανθρωπους). *Cic.* de ſenect. 13. *Diuine enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, vt homo piſces.* Cf. praecipue loca a *Loesnero* ex *Philone* collecta. Plura adhuc dabunt *Wetſtenius*, et *Schoetgen.* hor. hebr. in h. l. atque *Alberti* ad 2 Pet. 2, 14.

15. Ειτα, *poſt aliquod temporis interuallum.* Συλλαβουσα τικτει, pro συλλαμβανει και τικτει, vt ſexcenties in V. T. ותהר ותלד. Συλλαβουσα, ſc. εν γαστρι Luc. 1, 31. ſ. εν κοιλιᾳ Luc. 2, 21. εκ του ανδρος, cum quo congreſſa eſt. Τικτει Ἁμαρτιαν. Sic et *Theognis* 153. Τικτει γαρ κορος ὑβριν. Αποτελεσθεισα, *vbi perpetratum fuerit peccatum.* Bene *Lutherus:*

Ἁμαρτίαν· ἡ δὲ Ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει
Θάνατον. μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, 16

die Sünde, wenn sie vollendet ist. Eodem nexu *Polyb.* hoc voc. vtitur: Τὸ μέγιστον ἀσέβημα κατὰ προαίρεσιν ἀπετέλεσαν. Quo minus vero allegoria turbetur, reddi malim: *peccatum vbi adultum fuerit*, qua significatione τέλειος saltem saepius occurrit: Hebr. 5, 14. 1 Cor. 2, 6. 14, 20. Eph. 4, 13. Phil. 3, 15. *Hottingerus* vero *peccatum editum in lucem s. progenitum* intelligi posse coniicit ex loco *Platonis* epist. 7. a *Wetst.* huc allato: ἐξ ἀμαθίας πάντα κακὰ πᾶσιν ἐρρίζωται καὶ βλαστάνει καὶ εἰς ὕστερον ἀποτελεῖ καρπὸν τοῖς γεννήσασι πικρότατον; nisi hic ἀποτελ. rectius *maturare* reddatur, vnde nonnisi novo tropo admisso *progignendi* vis elici possit, vt taceam duritiem, ex qua ἡ ἁμαρτία *progenita* statim et ipsa *parere* diceretur. Ἀποκύει, חבלה, vero est vox bene graeca, nec diuersa a τίκτει, *enititur*. Θάνατος vel *omnino mala quaeuis* vel *mortem* significat, vtut homines peccando *mortales* factos esse omnes consentiunt N. T. scriptores. cf. Rom. 6, 7. 11. Praefero h. n. prius. Videtur itaque Iacobus Ἁμαρτίαν quasi adultam, ex concubitu cum eodem iuuene, Θανατον excludentem, sibi animo finxisse. A metaphora vero (quam *Morus*, nescio cur, durissimam iudicat), si recesseris, sensus eo redit: *Cupiditas mouere se coepit et exserere in animo; quae vbi alitur, erumpit in malefactum; quod, dum patratur, miseriam omnigenam profert.* Iacobum vero h. l. ad Genes. 3. respexisse, vix contendere ausim. *Philo* de sacrif. Abel p. 147. E. huic loco conuenienter sic: Ἡ φύσις πρὸς γένεσιν πραγμάτων ὥρισεν ἐν ψυχῇ δύναμιν, δι' ἧς κυοφορεῖ, καὶ ὠδίνει καὶ ἀποτίκτει πολλὰ διανοίας· τῶν δὲ ἀποκυομένων — τὰ δῆλα — ἐστι κακία καὶ πάθος. Plura loca hoc sensu Graecis frequentata praeter *Wetstenium*, *Loesnerus*, *Majus* et *Pricaeus* collegerunt. De sententia vero egregius est locus *Epicteti* apud Arrianum l. 3. c. 24.

16. 17. Quam arcte hi versus cum antecedentibus cohaereant, ad initium v. 12. monstrauimus, quare miramur nonnullos interpretes nouae sectionis hic constituere initium. Μὴ πλανᾶσθε (suppl. οὖν, quod Cod. Al. habet), est loquendi ratio scriptoribus sacris adhiberi

17 πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνω-

ſolita, vbi a *graui* errore homines reuocare volunt, quem ipſi tamen *leuem* iudicant. 1 Cor. 6. 9. 15, 33. Gal. 6, 7. 1 Ioh. 3, 7. cf. *Henr. Stephani* diſſ. de ſtylo gr. N. T. p. 13. Πλανασθαι vero *proprie* eſt *a recta via abduci*, inde *metaphorice*, vt et h. l. omnino *falli, errare*, vt ſenſus ſit hic: *ne fallamini* ſc. *in eo, quod Deum tentationum habeatis auctorem*; (niſi *falſorum doctorum* ratione habita vertere malueris: *ne vos ab ipſis decipi patiamini.*) Apoſtolum vero, quae eſt nonnullorum interpr. ſententia, verbo πλανασθαι vſum eſſe cum alluſione ad rem aſtronomicam, ſicut praui doctores Iud. v. 13. vocentur αστερες πλανηται, a loci noſtri contextu alienum videtur. Αδελφοι μου αγαπητοι, *blande*, quo minus aegre ferant, Iacobum iis eripere errorem, quo peccandi libidinem huc vsque excuſari et defendendi poſſe putauerant.

17. Πασα, vim excluſiuam hic obtinens, pro *mera*, vid. ad v. 2. ſubint. μαλλον, *potius*. Δοσις και δωρημα, illud *largitionem*, hoc *munus ipſum* deſignare, ſi grammaticam rationem ſpectes, vere monetur, ex vſu loquendi vero ſynonn. ſunt: h. l. *beneficia quaeuis diuina*. Sic et Alex. iungunt δοματα και δωρεας και τιμην, Dan. 2, 6. Τελειον i. q. αγαθον, *munus verum et hoc nomine dignum*, i. e. *finem* (τελος) *hominibus propoſitum vere promouens*, adeoque et *veram noſtram augens felicitatem*, vt opponatur τῃ επιθυμιᾳ, quae aliquam ſaltem, ſed fugacem eandem, atque pernicioſam ſuppeditat voluptatem. Senſus eſt: ου τις δοσις, ει μη αγαθη, ουδε τι δωρημα, ει μη τελειον, ερχεται απο τ. Θ. *nonniſi bona quaeuis a Deo proficiſcuntur, ergo non tentationes.* Ανωθεν pro ουρανοθεν Act. 14, 7. vel εκ του ουρανου. vt hebr. מעל, pro משמים. Ioſ. 2, 11. cf. Ioh. 6, 32. 33. graphice dictum pro: παρα του θεου, του εν ουρανῳ. Deum enim coelo, tanquam loco eminentiori, inſidere, veteres tantum non omnes ſtatuerunt. Sic etiam εν ουρανῳ et εν ὑψιστοις Luc. 19, 38. coll. Matth. 21, 9. et Marc. 11, 10. poſitum eſt pro: τῳ θεῳ εν ουρανῳ, τῳ θεῳ εν ὑψ. ſc. οντι. vid. *Wetſt.* Contra vero et inuerſa ratione εκ του θεου vel εκ του Διος interdum ponitur pro εκ του ουρανου, cf. Gen. 19, 24. vbi מאת יהוה verbis ſta-

θέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων,

tim insequentibus מן השמים explicatur. Εστι, καταβαινον — sic commate interposito, explicari solet ita: *e coelo est, descendens a patre luminum.* Malim tamen, deleto commate, εστι, ex dicendi genere non solum hebraeo, sed etiam bene graeco (vid. *Hoogev.* ad Viger. p. 286.), iungi cum καταβαινον, sensu plane non mutato, pro: καταβαινει. Iac. 3, 15. Ioh. 1, 33. Sic quoque *Latina prisca* et *Syrus.* Απο pro παρα. Του πατρος i. e. του ποιητου, κτιστου, κτισαντος, *auctoris, creatoris*, (Hebr. 12, 9. et apud ipsum Iac. 3, 9.) vt hebr. אב, Iob. 38, 28. Ies. 9, 6. Gen. 4, 19. Mal. 2, 10. cf. etiam hebraica cum graecis in Num. 16, 22. et 27, 16. Sic *Philo* (ap. *Loesn.*) *Ioseph.* a. i. prooem. §. 4. *Plut.* d. aud. poët. c. 2. (vbi vid『 dendus *Krebsius* p. 130.) *Plat.* Menexen. c. 10. modo πατηρ pro ποιητης adhibent, modo vtrumque inuicem iungunt. Neque alio sensu Λυσιας sermonis, quem Socrates habuit, et ὁ Θευθ literarum πατηρ Platoni, (Phaedr. ed. Heind. p. 284 et 341.) Romulus Romae *pater* Plutarcho, Apollo lyrae*pater* Horatio (Od. 1. 10. 6.) Πατηρ των φωτων iam Heinsio των Urim et *Thummim*, Wolfio, Michaeli, Moschio, Schleusnero, Reichardo *omnis perfectionis et felicitatis*, (ex hebr. אור et שמש Cohel. 6, 5. Ps. 36, 10. 97, 11. coll. Ioh. 1, 4.) Grotio *donorum spiritualium*, Bensono *reuelationis*, Doederleinio (instit. th. T. 1. p. 247.) *doctorum* Ioh. 1, 8. 9. 2 Cor. 4, 6., Moro et Henslero *serenitatis et laetitiae*, Stolzio *hominum*, aliisque aliorum *auctor* s. *pater* est; deficiente modo vsu loquendi; modo obstante forma plurali φωτων, modo aduersante nexu cum proxime sequentibus; quae vt ad diiudicandas interpretationes modo prolatas transferre velint, Lectores rogatos volumus, ne iusto longius nobis hic excurrendum sit. Posteriorem interpretationem, quam *Stolzio* placuisse video, olim proposueram ipse, improbatione tamen mea subiuncta. Nam licet φως numero plur. pro *hominibus* apud poëtas occurrere demonstrauerim, (vt ap. *Hesiod.* Ασπ. 149. Ερις — σχετλιη, ηρα νοον τε και εκ φρενας ειλετο φωτων, et *Eurip.* Ηλεκτ. v. 219. φωτας κακουργους εξαλυξωμεν ποδι.) locusque noster ex genere poëtico esse satis constet; ac licet *Stolzius* Iaco-

παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀπο-

bum formula *pater homi-num* adductum in verbum ἀπεκυησεν v. 18. incidiſſe ſtatuat; ex neutro tamen ſatis firmum ſtabiliendae huius interpretationis praeſidium repeti poſſe, mox demonſtrandi locus erit. Plurimi interpp., vt *Tellerus*, *Semlerus*, *Storrius*, *Roſenmullerus*, *Meyerus*, *Auguſti*, *Hottingerus* al., Φωτα de *ſole, luna caeterisque aſtris* intelligunt, ex hebr. אור Pſ. 37, 6. 136, 7. Iob. 22, 28. 31, 26. 36, 32. 37, 21. Prov. 4, 18. Ieſ. 5, 30. Ier. 4, 23. alibi, vel מאור Gen. 1, 14. 15. 49. Pſ. 74, 16. et hanc ipſam ſignificationem ea etiam quae ſequuntur requirere videntur. Πατηρ των Φωτων igitur *ſiderum* eſt *auctor*. Sic olim et Iupiter a luce dictus eſt *Lucetius* i. e. *lucis auctor*. *Macrob.* l. 1. Saturn. c. 15. *Nam cum Iovem accipiamus lucis auctorem, vnde et Lucetium Salii in carminibus canunt.* cf. *Gellii* noct. Att. l. 5. c. 12. Locum huic dicendi formulae ſimillimum adhuc deprehendi ap. *Cleanth.* v. 12. 13. p. 40. ed. *Cludii:*

— — — ὃς δια παντων
Φοιτᾳ, μιγνυμενος μεγαλοις
μικροις τε Φαεσσιν.

coll. *Cic.* de vniv. fragm. c. 9. Solenne vero Hebraeis, a ſideribus celebrandae diuinae *maieſtatis* atque *potentiae* repetere argumentum, Ieſ. 40, 26. Pſ. 136, 7. 147, 4. Ier. 31, 35. Sir. 42, 16. 43, 10. quas et Iacobus eam ob cauſam h. l. praedicat, vt Deo ad exſequenda ea, quae benigne velit, potentiam quoque non deeſſe demonſtret. Quod tamen Iacobus in hanc ipſam celebrandae maieſtatis diuinae inciderit rationem, eo, ſi quid video, factum eſt, quod phraſi vtens ανωθεν εστι καταβαινον, coelum ſideribus diſtinctum quaſi ante oculos videret. Vnde igitur eum magis commode praedicandae maieſtatis diuinae materiam deſumere potuiſſe arbitremur, quam ex ipſo *coelo*? Iam vero dum ſiderum imaginem ſibi propoſitam videt, eorumdem quoque viciſſitudines animo obuerſantur, quas tamen ipſas in naturam diuinam inde a verbis παρ ᾡ etc. cadere negat. Vt vero Paullum *Aratum* Act. 17, 18. *Menandrum* 1 Cor. 15, 33. (vbi et ipſa verba noſtra μη πλανασθε praecedunt), *Epimenidem* Tit. 1, 12. ante oculos habuiſſe interpretes obſeruauerunt, ſic et locus hic ex poëmate quodam deſumtus eſſe videri poſſit, inprimis

σκίασμα. βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ 18

cum verbis πᾶσα — τέλειον hexameter inſit. Vt vero in nullo, qui quidem ad nos peruenit, poëta veteri locus deprehenditur, praetereaque Iacobus eccleſiae Hieroſolymitanae aſſiduus doctor vix Graecos legiſſe poëtas videtur; ita etiam Iacobo haud cogitanti verſus excidere potuit, id quod haud raro accidit optimis ſolutae orationis ſcriptoribus, vt *Liuio* 6, 3. ipſique etiam *Ciceroni*, qui tamen de Orat. 2, 44. *vehementer vitioſum id genus et longa animi prouiſione fugiendum* dicit. Plures eiusmodi verſus *Woltenius* collegit ſub v. *verſus*. Neque tamen repugnauerim, ſi verba noſtra pro verſu poematis deperditi haberi malueris, cum eiusmodi verſus et in ſermonem quotidianum haud raro abiiſſe ſatis conſtet; dummodo φῶτα non de hominibus, ſed, poſtulante nexu, de *aſtris* intellexeris. Παρ᾽ ᾧ i. q. ἐν ᾧ. Ἔνι pro ἔνεστι. παρ᾽ ᾧ οὐκ ἔνεστι, tunc pleonaſtice dictum pro παρ᾽ ᾧ οὐκ ἔστι, i. e. *in quo locum non habet*; amant enim auctores Graeci particulas accumulare: niſi forte ἔνι pro ipſo ἐστὶ poſitum fuerit. Apud auctores quidem profanos hoc verbum ſignificatu iſto me legere non memini, ſed Col. 3, 11. (non item Sir. 37, 2. Gal. 3, 28. quae pro hoc vſu loquendi a quibusdam allegantur) ἔνι ſimpliciter pro ἐστὶ poſitum eſſe videtur. Παραλλαγὴ et τροπῆς ἀποσκίασμα. De discrimine inter vtramque vocem conſtituendo magnopere ſolliciti ſunt interpretes, nec, fuiſſe inter eas discriminis aliquid, negari poteſt. Sunt enim voces ex aſtronomorum disciplina repetitae. vid. *Clarkium* ad Hom. Od. Rhapſ. ο, 403. (Latini eadem ſignificatione *conuerſio*, *flexus*, *momenta* [quaſi *mouimenta*], *inclinationes*. *Cic.* de N. D. l. 2. c. 46. et Philippic. 5, 10. Cf. *Dukerum* ad *Flor.* 4, 3. 8.). Nimirum παραλλαγὴ ſ. μεταβολὴ de *conuerſione ſolis a ſeptentrione ad meridiem et vice verſa*, τροπὴ vero de *ea*, *quae fieri videtur ab ortu ad occaſum*, et ἀποσκίασμα denique *ea vmbra, quam terra proiicit, ſole ſub ea condito*, adhiberi ſolet, ita vt τροπῆς ἀποσκίασμα ſit ἀποσκίασμα ἐκ τῆς τροπῆς ſc. *oriundum*; quanquam et loca exſtent, in quibus παραλλαγὴ et τροπὴ inter ſe permutantur, vel pro eodem habentur. vid. locorum multitudinem ap. *Raphelium* et *Loesnerum* in

ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν

h. l. Sed quicquid illud fuerit discrimen, Iacobum tamen de eo cogitasse vix crediderim. Modo igitur teneamus hoc vnum, vtrumque vocabulum de *astrorum* mutatione adhiberi. Sensus tum prodit hic: *in quem nulla cadit* mutatio, *nec benignitatis* obumbratio, *qualis in sideribus locum habet.* Saepius vero a sideribus *mutationis* repetitur imago Sir. 27, 12. Nisi vero de sideribus sermo esse videretur, dubius haererem, annon ἀποσκιασμα τροπης cum *Wolfio*, Suida auctore, accipiam: ἀντι του ἀλλοιωσεως και μεταβολης ιχνος και ὁμοιωμα φαντασιας. Tum sententia prodiret haec: *in quo nulla mutatio, et ne vmbra quidem mutationis, i. e. ne levissima quidem mutatio, qualis in sideribus esse solet, locum habet;* Hebr. 1, 10-12. Sap. 7, 26 sqq. inprimis vero, si verba των φωτων de quauis alia re praeter astra intellexeris, παραλλαγη et τροπη omnino sensu illo, pro *mutatione quauis*, accipi possunt. Et sic quoque vtrumque vocabulum obvium est. vid. *Loesnerum.* Sententia loci nostri saepius occurrit ap. veteres. Sic *Philo* de agricult. p. 195. C. Αμηχανον γαρ των επιβαλλοντων ευδειαν ειναι τινος επιστατουντος θεου πληρη και τελεια τ' αγαθα τοις ουσιν ἁπασιν ειωθοτος χαριζεσθαι. *Dio* O. 32. p. 365. B. Το μεν σωζον και τρεφον και γονιμον, οντως ανωθεν ποθεν εκ δαιμονιου τινος πηγης κατεισι. Sic et *Hom.* Deos suos vocat δωτηρας ἐαων, Od. θ. v. 325. et *Proclus*: Θεοι δε αει παντα τα αγαθα προτεινουσιν, ὡσπερ ἡλιος ανεσχων το φως. *Bereschith* R. 51. 1. *Dixit R. Chanina: Non est res mala descendens desuper.* Nec aliter Esseni. vid. prol. p. 108.

18. *Summum vero beneficium, quod immutabili eius benignitati acceptum referimus, in eo cernitur, quod christiana religione nos emendatiores feliciores-que reddere voluerit.* Βουληθεις pro composito ευβουληθεις, i. q. alias θελων, ευδοκων, κατα την ευδοκιαν του θεληματος αυτου Ephes. 1, 3-5. ὑπερ της ευδοκιας αυτου Ephes. 1, 5. 9. Phil. 2, 13. hebr. כחפצו 2 Sam. 20, 11. quod LXX reddunt βουλομενος, *pro suo erga nos fauore, sola benignitate coactus.* Vnde iterum intelligendum est, tantum abesse, vt Deus ad peccata homines seducat, vt vltro

τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων.

potius ſummum in eos con- tulerit beneficium. Αποκυειν proprie i. q. τικτειν *parere*, *procreare*, vid. ad v. 15., in- de *facere*, *efficere* omnino. Iam vero quia, quae pro- creantur, noua atque in- tegra prodeunt, αποκυειν inde ſaepiſſime nil aliud ſibi vult quam *emendare*, αναγεν- ναν 1 Petr. 1, 3. 23. quo voc. forſan ſimul ad eum loquen- di vſum reſpexit, ex quo homines pii τεκνα του Θεου vocantur, 1 Ioh. 3, 1. ita vt απεκυησεν ἡμ. i. ſit q. εποιη- σεν ἡμας τεκνα αυτου. Vtro- que ſenſu h. l. accipi poteſt. Videtur autem Iacobus ex v. 15. in tropum hunc in- cidiſſe libris ſacris de mu- tatione mentis, vitae ac con- ſiliorum admodum frequen- tem. cf. Gal. 4, 19. coll. 6, 15. Eph. 4, 24. Αποκυειν ve- ro pro *gignere* accipi ma- vult *Storrius*, vt propter voc. κτισματα de *creatore gignente* cogitetur, qui pau- lo ante πατηρ dictus ſit; neque hoc incommode, (li- cet certi vſus loquendi ex- empla deſint), cum *gignen- di*, et *pariendi* ſignificatio ſit inuicem ſimilitudine ad- modum coniuncta. Λογος αληθειας, pro λογος αληθης (vid. *Vorſtium* de hebr. N. T. p. 247. ed. *Fiſcheri*), ex hebr. דבר, quod ſaepiſſime pro *doctrina* adhibetur, et אמת, quo *religio iudaica*, ab ethnicorum commento- rum ſuperſtitione aliena de- ſignari ſolet, Pſ. 26, 3. 86, 11. alibi, ad *rel. chr.* transfer- tur, Iudaismo et Hellenis- mo, νομῳ et προτερᾳ και μα- ταιᾳ αναστροφῃ ανθρωπου ψυχικου oppoſitam, 2 Cor. 6, 7. Eph. 1, 13. Col. 1, 5. quae alias modo κατ' εξοχ. ſ. λογος, ſ. αληθεια, modo ὁ λογος του Θεου, του Κυριου, της ζωης, της σωτηριας, του ευαγγελιου, et ἡ ὁδος της αλη- θειας, ἡ αληθεια του ευαγγε- λιου vocatur. Iam λογῳ αλ. (hebr. בדבר vel בדבר האמת) vel eſt δια του λογ. αλ. vel εις λογον αλ. (εις επιγνωσιν της αλ. 1 Tim. 2, 4.) Praefe- ro prius. Εις το ειναι pro ἱνα ωμεν, i. e. και οὑτως εποιη- σεν ἡμας. Απαρχη proxime ſunt *primitiae frugum*, Deo ſolemniter conſecrandae, quaſi απ' αρχης ſc. γεννηματων της γης. Sic legitur in verſ. Al. Lev. 23, 10. et Deut. 26, 2. pro hebr. ראשית, et permutatur cum voce πρω- τογεννηματα Lev. 23, 17. *Heſ.* απαρχη· προσφορα, αφαιρεμα. et *Philo* (leg. ad Cai. p. 1035. E.) commemorat απαρχας ετησιους εξ ὡν αναγουσι θυσιας. Hinc *primum* in qualibet re. *Alb.* gloſſ. N. T. p. 135. απαρχη· πρωτος. Απ. τ.

19 Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἔστω πᾶς

VARIAE LECTIONES.

19. ὥστε omittunt 42. 47. — ἴστε legunt B C. 73. 83. *Copt. Syr. p.* in m. *Arm. Vulg.* corb. *Aug. Beda.* quam lect. *Griesbachius*, licet non fpernendam, receptae tamen inferiorem, *Semlerus* vero et *Morus* praeferendam iudicant. — ἴστε δε A.

κτ. igitur i. e. q. οἱ πρωτοι κτισθεντες, quo quidem vocabulo απαρχης, fiue ad primitias in eo explicando refpexeris, fiue minus (vid. infra), Iudaei eam ob caufam nuncupantur, quia primi omnium Chrifto nomen dederant, oppofiti reliquo κοσμῳ ad facra chriftiana adhuc transducendo. cf. Rom. 6, 5. et 1 Cor. 15, 20. 23. vbi απαρχη Χριστος, quod recte interpretatur *Hef.* πρωτος Χριστος. Alii, vt voc. latina *princeps*, *primus*, *primitiae* pro *rebus praecipuis* vfurpantur, fic quoque απαρχην τ. κ. praeeunte *Bengelio*, vertunt: ανθρωπους τιμιωτατους, *homines praecipuos nos reddidit:* non repugnante vfu loquendi tum hebr. (nam ראשית *praeftantiffimum in fuo genere* fignificat Ier. 49, 35. Amos 6, 6. vnde et חלב *medulla* i. e. *optimum in qualibet re*, οἱ LXX reddunt per απαρχην. Num. 18, 12. et *primogenitus*, ראשית און Hebraeis dictus, *praecipuum* in familia locum obtinebat;) tum graeco, fiquidem *Philo* Iudaeos vocat generis humani απαρχην. Cf. *Scholiaftes Eurip.* in Oreft. v. 96. Απαρχη ελεγετο ου μονον το πρωτον τῃ ταξει, αλλα και το πρωτον τῃ τιμῃ, ὁθεν και απαρχας καρπων προσηγον οἱ παλαιοι και ωνομαζον, τα κρειττονα εκλεγομενοι. Vt taceam, quae *temporis* ratione habita prima funt, et quoad *dignitatem* faepiffime primum locum obtinere. Απ. τινα vero fumferim pro: ὡς απαρχην, *quafi primitias.* Verterim: *und fo machte er uns in gewiffem Betrachte*, f. *auf gewiffe Art*, *zu Erftlingen feiner Gefchöpfe.* Ex addito hoc voc. igitur fatis apparet, Iacobum in adhibenda phrafi απαρχη κτ. omnino ad metaphoram, a *frugum primitiis* petitam, refpexiffe. Κτισμα (*Hef.* ποιημα, 1 Tim. 4, 4.), vt κτισις Rom. 8, 19. Marc. 16, 15. Col. 1, 15. 2 Petr. 2, 13. ex hebr. בריה, h. n. fenfu ftrictiori *homines*, inde forfan confulto et fcite h. n. fic dicti, quia, qui ανθρωποι hucusque vocabantur, τῳ παλαιῳ ανθρωπῳ ex-

ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ

uto noua creatura (καινη κτισις) euadere debebant, cui nomen demum quasi esset inueniendum; vtut adueniente Messia omnia ita immutatum iri perhibebantur, vt noua creatio locum habere videretur. Cf. *Lightfootum* ad Marc. l. c. T. II. opp. p. 468. Sensus est: *Deus, pro benignitate sua, nos Iudaeos primos esse voluit inter reliquas gentes, quos sibi per rel. chr. emendandos sumeret.* Ratione vero rei Deo consecratae in voc. απαρχη magis habita, sensus etiam commode constitui potest sic: *Deus, quae est benignitas eius, nos per rel. veram regenerauit, et ad meliorem frugem actos adoptauit; vnde sequitur, nos, vt primogenitos quasi creaturarum (liberorum) eius, illi sacratos esse debere* (εις το ειναι nimirum pro: δια τουτο δει ειναι ημας); qua quidem explicandi ratione hoc effatum cum superioribus arcte cohaeret. Cf. 2 Tim. 4, 6. Phil. 2, 17. 1 Petr. 2, 5. coll. Rom. 8, 36. 15, 16. Primogenitos vero ap. Iudaeos deuotos fuisse, ex Num. 3, 13. Exod. 13, 2. 22, 29. 34, 19. satis constat.

19—21. Ad tantam vero dignitatem euecti, vt dignos quoque hoc beneficio se gerant, et inprimis religionem chr. mansueto ipsi potius animo atque tranquillo amplecti, quam zelo insano aliis tradere malint, Christianos hortatur Iacobus. Videtur nempe Apost. h. l. reprehendere pruritum illum, quo abrepti Christiani, qualicunque imbuti religionis chr. notitia, nimia alios statim eandem docendi cupiditate flagrarent. Neque hoc mirandum, cum in omni doctrinae nouitate, feruentibus discentium studiis, plurimos praeter rem sese doctores ingerere omnis temporum historia testetur. cf. 3, 1. et 1 Cor. 12 — 14. Ὥστε, vt διο v. 21. et δια τουτο, quo Paullus inprimis vtitur, ex antecedentibus colligit: *quae cum ita sint*, i. e. *cum Dei consilio doctrina Christi regenerati et ad tantam* απαρχης των κτισμ. *dignitatem euecti sitis*: haud deficiente sic nexu cum proximis, licet desit cum vniuerso superioris disputationis argumento. Sed libros N. T. non ad dialecticam methodum subtiliter scriptos esse *Ernestius* (Instit. int. N. T. p. 142.) recte monuit. Quare miror, *Semlerum* atque *Morum* ob nexum desideratum lect. ιστε pro ὥστε ar-

20 λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν. ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς

ripuiſſe. (vid. var. lect.) Πας ανθρωπος, generaliter dicta, ad mitigandam reprehenſio-nis acerbitatem, pro ἑκαστος ὑμων. Nam neque omnibus hominibus haec dicit Ap., ſed Chriſtianis, neque his vniuerſe loquentibus, ſed docentibus potiſſimum. Ταχυς, quod in N. T. hic tantum occurrit, h. n. valet *promtus, paratus, procliuis.* Expreſſerunt ſic Alex. hebr. מהר et cognata Zeph. 1, 14. Eſr. 7, 6. Malach. 3, 5. nec non אץ Prov. 29, 20. Εις το ακουσαι, ſ. μανθανειν ſc. τουτον τον λογ. τ. αληθειας. ad *accipiendam* rel. chr. Prima enim inſtitutio magis *audiendo*, quam *legendo* fiebat. Cf. Sirac. 5, 13. Γενου ταχυς εν ακροασει σου αγαθη. Senſus eſt: *promti eſtote ad audiendos eos, quos fas eſt docere.* Βραδυς, vi opp. ταχυς, *minus promtus, parum paratus et alacris ad agendum.* i. q. οκνηρος, Rom. 12, 11. νωθρος, Hebr. 5, 11. παρειμενος, Sirac. 4, 29. Nos *ſäumig, nicht zu voreilig.* Εις τ. λαλησαι ſc. τον λογ. τ. αληθ. vi oppoſ. ακουσαι, i. q. εις το διδασκειν. Cf. Sirac. 4, 32. Μη γινου ταχυς εν τῃ γλωσσῃ σου. *Nolite praecipites tradere aliis, quae recte nondum didiciſtis ipſi.* Iam repetitur voc. βραδυς ad augendam cohortationis grauitatem: βραδυς εις οργην (ארך אפים vel ארך רוח.) ſc. iterum εν τῳ λαλησαι, quod contextus requirit, ita vt οργη i. ſit q. infra 3, 12. ζηλος κ. εριθεια, oppoſita τῃ πραυτητι 1, 21. *Lenti ſitis ad iram in docendo,* vel contra ſecus docentes, vel contra indices doctrinae vobis traditae rationem a vobis exigentes, aliosque. Sic et *Philo* de conf. ling. p. 327. B. βραδυς ωφελησαι, ταχυς βλαψαι. et *Hor.* ep. 1. vlt. v. 25. *Iraſci celer.* Cum vniverſa ſententia cf. *Sirac.* 4, 29. 5, 11 ſq. 6, 33 ſq. 9, 18 ſq. Prov. 10, 19. 13, 3. 17, 28. *Dio* O. 32. p. 361. A. Εγω δε μαλλον αν ὑμας επῃνουν βραδυ μεν φθεγγομενους εγκρατως δε σιγωντας, ορθως δε διανοουμενους. Γιγνου προς οργην μη ταχυς, αλλα βραδυς. Plura dabit *Wetſt.*

20. Οργη ανδρος, pro ανηρ οργιζομενος. Δικαιοσυνη του θεου, צדקת יהוה, h. n. το δικαιον ενωπιον του θεου, *id quod ex ſententia div. rectum iuſtumque eſt,* i. e. *virtus, religio* et *vtriusque praecepta.* vid. *Koppii* exc. 4. in ep. ad Gal. Ου κατεργαζ. dix. hebr. לא פעל צדק, Pſ. 15, 2. *iratus obſeruare non ſolet virtutis praecepta.*

δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται. διὸ ἀπο- 21

Tota vero ſententia, quae prouerbii (quod, licet in V. T. non legatur, hebraicum eſſe, ipſa verba docent) ſpeciem prae ſe fert, ad loci n. contextum ſic revocanda videtur: *quisquis in docendo aliisque refutandis odio atque irae indulget, is male fungitur doctoris munere, atque doctrinae, quam tueri vult, magis nocet quam prodeſt.* Prouerbium illud eo facilius huc erat translatu, quo minus dubitari poteſt, δικαιοσυνην pro ipſa *religionis doctrina* obtinere. 2 Cor. 11, 15. 1 Ioh. 2, 29. Iacobum vero, quae eſſe videtur *Hottingeri* ſententia, nulla proverbii ratione habita, δικαιοσ. κατεργαζ. protinus de *religione tradenda* intelligi voluiſſe, dubito, cum haec formula vix vllibi hoc ſenſu occurrat.

21. Διο vid. ad ὡστε v. 19. Αποθεμενοι ſc. εστε i. e. αποθεσθε, *fugite, remouete a vobis*; formula dehortantis, a veſtibus exuendis deſumta, Col. 3, 8. Eph. 4, 22. 25. Rom. 3, 12. 1 Petr. 2, 1. 3, 21. cf. *Schwarzium* in commentar. l. gr. p. 177. Πασαν ῥυπαριαν, pro παντως vel τα παντα την ῥυπαριαν. Col. 3, 8. Ῥυπαρια, longe frequentius ῥυπος, *proprie* denotat *fordes* 1 Petr. 3, 21., *metaphorice* vero *vitia, quaſi animi fordes* ῥυπ. dicuntur, de quibus et verbum ῥυπαινεσθαι ſaepius occurrit. Reſpondet hebr. צֹאָה Iob. 14, 4. et צאר Ieſ. 4, 4. quod LXX. vtroque loco reddiderunt per ῥυπος. *Heſ.* ſenſu eodem ῥυπος vertit αισχρον. Opponitur τῳ καθαρῳ vel τῃ καρδιᾳ καθαρᾳ לב טהור Pſ. 51, 12. *Dion. Hal.* l. 11. pag. 689. Ῥυπαινοντες αισχρῳ βιῳ τας ἑαυτων και των προγονων αρετας. Plura *Wetſt.* atque *Loesnerus.* Iam vero interpretes omnes ῥυπαριαν ſeiunctim a caeteris vel pro *vitioſitate* omnino accipiunt; vel, vt *Storrius*, pro *ſordida auaritia*. Sic *Phauorinus* et *Heſ.* ῥυπαρος· αισχροκερδης; ſed vtrumque parum ex huius loci contextu. Mihi quidem ῥυπ. non minus ac περισσεια iungendum videtur voci κακιας. vt ῥυπ. κ. ſit *jeder Schandfleck von Gehäſſigkeit*, vel i. q. κακια ῥυπαρα, *ſchimpfliche, entehrende Gehäſſigkeit.* Περισσεια κακιας, pro κακια περισση. Περισσειαν vero alii cum περιττωματα, vel περιττευον, confundunt, alii, *Grotio* praeeunte, ad *circumciſionem praeputii ſuperflui* (ערלה) referunt, cum qua animi emendatio haud raro a ſcriptoribus ſacris con-

θέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ περισσείαν κα-

feratur, contradicente tamen *Michaële*, qui περισσειαν κακιας reddi mavult: *reliquias malitiae*, nisi potius *abundantiae* notionem voc. περισσεια requirat. Quare equidem *Loesnerum* fequor, qui περισσειαν de ramis in vite vel arbore *abundantibus*, falceque refecandis adhiberi loco *Philoniano* probabile reddidit, *de victim.* p. 854. B. Περιτεμνεσθε τας σκληροκαρδιας, το δε εστι τας περιττας φυσεις (fortaffe εκφυσεις) του ἡγεμονικου, ἁς αἱ αμετροι των παθων εσπειραν. κ. τ. λ. Sic quoque Latini dicunt *frumenta luxuriofa*. Inde περισσεια et περισσον defignat omne *nimium*, *omne id, quod iuftum excedit modum*, vt πασα περισσεια κακιας fit nöftrum: *jeder Auswuchs von Gehäffigkeit*, et κακια περισση i. q. κακια *immodica* (*übertriebene*, *zu weit getriebene Gehäffigkeit*). Sic et 2 Cor. 8, 2. περισσεια της χαρας defignat *gaudium nimium* (*ausgelaffene Freude*). Κακιαν vt fyn. voc. ῥυπαριας de *vitiofitate* et *malitia omnino* intelligunt interpretes longe plurimi, accedente inprimis *Ciceronis* auctoritate qui Tufc. 4, 15. κακιαν explicat per *confuetudinem alteri nocendi*. Sed, fi quid video, ex totius loci contextu, et inprimis vi oppof. πραϋτ., κακια h. l. ftrictiori fenfu refpondet voc. οργη v. 19. vt intelligatur *nimius ille in docendo fervor*, (ζηλος πικρος) *quo mens in fecus fentientes exasperatur*, et αποθεμ. πασαν ῥυπαρ. i. fit q. αποθεσθε και ὑμεις τα παντα οργην, θυμον, κακιαν, βλασφημιαν, αισχρολογιαν εκ του στοματος ὑμων. Col. 3, 8. cf. 1 Petr. 2, 1. Sic et *Homerus* κακως pro *iracunde* adhibet. e. g. *Il.* α, 28. Πραϋτης vero ex oppof. οργη v. 10. eam *animi* defignat *manfuetudinem*, *qua tradita accipimus*, *ab omni contumacia et repugnandi cupiditate alieni*. Δεξασθε fubint. μαλλον; δεχομαι vero et αποδιδωμι fe excipere folent, vt lat. *accipere* et *tradere*; vt alterum fit *discentis*, alterum vero *docentis*. Hinc δεχεσθαι (hebr. לָקַח in Prov. Salom., vnde לֶקַח ipfa *doctrina*), h. n. refpondet voc. ακουσαι v. 19. i. e. μανθανειν, et opponitur τῳ λαλησαι v. 19. i. e. διδασκειν. Simili phrafi προσηνως δεξασθαι τον λογον vtitur *Diod. Sic.* apud *Münthe* in obf. phil. ad h. l. cf. etiam *Herodian.* I, 5. §. 20. vbi *Irmifch.* Λογος εμφυτος. Oe-

κίας, ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λό-

cumenius intelligit *rationis lumen quo mala a bonis di-stinguimus.* De hoc ipſo autem vix dixiſſet Iacobus: τον δυναμενον σωσαι τας ψυχας υμων, nec δεχεσθαι tum qua-drare videtur. Accedit quod λογος Iacobo ſemper ſit λογος αληθινος, *religio chr.* *Mi-chaëlis* tropum a paxillis re-petitum arbitratur, prouo-cans ad Cohel. 12, 11. vt λ. ε. ſit *verbum infixum, ſumma mente alte repoſitum;* ſed tropus eſt parum ſolennis. Εμφυτος potius *vel* eſt *in-natus*, *natura inſitus.* Heſ. ὁ εν τῃ φυσει. Suid. εγκαρδιον, το εκ φυσεως (exempla colle-gerunt praeter *Wetſt.*, *Els-nerus et Raphelius* in h. l.) ita vt λ. ε. ſit *religio vobis innata* i. e. *religio tam co-gnita vobis, vt in ipſam naturam quaſi veſtram abi-iſſe videatur;* nos: *eine Lehre welche euch zur an-dern Natur geworden iſt;* (ſic κακια εμφυτος Sap. 12, 10. εμφ. μαντικη *Herodot.* 9, 94. vbi *Valkenar.* et εμφ. αρετη in ſcriptis philoſophorum aliquoties; cf. *Bergler* ad *Alciphron.* ep. 1, 31. p. 128.): vel, quod malim, λ. εμφυ-τος i. e. q. λ. εμφυτευθεις, πεφυτευμενος, doctrina vobis quaſi *implantata*, h. *animis veſtris infixa*, quam *Barna-bas* vocat την εμφυτον δω-ρεαν της διδαχης αυτου. Di-cuntur enim apoſtoli φυ-τευειν *plantare* verbum in auditoribus 1 Cor. 3, 6. 7. 8. et ii qui Iudaeis praelectam explicabant legem, εμφυ-σιουν ακα την αναγνωσιν. Eſrae 9, 48. 55. quo etiam ſpectat ſimilitudo του σπει-ροντος, qua vſus eſt Ieſus. Quam autem Latini *inſitio-nem* vocant, eam *Theophra-ſtus*, Graecique alii εμφυ-τειαν. Senſus ſemper eſt hic: *Quamuis cognita* (και-περ. εμφ.) *vobis ſit religio-nis chr. doctrina, tamen eam iterum iterumque li-benter audire, quam ambi-tioſe docere malitis.* Nec denique ab vſu loquendi locc. ſupra citt. alienum eſſe arbitrer, vbi λογ. εμφ. pro *religione naturae noſtrae congrua* (quaſi γραπτ. εν τ. καρδ. Rom. 2, 15.) ſumatur, oppoſita ſeruituti legis Moſ.; quam perhorreſcit liberae mentis indoles. Τον δυναμε-νον σωσαι pro: δυναται γαρ σωσαι. Σωζειν τινα, omnino eſt *incolumem et felicem ali-quem praeſtare*, malis po-tiſſimum auertendis ſed et beneficiis conferendis, quo ſenſu etiam in N. T. de regno *Meſſiae inaugurando* vſurpatur, vtpote quod a *liberandis* Iudaeis ex ho-ſtium poteſtate incipere de-

γον, τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

bebat, antequam ipſa regni felicitas locum habere poterat; vnde et Meſſias σωτηρ, משיע ſ. גואל, et felicitas in regno ipſo obtinenda σωτηρια, ישועה, dicebatur. Hinc vocc. noſtra et ad regnum Meſſiae *morale* transferuntur, quod et ipſum non poterat, quin a profligandis velut hoſtibus moralibus ordiretur, ita vt σωζεσθαι omnes amplectatur, doctrinae Meſſianae effectus ſaluberrimos, in *ignorantiae, ſuperſtitionis et errorum depulſione, animorum emendatione, veraque felicitate inde prodeunte* conſpicuos, rixis vero et contentionibus in docendo disturbari ſolitos. Vtrum vero Iacobus facta an non facta ad regnum Meſſianum alluſione hoc verbo vſus ſit, in medio relinquerim. Senſus vtrinque idem. Τας ψυχας ὑμων, נפשכם, pro ὑμας. cf. *Vorſtium*. Similiter *Homerus* Il. α. v. 3. ψυχας ἡρωων pro ἡρωας. Maluit vero noſter periphraſtice dicere ψυχας ὑμων, quia felicitas ea, de qua h. l. ſermo eſt, ad *animum* inprimis ſpectat. *Storrius* locum reſolui mauult ſic: δεξασθε του λογου του δ. σ. τ. ψ. ὑ. εαν εμφυτος ᾐ, vt voc. εμφυτον conditionem inuoluat (cf. *Viger* de idiot. p. 339. ed. *Zeunii*); ſed, ſi quid ſentio, aliquanto durius. *Cic.* Tuſc. 25. Cultura *autem animi philoſophia eſt, haec extrahit vitia radicitus, et praeparat animos ad ſatus accipiendos*. Ceterum in mentem venit, annon v. 19-21. ad argumentum commatum proxime praecedd. revocari poſſint cohortatione hac: *ne indignatione abrepti mala propter rel. chr. ferre recuſantes, in eam inuehantur, Deumque incuſent; vt ſenſus prodeat hic: πας — ακουσαι, quilibet alacri animo cuncta audiat, arripiat, notetque, nec tamen ſtatim pro veris habeat, quibus inuitatur, moremque gerat, ſed βραδυς ſit εις το λαλ.* i. e. Paullo interprete, παντα δοκιμαζετω, το καλον και καλον κατεχετω. *Itaque audientes, alios, male religioſos. Deum cauſam malorum ſtatuere, non ſtatim hoc arripiant, Deumque accuſent, aut vel. deferant, ſed ſint βραδ. ε. οργ. non efferueſcant ſtomacho et iracundia in ſapientiſſima Dei conſilia. Nam ira agitatus, quae Deo probantur, non curat, vel*, vt cum *Cic.* loquar, *cum ira nihil recte fit*; quare (διο, i. e. δια τουτο, ſc. ὁτι αγαθον ανωθεν εστι καταβ. v. 17. και ὁτι

Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον 22

απαρχ. τ. Θεου εστε v. 18.) *depositis omnibus vitiorum sordibus, malitiaeque ex-superantia, doctrinae verae atque salutari more geren-do, dignitati vestrae con-sulere debetis.* Sed hanc, praecipue vocis οργη, inter-pretationem aliqua saltem duritie laborare, non pos-sum quin fatear ipse. Na-cta tamen est *Augustium*, cui placeret.

22-25. *Neque tamen ac-quiescatis in sola* audienda *religionis christianae do-ctrina, sed eidem quoque* obtemperetis *velim* v. 22.; *alioquin homini similes estis, qui formam suam in speculo animaduertit, deformitates vero, vix obseruatas cor-rigere omittit.* v. 23. 24. 25. Sic igitur γινεσθε ποιηται cum δεξασθε τ. εμφ. λογ. sa-tis arcte cohaeret. Forsan et hic locus, facta ad falsos magistros allusione, pronun-tiatus est, quippe qui non-nisi profundam religionis scientiam crepabant, a sa-ctis, ad normam huiusce scientiae conformatis, pror-sus alienam (vid. proleg.). Ακροαται sc. του λογου alias sunt *auditores*, vel *discipuli* omnino (*Phauor.* ακροατης· μαθητης), h. n. vero ii *qui-bus religionis christianae* *praecepta auribus tantum percepisse sufficit.* Ποιηται, vt Rom. 2, 13. et 1 Macc. 2, 67. vi oppositi, *qui eadem quoque obseruant et ad ani-mum applicant emendandum* (i. q. ποιων Matth. 7, 21.). Quo tamen sensu cum vox ποιητης non bene graeca sit; *verba* potius, loco *substan-tiuorum*, adhibenda fuissent: αλλ' ουκ ακουετε μονον του λο-γου, αλλα και τηρειτε αυτον. Δε pro δε και, ex oppos. ου μονον. Παραλογιζομενοι εαυ-τους, i. e. αλλως, vel ουτως γαρ παραλογιζομενοι sc. εστε, vel παραλογιζεσθε εαυτους. Παραλογιζεσθαι vero *proprie* est λογ. παρ ο δει vel παρα την αληθειαν, *male supputare* (*sich verrechnen*), nam λο-γος, et λογιζομαι sunt verba propria arithmeticorum; quo sensu legitur aliquoties ap. *Demosthenem* p. 822. 25. et 1037. 15. ed. *Reiske* et ap. *Lucianum* T. I. p. 268. ed. *Graevii*. Hinc *male ra-tiocinari* (*einen Trugschlufs machen*), omnino, ac *deci-pere*; et παραλ. εαυτον *deci-pere se*, vel *rationibus ali-quam probabilitatis speciem habentibus falli*. Col. 2, 4. i. q. απατᾶν την καρδιαν εαυ-του v. 26. vel πλαναν εαυτον 1 Ioh. 1, 8. Respondet in vers. Al. hebr. התל Iud. 16, 10. 13. 16. (vbi pro παρελογισω reli-

23 ἀκροαταὶ, παραλογιζόμενοι ἑαυτούς. ὅτι εἴ τις

qui interpretes habent επλανησας), רִמִּיתָ Gen. 29, 25. Iof. 9, 22. *Hef.* παραλογισμος· απατη λογισμου. παρελογισασθε· ηπατησατε, εψευσασθε, εχλευασατε. Cf. *Münthe* obff. e *Diod. Sic.* p. 385. et *Elsnerum* T. II. p. 261. Incidiffe videtur Ap. ex voc. λογος, quod praecedit, in verb. παραλογιζ., ita vt vtrique fic inuicem iuncto non paronomafia, quam *Wolfius* vocat, fed potius antanaclafis vel dilogia infit fatis venufta; qualis etiam exftat 1 Petr. 3, 1. Senfus eft: *alioquin vosmetipfos decipitis* fc. *dum a fola religionis chriftianae cognitione fructus exfpectatis eos, quos tamen nonnifi obferuatio eius praebere poteft*. cf. cum loco noftro Matth. 7, 22. 23. 26. 27. 28. Luc. 6, 47 fqq. Rom. 2, 13 fqq. Ceterum hunc ipfum locum obuerfatum fuiffe *Porphyrio*, cum ille fcriberet: δι εργων ἡμιν ἡ σωτηρια, ου δι ακροασεως λογων ψιλης, *Iac. de Rhoer* exiftimat in notis ad *Porphyr.* lib. de abftin. p. 99. Nec non philofophi alii cum *Pacuuio* voluerunt fcribi ante templorum portas: *odi homines ignaua opera, et philofopha fententia*. Seneca epift. 108. *Sic ifta*, inquit, *difcamus, vt, quae fuerunt verba, fint opera*. Et ep. 75. *Non eft beatus qui fcit illa, fed qui facit*. Qui fecus agebant ex philofophis, eos *Epictetus* dixit effe φιλοσοφους ανευ του πραττειν, μεχρι του λεγειν. vid. *Gell.* Noct. Attic. 17, 19.

23. Ὅτι abundat. Ει τις ακροατης, pro: ει τις μονος ακροατης. Και ου ποιητης pro και ουχ ἁμα π. Vt ακρ. et ποιητ. h. l. fibi opponuntur, fic et apud *Clement. Al.* Protrept. p. 31. αρετης μεν θεαται, κακιας δε αγωνισται. Οὗτος faluo fenfu abeffe poffet. Εοικεν, ὁμοιος εστιν. Ανδρι loco ανθρωπῳ, vel τινι, hebr. אִישׁ. Minime vero ανηρ ad folos *viros* eft reftringendum, qui vix confpecto fpeculo abirent, cum mulieres contra fpeculis diutius inhaererent; ad quas quidem argutias ipfum *Grotium* defcendiffe valde miror. Κατανοειν, ex oppofitis παρακυψαι et παραμενειν h. n. eft: *imaginem a fpeculo tranfeuntibus nobis forte oblatam raptim tantummodo afpicere*. Nos: *von ungefähr gewahr werden*. Γενεσις, vt מוֹלֶדֶת, Gen. 31, 13. alibi, h. n. fenfu proprio, *generatio*, *natiuitas*. Το προσωπον της γενεσεως αὐτου,

ἀκροατὴς λόγου ἐστὶ καὶ οὐ ποιητὴς, οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ· κατενόησε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ 24

i. e. q. το προσ. εκ της γεν., γεγεννημενον, γνησιον, *forma vultus natiua.* Sic etiam *Euſtathius* ad Hom. Od. ο. a *Wetſt.* laudatus την εικονα του εκ γενεσεως προσωπου, et *Plato* in Tim. ed. Bip. T. IX. p. 327. κατ' ὁμοιοτητα της του τροπου γενεσεως. Minime vero, ſi quid iudico, προσωπ. τ. γενεσ·. ex redundantia, exemplis deſtituta, dictum eſt pro: προσωπον ἑαυτου, vel ſimpliciter pro ἑαυτον, quod ſequitur, ſed mens Ap. haec eſſe videtur: *formam vultus natiuam transeundo animaduertit,* ſuppl. *non item maculas vultui haud* εκ γενεσεως *inſitas, ſed propria culpa adſperſas,* ad quas animaduertendas παρακυψει v. 25. ſiue accuratiori vultus exploratione opus erat. Male igitur *Syrus* vocem της γενεσ., quam in exemplo, quo vtebatur, exſtitiſſe vix dubitari poteſt, vt redundantem, niſi vt non intellectam, omiſit. Αὐτου ſenſu plane non mutato cum ad γεν. tum ad προσωπ. referri poteſt. Εσοπτρα vel κατοπτρα veterum non *metallica* modo, ſed et *vitrea* fuiſſe ſatis conſtat. cf. *Plin.* hiſt. nat. 36, 66.

Quale tamen ſpeculorum genus Iacobus l. n. in animo habuerit ex verbis eius effici nequit, nec effeciſſe intereſt.

24. Vt vocabulo γαρ ſolennis ſua conſtet vis, *Storrius* cum *Semlero* in commate hoc ſimilitudinis apodoſin ineſſe ſtatuunt. Ita: *mox enim ille auditor euangelii inſtar illius. qui faciem in ſpeculo conſpicatur, animi faciem, ex euangelio cognitam, obliuiſcitur, quam tamen emendare debuiſſet, ſi ex ſpeculo doctrinae fructum percepiſſe dicendus ſit.* Sed mihi quidem omnis oratio melius procedere videtur, ſi, ex plurimorum interpretum conſenſu, verſus hic ad ſimilitudinem hominis, in ſpeculo ſe contemplantis v. 23. clarius atque diſtinctius pingendam, referatur. Partic. γαρ igitur hic ſoli comparationi amplificandae inſeruit vt v. 11. Κατενοησε γαρ ἑαυτον (breviloquentiae in dicendo colendae cauſa pro κατεν. γ. το προσωπον της γενεσ.) ex v. praeced. conſulto repetita videntur, vt additis verbis: και απεληλυθε indicetur, non-

ἀπελήλυθε, καὶ εὐθέως ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν.
25 ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευ-

nisi de vultus animaduersione *transeundo facta* i. e. levi et haud spectata in voce κατενοησε cogitandum esse. Negligentiae in animaduertendo notionem et quadam orationis negligentia exprimere voluit Ap. Verterim: *Es war denn die Betrachtung darnach* (κατεν. γ. ἑαυτ.), *so im Vorbeygehen gemacht*, (και απεληλ.). Ευθεως, *in momento*, (*schon im Augenblicke darauf*), επελαθ. ὁποιος ην, (f. ὁποιον ην το προσωπ. τ. γενησ.), *haud amplius cogitando inhaeret faciei formae naturali, quippe quam satis cognitam habebat, quamque non consulto sed fortuitu in speculo animaduerterat: neque adeo* (sic supplendum videtur), *sordes abluere curat, quas in speculo ne conspexit quidem, nec conspicere voluit*. Quae omnia ad rem propositam facillima sunt translatu sic: *eodem modo et* ακροατης λογου *praecepta religionis chr. auribus quidem, non item mente percipit, neque adeo sic audita ad animum emendandum refert.* Vterque igitur *manca* cognitione *non vtitur.*

25. Παρακυπτειν, sc. ἑαυτον, proprie est: *incuruare se,* deinde incuruato corpore et exerto capite *quaerere, investigare aliquid*, vt Luc. 24, 12. Ioh. 20, 5. et apud LXX Gen. 26, 8. Prov. 7, 6. et *Aristophanem* Thesmophor. v. 804.; inde denique, vt et h. l., *sedulo inquirere in aliquam rem* 1 Petr. 1, 12. et apud *Lucian* Reuiuisc. p. 407. κατειδη μονον παρεκυψα ες τα ὑμετερα. Και παραμεινας, opponitur τω: απεληλυθε v. 24. Ὁ δε παρακυψας και παραμεινας iungenda sunt sensu hoc: ὁ δε συνεχως και αδιαλειπτως παρακυπτει. i. e. *qui sedulo inquirit* etc. Vtrumque vero vocabulum παρακ. et παραμ. a *speculis*, de quibus modo sermo erat, repetitum videtur, vtpote quibus, faciei accuratius contemplandae causa, *proni inhaerere* solemus; inprimis vbi veterum specula, parieti haud affixa, et maxime aquam limpidam, humi ante nos positam, animo tibi finxeris; quasi dixisset Iacobus: ὁ δε παρακ. εις εσοπτρον λογου τελειου. Νομος ex hebr. תורה in N. T. *leges, inprimis Mosaicas* et *totum pentateuchum*, hinc deinde *V. T. libros omnes*, *vniuersamque religionem Iudaicam* significat, vnde denique vt et h. l. ad *religionem chri-*

θερίας, καὶ παραμείνας, οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται.

ſtianam (λογ. αληϑ.) transfertur; cf. *Koppii* exc. 3. in ep. ad Gal. Νομος τελειος vero, quid ſibi velit, Ap. ipſe interpretari videtur ſubiungens: ὁ της ελευϑεριας, i. e. ὁ παρεχων ελευϑεριαν. Iam vero ελευϑερια vel eſt *libertas a ſeruitute vitioſitatis et errorum* 2 Cor. 3, 16. 17. vel *libertas a duro legis Moſ. imperio* (alias εξουσια), 1 Cor. 10, 29. Gal. 2, 4. 5, 1. Vtrinque της ελευϑ. epitheton non minus exprimendae religionis chr. dignitati, quam vſui loquendi, conuenientiſſimum eſt, cum tam *peccatoris*, quam *Iudaei, legibus Moſſ. obſtricti* conditionem ad *ſeruitutis*, hominis vero *pii, eiusdemque chriſtiani* ad *libertatis* ſimilitudinem in N. T. reuocari ſolere, ſatis conſtet. Senſu priori νομ. ελευϑ. ſ. ελευϑερων, *a vitii nos liberans*, Rom. 8, 12. reſpondet τῳ λογῳ εμφ. δυναμ. σωσαι τ. ψυχ. v. 21. poſteriori vero νομ. ελευϑ. ſ. ελευϑεριος, *doctrina liberalior*, opponitur τῳ νομῳ δουλειας, in quo obſeruando falſi doctores Chriſtianos retinere conabantur; a quo tum Iacobus eosdem transeundo reuocare, eorumque ſtudia ad religionis chr., ſeruitutis neſciae, praeſtantiorem indolem inueſtigandam, factisque exprimendam, deriuare ſtuderet. cf. 2, 12. Praefero cum *Moro* poſterius, cum quia haec ſcribuntur Iudaeis, qui relicto νομῳ δουλειας ad νομον ελευϑεριας acceſſerant, tum quia Iacobus hic νομον ελευϑ. dicit, quod paulo ante adhuc dixerat λογον αληϑ. Iam nunc etiam apparet, cur huncce νομον Chriſtianum, comparatione tacite facta cum νομῳ Moſaico το τελος perfectae animorum culturae nondum tangente, τελειον (ſ. vt Paullus νομον πνευματος Rom. 8, 2.) *conſummatum*, i. e. εργον τελειον παρεχοντα, *ad conſummatae virtutis finem perducentem* vocet? nimirum vel hoc nomine, quod nos, non vt ſeruos ad ritum potiſſimum formulam in Domini praepotentis honorem diligenter ſeruandam, metu poenarum cogit, ſed potius vt homines rationis et libertatis moralis ornamentis praeditos ad recte agendum argumentis liberalioribus, ab ipſius officii ratione atque dictamine in-

26 Εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι, μὴ χαλιν-

VARIAE LECTIONES.

26. ἐν ὑμῖν post θρησκος ειναι omittunt ABC. 27. 29. 66. in m. 68. 73. *Syr. vtr. Erp. Copt. Sahid. Aeth. Arm. Vulg. corb. Oec.* in comm. non attingit. Alii transp.

terno, a confcientiae iudicio falli nefcio, a voluntatis div. fanctitate et benignitate, ab infignibus I. C. de genere humano meritis, pie agnofcendis et aliunde petitis, placide excitat atque commouet. Quoad fenfum igitur νομος ὁ της ελευθ. effet νομος τελειαν ελευθεριαν παρεχων. *doctrina verae libertatis magiftra.* Οὗτος et h. l. et paullo poft fententiae vim auget, quafi dixiffet: οὗτος μονος, και ουκ αλλος, vel τοιουτος. Ακροατης επιλησμονης, ex hebraismo i. q. ακρ. επιλησμων. i. e. ακρ. ὃς ευθεως επιλανθανεται, ὁ ηκουσε, *auditor obliuiofus* cf. *Xenoph.* mem. l. 1. *Raphelio* citatum. Γενομενος pro εσται. Εργον opponitur voci επιλησμωνης, vnde ποιητ. εργου, i. e. q. ποιητης εργαζομενος. *fedulus boni exfecutor.* Εν τῃ ποιησει, pro δια της ποιησεως, vel δια την ποιησιν fc. του νομου, i. e. διοτι ποιει, ὁ ὁ νομος κελευει. Senfus paucis huc redit: *qui penitius cognitam fibi reddiderit liberaliorem doctrinam chr., is non poterit, quin ampliorem hanc et fubtiliorem eius fcientiam et factis declaret, et ob id ipfum, quod agendo doctrinam exprimat, vere beatum fe praedicet.* Ceterum verba αλλα — εσται facta allufione ad Iudaeorum de עבדה fua vel de factis (εργοις) ad legis Mof. normam confor-matis, in quibus omnem felicitatis fpem collocare confueuerant (vid. ep. ad Rom.), pronuntiata effe arbitrer, ita vt emphafis quaedam in ipfis latere videatur.

26. 27. *Verum haec ipfa* ποιησις του λογου, *fiue* θρησκεια, *non in effrenato linguae abufu* v. 26. *fed in factorum praeftantia cernitur.* v. 27. (Ille quidem fraudulentis iftis doctoribus prius, haec ab ipfis aliena. vid. proleg.) Εν ὑμιν, fi fana eft lectio, pertinet ad ει τις. cf. 3, 13. 4, 1. 5, 13. 14. 19. Δοκειν, h. l. eft *iactantis*, vel *fibi tribuentis aliquid.* 1 Cor. 7, 40. *wenn jemand wähnt.* Θρησκος (frequentius θρησκευτης) *Hef.* ευσεβης, δεισιδαιμων, i. q. paullo ante ποιητης λογου, *pius, religiofus (ein re-*

αγωγῶν γλῶσσαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπατῶν καρδίαν

ligiöſer Chriſt). Syrus et Arabs. *miniſtrans Deo.* Nusquam hoc voc. niſi hic legitur. Μη χαλιναγωγων γλωσσαν αυτου, i. e. και ὁμως ου χαλιναγωγει γ. α. vel ταχυς εστι εις το λαλησαι. v. 19. Χαλιναγωγειν, et *fraenare,* ab equis freno domandis ad *linguam cohibendam* transferre ſolent tam Graeci (*Plut.* ſymp. l. 1. qu. 1. de puer. ed. 15, 7. *Eurip.* in Bacch. v. 385. Alia adhuc exempla dabunt *Loesnerus* et *Kypkius* in h. l.), quam Latini (*Cic.* Verr. 3, 57. *Liv.* 30. 14.), plane vt nos: *ſeine Zunge im Zaume halten,* niſi forte ex hoc ipſo loco haec ipſa loquendi ratio in ſermonem quotidianum translata fuerit. Vulgaris formula eſt κρατειν γλωσσης, *linguae temperare.* Videtur autem Iacobus h. l. non tam nimiam Iudaeorum procliuitatem ad *imprecationes* et *maledicentiam,* quam *ad docendum,* et *ad obtrectandos ſecus docentes pruritum,* vt v. 19-21. in animo habuiſſe. Αλλ' απατων καρδιαν αυτου (פתה לב Iob. 31, 27.), ſc. εστι, ex perpetuo Hebraeorum more, participiis pro verbis finitis vtendi, pro αλλ' απατᾳ την κ. α. i. e. ἑαυτον, i. q. παραλογιζομενος ἑαυτον v. 22. *ſibi ipſe fucum facit,* ſc. eo, quod nimiam *docendi licentiam,* et *linguae intemperantiam* pro vera θρησκεια habet, quae tamen nonniſi *factis egregiis* conſpicua eſt. Iam vero *Carpzovius* cum *Benſono* verba αλλ' — αυτου ad apodoſin referunt ita, vt αλλα ſit *ſane, profecto,* hebr. אכן, et ſenſus prodeat hic: *profecto, iſte decipit ſemetipſum;* ſed, vt praeteream hoc, rariſſimam eſſe hanc vocis αλλα ſignificationem, vocabulo τουτου clare diſtinguitur apodoſis a protaſi, ita, vt verba αλλ' — αυτου aperte ad protaſin ſint reiicienda. Quodſi verb iam inde a verbis αλλ' etc. incipere debuiſſet apodoſis, Iacobus certe accommodate ad τουτου etc. ita dixiſſet: ουτος απατ. τ. κ. α., και ματαιος εστιν ἡ θ. αυτου. cf. v. 25. vbi ουτος — ουτος eodem modo ſeſe excipiunt. Τουτου, pro τοιουτου. Θρησκεια i. q. ευσεβεια, *pietas, cultus divinus omnino,* quippe de quo verba θρησκευω et σεβομαι inprimis adhiberi ſolent. Ματαιος ſc. εστι. *Is fruſtra iactat religionem religionisque ſcientiam, quippe inanem illam et in mera opinione poſitam, niſi agendo ſpectetur.* cf. v. 27. (Plura de voc. ματαιος vid. ad 1 Petr. 1, 18.). Ceterum haec ver-

27 αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἡ θρησκεία. θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, αὕτη ἐστὶν, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας

borum constructio maiorem habet vim, ac si dixisset Iac. τουτου ἡ θρησκεια ματαιος εστι.

27. Θρησκεια subint. γαρ. Καθαρα και αμιαντος, sunt synn. et opponuntur voc. ματαιος v. 26. *sincera et genuina religio*, vel *religio ab omni superbia, quae nimiae isti ad docendum procliuitati forsan suberat, aliisque vitiis* (ad macularum, animo seu cordi adspersarum, similitudinem reuocari solitis) *remota*. Παρα τῳ θεῳ, ex hebr. בעיני יהוה, vel לפני יהוה, i. e. *ex ipsa Dei sententia*, additur vocabulis καθ. κ. αμ. ad vim eorum augendam. Και πατρι, subint. παντων vel ἡμων. Αὑτη, pro τοιαυτη, per se quidem redundat, sed, ex emphasi hebr. (qualis e. c. latet in הוא Gen. 3, 12.) ad orationis grauitatem facit, vt οὑτος v. 25. Επισκεπτεσθαι vt פקד, proprie est *visere, visitare*, deinde vt et h. l. *prospicere, inopiam aut calamitatem alicuius leuare*. Luc. 1, 68. Matth. 25, 36. 43. Luc. 1, 68. alibi, quod alias exprimitur per επιλαμβανεσθαι τινος. *Phavor.* επισκεπτομαι· το προμηδευομαι, και κηδομαι τινος.

Ορφανους και χηρας, ex hebr. יתומים ואלמנות pro *hominibus infelicissimis* omnino Ps. 68, 6. et saepissime alibi. Αὑτη εςτιν επισκ. etc. pro αὑτη κατεχεται εν τῳ επισκεπτεσθαι, και εν τῳ τηρειν κ. τ. λ. Ασπιλος Hes. καθαρος, αμωμος, i. q. αμιαντος Eph. 5, 27. et ασπιλον ἑαυτον τηρειν, *purum*, i. e. *immunem se conseruare*. Απο του κοσμου, quasi απο των του κοσμου μιασματων (vid. supra ad καθαρα). Praecipuae vero vocis κοσμος in N. T. significationes hoc potissimum ordine sese excipere videntur, vt proprie sit *ordo*, inde *mundus*, inprimis vero *terra* et *res terrenae omnes*, quippe in quibus summus cernitur ordo. Hinc ad *homines omnino*, potissimum vero ad *homines improbos* in N. T. restringitur. Iam vero alii verba ασπ. — κοσμου vertunt: *fugere omnem cum improbis consuetudinem*, alii vero, *purum se seruare a rebus terrenis*, i. e. *a nimio rerum terrenarum siue diuitiarum amore*; quae quidem explicatio cum cohortatione illa, vt viduis orphanisque succurrant, arctius cohaerere videtur; nisi ver-

ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου.

'Αδελφοί μου, μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε II.

ba noſtra ad eam hominis indolem referri malueris, qua, *humi non defixus, neque rationem cum terra habens, ſpretis potius rebus omnibus, quae ſenſus afficiunt, nonniſi animum emendandum et perfectiorem reddendum curat;* ita vt vera pietatis natura (ordine verborum inuerſo) ad *aſſiduum animi excolendi ſtudium, bene et egregie factis conſpicuum* idque ab επιθυμιαις κοσμικαις (Tit. 2, 12.) *iſtaque* του κοσμου και των εν τῳ κοσμῳ αγαπῃ και φιλιᾳ (infra 4, 4. et 1 Ioh. 2, 15.) *prorſus alienum*, hic reuocetur. Tenendum eſt ſcil., vnam virtutem, quae in praecipuis habebatur, (vt in Iſraelitarum *Deum colentium* denominationibus אהבי יהוה, יראי יהוה, חסים בו, et ad *pios* Chriſtianos transferri ſolitis), pro *pietate vniuerſa* et beneficientiam potiſſimum pro pietate *factis declarata* poni ſolere. Matth. 25, 34 ſqq.

Cap. II. 1–4. Iacobo in fine Cap. praec. Chriſtianos hortanti, vt pauperibus inprimis proſpicerent, *turpe illud partium ſtudium quo divites pauperibus praecipue in ſynagogis praeferri ſolebant*, in mentem veniſſe videtur, a quo iam nunc dehortatur Chriſtianos. vid. ſupra ad 1, 9. Προσωποληψια, προσωποληπτειν, et προσωποληπτης, ab Helleniſtis formantur ex hebr. נשא פנים iuſto magis ad verbum translatis. Προσωποληψια autem dicitur vitium illud, *dum eleuamus* ſ. *magni facimus* (נשא) *conditionem alicuius externam* (פנים), i. e. *dum fauemus alicui, propter formae vultusque pulcritudinem, veſtium ſplendorem, diuitiarum multitudinem, ſiue omnino propter externam quandam dignitatem, neglecto eo qui hisce deſtituitur.* Plurali autem forma vtitur Iacobus, quatenus tales perſonarum reſpectus iam *a pluribus* in coetibus religioſis habitos eſſe audiverat. Πιστις του Κυριου, pro πιστις εις τον Κυρ. i. q. πιστις 1, 3. *doctrina chr.* Iam vero Iacobum verbis μη – Κυρ. *fidem cum perſonarum ratione iungendam eſſe negare*, interpp. ſenſerunt omnes, pauci viderunt, ita vt vel ipſe *Morus*, verba noſtra, quae duriora iudicat, re ipſa

τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς

monente, ad ſenſum illum liberius reuocanda eſſe auctor exſtiterit. Veterum tamen nonnulli, εχειν pro κατεχειν *cohibendi* ſignificatione ſumentes, reddi voluerunt: *nolite religionis chr. propagationem profopolepſia fouenda cohibere, ita vt pauperes a vobis ſpreti eam deferant*; quo tamen ſenſu κατεχειν quidem 2 Theſſ. 2, 6., non item vero εχειν in N. T. legitur. *Hottingerus* ex dicendi formulis: εχειν τινα εν οργῃ (*Thucyd.* 2, 18.) *ſuccenſere cui*, εχειν εν αιτιαις *culpare quem*, εχειν εν επιγνωσει Θεον pro επιγινωσκειν Θεον Rom. 1, 28., et verba noſtra πιστιν εχειν εν προσωπολ. ſumi vult pro προσωποληπτειν εν τῃ πιστει, *perſonarum reſpectum habere in religione*; quae tamen, ſi quid video, ad ipſam formularum iſtarum normam reddi deberent: *partibus religionis nimium ſtudere*; id quod, vti ex ipſa vocis προσωπολ. natura atque ſtructura ſic exprimi nequit, ita etiam a loci n. contextu abhorret. Equidem olim, εχειν pro κατεχειν *retinendi* ſignificatione hic obtinere ratus (1 Tim. 1, 19.) ex *inuerſione* locum intellexi, ac ſi ſcripſerit Iacobus: μη εχετε τας προσωπολ. εν (ſ. ἁμα συν) τῃ πιστει, i. e. μη, καιπερ πιστευοντες, ὁμως προσωποληπτειτε. (vt et Rom. 1, 18. την αληθειαν εν αδικιᾳ κατεχειν ſibi vult: την αδικιαν εν αληθειᾳ κατεχειν. coll. 2 Tim. 1, 13.) *nolite vna cum religione, (meliora vos edocente), retinere illa partium ſtudia.* Sed vix opus eſt hac verborum circumductione, cum ex ea, qua proſtant, conſequutione, praeeunte *Storrio*, probantibus *Roſenmullero*, *Stolzio*, al., tributa voci μη interrogandi vi, ſenſum fundant tam propriae verborum ſignificationi, quam nexui conuenientiſſimum hunc: *poteſtisne, ſi partium ſtudio ducamini, pro veris cultoribus Domini haberi?* quaſi ſcripſiſſet Iacobus: μη δυνασθε, ἑως οὐ προσωποληπτειτε, πιστιν εχειν ſ. πιστευειν; (v. 14. 18.) Neque tamen reticeam, annon Iacobus, ex frequenti vocum εν et εις commutatione, vel prohibuiſſe vel interrogaſſe putari poſſit ſic: *non accepiſtis* vel *num accepiſtis doctrinam chr.* (εις προσωπ.) *ad perſonarum reſpectum habendum?* quod ſibi vellet: *nolite ea abuti ad partium ſtudium fouendum.* Της δοξης alii, vt *Michaelis*, cum *Itala antiqua* referunt ad προσω-

δόξης; ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ἀ

πολ. vt fit *admiratio cultusque hominum fecundum externum fplendorem;* fed vti haec vocc. magno internallo diftant, fic illa της δοξ. notio iam latet in voc. προσωπολ.: alii, praeeunte *Syro,* πιστιν της δοξ. iungunt, vt exprimatur *religionis praeftantia interna;* nifi vitandae falebrofae orationis caufa Iacobus tunc iunxiffet: πιστιν δοξης, vel dixiffet, πιστιν ενδοξου του Κυριου κ.τ.λ.: alii denique iique plurimi Κυριου της δοξ. f. ενδοξου invicem iungi et religionem *Domini I. C. fumma maieftate confpicui* intelligi malunt 1 Cor. 2, 8. 2 Cor. 3, 9.; quorum tamen nonnulli ante της δοξης animo repetendum effe exiftimant ανδρος vel Κυριου, vt *Arabs* in Polygl. editus: *Domini noftri I. C., Domini gloriae;* fed quid impedit, quo minus της δοξ. cum proximo Χριστου iungamus? Addidiffe autem videtur Iacobus verba της δοξ., fiue ad πιστιν fiue ad Κυρ. I. X. ea retuleris, vt graui aculeo pungeret iftam Chriftianorum peruerfitatem, quae in fummo licet vel religionis vel auctoris religionis fplendore, omne externae conditionis discrimen obfcurante, fratrum tamen dignitatem ex huius ipfius discriminis modulo metiri haud erubefceret.

2—4. Exemplo illuftratur, quale προσωποληψιας genus Iacobus h. l. in animo habeat. Γαρ, vt Rom. 7, 2. *exempli gratia*, nam, qui dialectices artibus non imbuti funt, particulis fenfu non conftanti vtuntur. Συναγωγη vfu quidem receptum eft pro coetu Iudaeorum hebr. עדה, קהל, מחול, חיל, עם, fed hinc quoque cum ad *coetum Chriftianorum ipfum* tum ad *locum illum in quem hic coetus cogebatur*, transfertur, nam honoratiora et viliora commemorantur fubfellia. Praeter hunc locum vox συναγωγη quidem hoc fenfu haud amplius occurrit, fed quidni, fuadente orationis ferie, vocabulum hoc, vt multa alia, a Chriftianis olim Iudaeis (quales in hac ep. intelligendi funt). ad facra fua translatum effe ftatuamus? nifi vocem hanc ex vfu loquendi Effenorum repetere malueris: cf. *Philo* q. omn. prob. lib. p. 877. ed. Paris 1640. Εις ιερους αφικνουμενοι τοπους, οι καλουνται συναγωγαι, καθ' ηλικιας εν ταξεσιν απο πρεσβυτεροις νεοι καθεζονται. Non differt igitur συναγωγη h. l. ab εκκλησια 5, 14. επισυναγω-

ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ,

γη Hebr. 10, 25. προσευχη Act. 15, 11. 16, 13. Chriſtiani vero priores, templis, ſoli cultui diuino deſtinatis, adhuc carentes, in priuatorum conuenerunt domibus, e. g. Corinthi in aedibus Caii, Rom. 16, 23., (Eiusmodi ecclesiae dicebantur εκκλησιαι κατ' οικους. Rom. 16, 4. 1 Cor. 16, 19. Col. 4, 15. Philem. 2.). Poſt Iudaeos autem maximam partem conuerſos (vix autem iam Iacobi aetate), ſynagogas quoque Iudaeorum Chriſtianis dedicatas eſſe conuentibus, probabile eſt. cf. *Vitringa* de ſynag. Vet. 1, 3. 2. p. 448 ſqq. Iam vero *Hammondus*, et qui eum ſequuntur, *Herderus*, *Storrius*, alii, vocabulis προσωποληψια v. 1. υποποδιον v. 3. κριται v. 4. κριτηριον v. 6. (neutiquam tamen, ad ſolos *iudices* reſtringendis, vid. ad comm. ipſa) adducti, h. l. ſynagogam non tam *Dei colendi*, quam *controuerſiarum, inter Chriſtianos exortarum, dirimendarum cauſa* conuocatam, intelligendam eſſe exiſtimant. Sed quamuis iudicia ciuilia, Romanorum indulgentia, ſalua manſerint Iudaeis, poenasque leuiores a reis ſumere in ſynagogis ipſis licuerit (Matth. 10, 17. 23, 34. Act. 22, 19. 26, 11. Marc. 13, 9.); eandem tamen poteſtatem Chriſtianis etiam, et praecipue iis, qui ex ethnicis collecti erant, factam eſſe, ex 1 Cor. 6, 1—6. vbi de ſolis arbitris, qui inter fratres et fratres iudicare poſſint, ſermo eſt, vix certo colligi poteſt. Accedit, quod Iacobus, ſi de accuſatis vel reis locus intelligi deberet, nimis generaliter pronunciaſſet illa: εαν εισελθη εις τ. συναγ. ανηρ etc. Quare nos quidem *ſynagogam ad ſacra Chriſtianorum celebranda coactam* h. l. intelligimus. Ανηρ, איש, pro τις vid. ad 1, 23. *aliquis*, ſiue Iudaeus, ſiue ethnicus, vt patet ex v. 6. 7. Vti enim ethnicis aditus ad ſynagogas Iudaeorum patuit (Act. 14, 1. alibi), ſic etiam licuiſſe Iudaeis et ethnicis ingredi in conuentus publicos Chriſtianorum, discimus etiam ex 1 Cor. 14, 25. Ανηρ χρυσοδακτυλιος, i. q. δακτυλιους χρυσους Φορων, vel εχων, *qui digitos annulis aureis ornatos habet*, vel *annulis aureis ſuperbiens*, qui erat mos hominum bene nummatorum, qualem inducit *Lucian* in Nigr. των δακτυλιων πληθος εχων. Sic et *Arrian* in Epict. 1, 22. ηξει ανηρ πολιος, χρυσους δακτυλιους εχων πολλους. et *Seneca* n. qu.

εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα 3

7, 31. *Exornamus annulis digitos, in omni articulo gemma disponitur.* Eleganter Iacobus voc. χρυσοδ. compofuit ad inftar χρυσοχειρες *Luciani* in Tim. et ῥοδοδακτυλον *Homeri* (Il. α. 477. et alibi.) χρυσοζωνος, χρυσοθρονος, (Il. α. v. 611.) χρυσοζυγος, χρυσοεθειρος, χρυσοπλοκαμος (*Hom.* hymn. in Sol. v. 15. et in Apoll. v. 205 fqq.). Λαμπρος dicitur quisque *color fplendidus* feu *fulgidus*, fiue fit *ruber* Luc. 23, 11. fiue *albus*, fiue *alius generis*. De *veftibus* autem vbi vfurpatur, inprimis vbi, vt h. l., τῳ ῥυπαρῳ opponitur, *album* potiffimum colorem defignat, cui h. l. *honoris* ineft fignificatio, quia ανηρ — εσθητι ad ανδρος πλουσιου periphrafin fpectant. cf. Luc. 16, 19. 23, 11. coll. Marc. 15, 17. Ier. 4, 30. *Thom. Mag.* λαμπρα εσθης, inquit, καλλιον λεγειν η λευκη. Εσθης λαμπρα igitur i. e. q. εσθης λευκη, (qua induti ad facra accedere folebant veteres. Apud *Theophr.* Charact. cap. 21. qui facrificauit Matri Deum, παρεσκευασμενος λαμπρον ἱματιον incedit, vbi plura dabit Cafaub. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 13.

Cafta placent fuperis, *pura* cum vefte venito.) Εσθης ῥυπαρα, ex opp. eft *veftis fordida* i. e. *vilis, abiecta*, qua apparet πτωχος, quem Ap. fibi finxiffe videtur, vt virum bonum, notitiae cultus chr. confequendae caufa fynagogam ingreffum v. 5. eumque oppofitum ανδρι χρυσοδ., illuc venienti, non vt discat, fed vt cultus externi fplendore confpiciendus fit et Chriftianorum illudendorum materiam colligat. v. 6. 7.

3. Επιβλεψητε fuppl. εαν. Επιβλεπειν vero vt βλεπειν, εποπτεσθαι, εφοραν ap. Graecos, *fufpicere*, *afpicere*, *afpectare*, ap. Latinos (e. g. *Virg.* Aen. 2. v. 690. *Cic.* de div. 9, 26.) et ראה ac שעה ap. Hebraeos, h. l. emphatice fumendum eft, vt fit: *cum admirationis feu reuerentiae fenfu intueri.* Cf. *Palairet* obff. phil. p. 152. et 181. *Krebf.* obff. Flav. p. 98. Επι — λαμπραν, pro επι του πλουσιου. Συ καθου κ. τ. λ. In toto hoc loco fupponendum videtur, in ecclefiis Chriftianorum, ad inftar fynagogarum Iudaeorum (*Vitringa* de Syn. Vet. l. 1. c. 9.) et Effenorum (vid. lo-

τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε "Σὺ κάθου ὧδε καλῶς"· καὶ τῷ πτωχῷ εἴπητε "Σὺ στῆθι ἐκεῖ, ἢ κάθου

cum *Philonis* ad v. 2. allatum), diſtincta fuiſſe ſubſellia alia aliis honeſtiora, et iam Iacobi aetate, ſaltem inter eos, ad quos haec ſcribit, adfuiſſe in eccleſiis diaconos ſ. miniſtros, qui Iudaeis et ethnicis (nam Chriſtiani ipſi ſubſellia τῃ ἡλικιᾳ vel ταξει ſuae deſtinata haud dubie iam nouerant), iisque modo ſola noua cognoſcendi ſtudio, modo vera ad rem chriſtianam propenſione ad ſynagogas chr. frequentandas allectis, loca aſſignarent. *Auctor* ſaltem *Conſt. apoſtol.* l. 2. c. 56. ordinem quemdam ſedendi vel ſtandi poſtea in eccleſiis receptum ita deſcribit: "*Iuniores ſeorſum ſedeant, ſi locus ſit; alioquin ſtent recti,* aetate vero profectiores *ſedeant* εν ταξει. *Sed* τα παιδια εστωτα *patres eorum aut matres ſecum habeant; porro* adoleſcentulae *ſint ſeorſum, ſi locus fuerit; ſin ſecus, ſtatuantur pone mulieres* — virgines, viduae, anus. — *Diaconus ſtet locis prouiſurus, vt vnusquisque ingredientium locum proprium occupet, nec in introitu conſideant.*" Συ — καλως iam eſt hominis diuitem ſuſpicientis oratio κολακευτικη. Συ igitur eſt δεικτικον.

Ὡδε *hic*, locum propiorem ſignificat (*hier oben an*). Καλως *honorifice datum*, pro εν τουτῳ τῳ καλῳ ſ. ενδοξῳ τοπῳ, *in loco illo conſpicuo;* vnde ap. *Aelian.* v. h. 2, 13. εν καλῳ του θεατρου καθησθαι. Στηθι, opponitur τῳ: καθου. Εκει, *illic*, vi oppoſ. ὡδε, locum *remotiorem* indicat. (*dort unten hin*). Η καθου, ita circumſcripſerim: η, εαν θελῃς καθεζεσθαι, καθου. *Oder, wenn du ja ſitzen willſt, ſo ſetze dich* etc. Ὑπο ὑποποδιον, vel eſt επι, ſ. εν τ. ὑπ. *in ſcabello ipſo*, vel *infra ſcabellum humi*, vt ſpectet ad morem Iudaeorum, quo diſcipuli, humi in panno expanſo ad pedes magiſtrorum ſedentes, praecepta eorum accipere ſolebant. Sic ad pedes Ieſu ſedebat Maria Luc. 10, 39. Paullusque iuuenis ad pedes Gamalielis Act. 22, 3. Sic miniſtri eccleſiae, praeſidibus haud prohibentibus, pauperes, qui nil prae ſe ferrent externi ſplendoris, neglexiſſe, diuites vero, cultu ſplendido oculos perſtringentes, ſedulis ſtudiis proſequuti fuiſſe videntur, quo facilius eos ad ſocietatem ſuam pertraherent, quam mirifice colluſtraturos eſſe perhibebant;

ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου" — καὶ οὐ διεκρί- 4

VARIAE LECTIONES.

4. Και prius omittunt A B C. 13. ap. *Mill.* 14. 36. 38. 68. 69. 73. 95. in marg. et *Barb.* 4. *Syr. vtr.*, *Erp. Copt. Aeth. Arm. Vulg. corb. Aug. Cyr. Antioch. Aug.* Omiſſio vocis in codd. forſan inde orta, quod ſcribis hic ſenſu carere videretur; in verſſ. vero, quod interpp. eam h. n. a linguae ſuae idiomate alienam deprehenderent.

cui quidem vitio, προεδριαν non ex virtutibus ſed ex divitiis concedendi, Ap. hic occurrere ſtudet. Dignus qui conferatur locus *conſt. Apoſt.* l. 2. c. 58. in quo tamen conſcribendo *an*, et *quatenus* auctor ad locum noſtrum reſpexerit, lectorum iudicio equidem permitto: "Quodſi, cum ſedetur, vir quispiam ſuperuenerit honeſtus et in ſeculo clarus, ſiue eiusdem regionis: tu, Epiſcope, dum de Deo ſermonem habes ad plebem, aut dum audis eum qui pſallit, vel legit, ne per acceptionem perſonae relinquas verbi miniſterium, vt illi locum inter primas ſedes conſtituas: verum quietus mane, nec interrumpe ſermonem tuum vel auditionem. Fratres vero eum per diaconos recipiant: atque ſi locus deſit, diaconum omnium iuniorem prudenter, non autem praefracte loco movens, honoratum illum ſedere faciat: cui aequum eſt vt alter fraternae caritatis ſtudioſus cedat ſponte. Quodſi renuerit, vi motum poſt omnes colloca, quo etiam caeteri diſcant honoratioribus concedere. Cum autem pauper, vel ignobilis, vel peregrinus, isque ſenex aut iuuenis, interuenerit, ſedibus occupatis, iis quoque diaconus ex toto corde locum faciet: vt non gratificatio eius homines ſpectet, ſed Deo acceptum fiat miniſterium eius." Vid. *Cotelerii* patres apoſtol. Vol. I. p. 266. 267. *Plut.* de Adul. p. 58. C. Ὁρᾳν εστιν αυτους ἑδρας τε τας πρωτας εν ακροασεσι και θεατροις καταλαμβανοντας, ουχ ὁτι τουτων αξιουσιν αυτους, αλλ' ὁπως ὑπεξανισταμενοι τοις πλουσιοις, κολακευωσι.

4. Varie hoc comma cum antecedentibus *iungi* et explicari ſolet. Potiora huc redeunt. *Io. Aug. Erneſti* in Bibl. Th. Vol. 7. p. 11. ante ου διεκρ. et εγεν. eodem modo, vt ante επιβλ. et ειπ. v. 3. εαν ſupplendum eſſe exiſtimat, ita vt v. 2. 3. 4. protaſin contineant, et poſt

θητε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν

v. 4. apodofis mente fupplenda fit fere haec: κακῶς ποιεῖτε, quemadmodum additum fit v. 8. καλῶς ποιεῖτε. Obftat tamen forma indicatiua verborum διεκρ. et εγεν. cum qua ἐὰν, falùis grammatices praeceptis, iungi nequit. *Alii*, iique pluri-mi, partic. καὶ initio huius commatis vel reprobantes vel retinentes, verfu hoc commatum 2 et 3. apodofin contineri arbitrantur. Quo minus tamen ita iungam, obftat prius καὶ, ex argumentis criticis haud reiiciendum (vid. var. lect.). Quare mihi quidem hoc comma *vel* omnino non cum antecedentibus iungendum videtur, ita vt poft v. 3. apodofis quaedam, fiue ea quam *Ernefti* poft v. 4. demum fuppleri voluit, fiue alia fubintelligenda fit: vel, fi iungendum eft, quod praefero, anacoluthon, quod vocant, e nimia protafeos longitudine, fiue ex animi ardore, quo, προσωποληψίαν hanc defcribens, corripiebatur Iacobus, oriundum, in verbis latere exiftimauerim; quamobrem lineolam transuerfam more noftro in fine v. 3. pofui. Vtrum vero hoc comma cum interrogatione enuntiaueris nec ne, fenfum plane non mutat.

Sunt quidem qui interrogationem ob vocem καὶ h. l. admittendam effe negent, fed faepius καὶ (γὰρ etiam Matth. 27, 23.) interrogationis exprimit vehementiam vt lat. *en igitur, vero*, noftrum *nun*, *aber* etc. e. g. Luc. 10, 29. καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; *ecquis igitur*, vel *ecquis vero* eft propinquus meus? Nun *wer ift denn aber mein Nächfter?* Idem fervor Paulli eft 1 Cor. 5, 2. Cf. etiam *Xenoph.* Cyrop. l. 4. p. 72. ἔφη, καὶ πῶς ἐγὼ εὕρησω ἐκείνους (vid. *Kypke* in Luc. 10, 29. *Krebs* et *Loesner* ad Marc. 10, 26.). Praefero equidem *interrogatiue* hunc v. enuntiari, quod Cap. hoc affectu plenum interrogationibus abundat. *Ipfa* vero huius loci *interpretatio* a vi vocis διακρίνεσθαι pendet, quam *alii* reddunt ad verbum *iudicari*, *condemnari* (κατακριν.), vt fenfus prodeat hic: *an non ftatim indicamini in animis veftris, dum ipfi de aliis iudicatis?* i. e. *an non ftatim reclamat animus vefter, et tacite condemnat factum veftrum?* *Storr*, eandem verbo διακρ. vim tribuens, alterum καὶ, vt interdum ו hebr., per *quod*, et ἐν ἑαυτοῖς per *a vobismet ipfis* reddit, vt

πονηρῶν; ἀκούσατε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, οὐχ 5

fenfus fit: *Nonne iudicati eſtis a Vobismetipſis, quod euaſeritis iudices praui?* *Impotente illa diuitis admiratione ipſi prodidiſtis, quales iudices ſitis, et quam iuſta a vobis exſpectari queat ſententia.* Alii, διακρίνεσθαι vertunt *haeſitare, dubitare* (quaſi *in diuerſas partes trahi*), vel *discepta-re*, quia haec inter fe funt coniuncta; nam qui dubitat, fecum quoque difceptat. Tunc fententia eo redit: *Et non dubitaſtis apud vosmetipſos?* i. e. *nullusne adeo ſcrupulus, nullaque dubitatio mentibus veſtris iniecta eſt, quo minus tam temere ad praeferendum ſplendidiorem hominem teuiori abripiamini?* cf. c. 1, 6. Marc. 11, 23. καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Rom. 4, 10. οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ. 1 Cor. 14, 29. LXX. Ez. 17, 20. 20, 36. Confirmatur haec fignificatio *Heſychii* auctoritate διεκρίθη explicantis per ἐμερίσθη, ἐδίσταζεν, ευλαβήθη. Quae quidem huius loci interpretatio mihi quidem cum N. T. et inprimis huius epiſtolae (c. 1, 6. 3, 17.) loquendi vfu maxime videtur confentanea. *Alii* denique διακρίνεσθαι actiue reddunt per *diſcernere, alterum alteri praeferre,* fed *diſcri-mine iniuſto et illegitimo,* vt Horatianum illud: *ſecernere populo,* Od. 1, 1. 32. cf. Act. 15, 9. 1 Cor. 11, 29. Iud. 22. et magnam exemplorum copiam actiuae fignificationis verbi paffiui διακρίνεσθαι *Ienſius* congeffit in lect. Lucianeis l. 2. c. 15. p. 247. Tunc fenfus oritur hic: *nonne partibus nimis addicti, alterum alteri in animis veſtris poſthabetis?* Perit autem interrogatio, fenfu ceterum non mutato, fi, quod plurimi praecipiunt, hanc interpretandi rationem ineuntes, verba καὶ οὐ (vtique tamen retinenda, vid. var. lect.) omiferis. *Knappius* vero ἐν ἑαυτοῖς, ne frigide addita fint, pro ἐν ἀλλήλοις 1 Theff. 5, 13. Iud. 20. accipiens, vertit: *nonne diſcrimen facitis inter vosmetipſos?* Malim tamen ἐν ἑαυτοῖς accipi pro ἐν καρδίᾳ ὑμῶν Marc. 11, 23. quod, vt ἐνὶ φρεσὶ apud *Homerum,* faepiffime abundat. Sic et *Cicero* Off. l. 1. c. 32. *Herculem,* ait, *diu fecum multum dubitaſſe, vtram viam ingredi melius eſſet?* Κριταὶ h. l. non fenfu iudiciali f. forenfi accipiendum videtur, fed κριταὶ, ex propria vocabuli fignificatione, hic dicuntur ii, *qui diſcernunt,* vel *aeſtimant.* Sic et nos:

ὁ Θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τοῦ κόσμου,

VARIAE LECTIONES.

5. Pro του κοσμου habent εν τῳ κοσμῳ τουτῳ 29. *Vulg. Aug.* et εν κοσμῳ 43. 64. item 27. (fine dubio ex interpretam.) — τουτου poſt κοσμου omittunt ABCG. 13. 25. 31. 36. 40. 43. 57. 61. 68. 69. 81. 95. al. 31. *Matth.* a. al. 9. *Ed. Syr. vtr. Ar. Copt. Arm. Slav. ms. corb. Theoph. Oecum.* in comment. (Facile excidere potuit vox τουτου cogitanti de hebr. עולם הזה.)

In der Sache kann ich nicht Richter ſeyn, pro: *die Sache kann ich nicht beurtheilen.* Κριται εγενεσθε, paronomaſiae cauſa cum διεκριθητε, poſitum et i. e. videtur q. διακρινετε. Διαλογισμοι, hebr. מחשבות ſ. מזמות, dicuntur omnino *ratiocinationes* ſ. *cogitationes;* interdum etiam κατ' εξ. *cogitationes prauae*, Luc. 5, 22. 6, 8. Rom. 1, 21. 14, 1. quo minus dubitari poteſt, διαλογισμους, cum hic diſerte πονηροι vocentur, h. n. eſſe *peruerſa iſta principia, dignitatem alicuius externo ſplendore metiendi.* Κριται διαλ. πον. *iudices prauarum cogitationum*, ex hebraismo ſunt κριται, quaſi εκ διαλ. πον. *qui iudicant ſecundum praua principia, iudices male ratiocinantes, ex veſtitu nimirum ad animum*, i. e. κριται πονηροι, vel κρ. πονηρως ſ. αδικως διαλογιζομενοι. Bene *Oecumenius:* αδικοι κριται τῃ πονηρια εκ προσωποληψιας προσθεμενοι. Κριται εγ. διαλ. πον. igitur i. e. q. πονηρως διακρινετε. Και vero reddendum eſt vel per ὁτι, vt hebr. ו Gen. 47, 6. in ויש, vel per εαν. Verterim: *Aber ſiehet ihr denn ſo gar nicht bey euch* (εν ἑαυτοις) *an*, und *beurtheilet andre*, i. e. daſs *oder* wenn *ihr andre nach ſo ungerechten Grundſätzen beurtheilet?* Iam και ου — πονηρων poſita videntur pro: και ουκ αδιακριτως και πονηρως διακρινετε εν ἑαυτοις; Simillima, annotante *Meyero*, phraſi noſtrae eſt locutio Alexandr. Ier. 4. 14. διαλογισμοι πονων σου, hebr. מחשבות אונך. Parum vero huc pertinere videtur Pſ. 139, 20. *Wetſtenio* vero et *Elsnero* κριτην γινεσθαι πραγματος τινος eſt: *approbare aliquam rem*, dum locum noſtrum reddunt ſic: *et ſine vlla dubitatione apud animum veſtrum ſtatuiſtis, et iniquas iſtas cogitationes approbaſtis:* prouocante vtroque ad *Polyb.* p. 846. Διοπερ ηξιουν τον Ποπλιον αυτον κριτην γενεσθαι των λεγομε-

πλουσίους ἐν πίστει, καὶ κληρονόμους τῆς βα-

νων. Qui tamen locus, cum longe alium ſenſum admittat, ad hunc verſum explicandum vix quicquam facere videtur.

5-7. Iam id agit Iacobus, vt argumentis demonſtret, quam iniquum ſit illud partium ſtudium, cum illi ipſi pauperes, quos contemtui habeant, Deo, qui ab omni cupiditate alienus ſit, inprimis cari et accepti, divites vero, quos ſummo honore proſequantur, ii ipſi ſint, a quibus Chriſtiani acerrime vexarentur. *Semlerus* Iacobum h. l. ad Matth. 5, 3. ſ. 11, 5. Luc. 4, 18. reſpexiſſe contendit; recte negante S. V. *Staeudlino*, quia loca Matth. 11, 5. et Luc. 4, 18. praeter verbum πτωχοι nihil fere cum loco noſtro commune habent; Iacobi vero ſententiam haud ſimiliorem eſſe loco Matth. 5, 3. 4. quam alteri Luc. 6, 20. in aperto eſt. Ακουσατε, *animum attendite*, Matth. 11, 15. Ουχ h. l. partic. interrog. Εκλεγεσθαι, cum cognatis, εκλογη et εκλεκτος (non minus ac καλειν, κλησις, κεκλημενος), ad imitationem vocc. hebr. בחר, בחור, (קרא), quibus Hebraei dignitatem illam, quae ipſis prae aliis gentibus contigit, vt eſſent *populus Deo inprimis carus*, (quaſi *ex reliquis electus et inuitatus*, *qui eum coleret et viciſſim ab eo protegeretur*), exprimere ſolebant, Pſ. 105, 6. Ieſ. 45, 1. 2. a ſcriptoribus N. T. omnibus adhibetur, ad exprimendam *inſignem beneuolentiam diuin.* omnino Luc. 23, 35. eamque praecipue in conferendo *religionis chr.*, cum eaque coniunctae *felicitatis in regno Meſſiano olim obtinendae* beneficio conſpicuam. Eph. 1, 4. 1 Theſſ. 1, 4. (cf. exc. 2. in epp. Petr.). Non vrgenda igitur eſt notio *dilectus*, ſed mens auctoris eſt: *diuinae religionis beneficium ante alios obtigiſſe hominibus pauperibus*, quia hi, divitiarum et voluptatum illecebris haud ita irretiti, divitibus promtiores ſint ad accipiendam doctrinam chr. Πτωχους i. e. καιπερ. πτ. *quamuis pauperes*, vel potius αυτους τ. π. *ipſos pauperes; grade die Armen*, Πτωχοι του κοσμου, pro ſignificationum vocis κοσμος varietate (vid. ad 1, 27.) *vel* ſibi vult πτωχ. ενωπιον του κοσμου, *qui vulgo ab hominibus pauperes habentur*, vt et Paullus dicit: τα αγενη του κοσμου εξελεξατο ὁ Θεος 1 Cor. 1, 28.; *vel* ex op-

σιλείας, ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν;

pof. βασιλειας i. q. πτ. εν τῳ κοσμῳ τουτῳ, quod etiam in codd. quibusdam exftat (vid. var. lect.), *diuites in hoc mundo*, vid. ad 1, 27. h. εν τῳ αιωνι τουτῳ (בעולם הזה) *hoc aeuo viuentes*; hoc nexu enim κοσμος et αιων (עולם), κοσμος οὑτος et αιων οὑτος, ὁ νυν κοσμος et ὁ νυν αιων, in N. T. promifcue adhiberi folent. cf. 1 Tim. 6, 17. πλουσιους εν τῳ νυν αιωνι 1 Cor. 1, 20. σοφιαν του κοσμου τουτου, quam Paullus Cap. 2, 6. vocat σοφ. του αιωνος τουτου, (cf. *Kop-pii* exc. I. in ep. ad Gal.) *vel* denique intelligendi funt πτωχοι κατα τον κοσμον, *pauperes quoad huiusce mundi facultates*; quod praefero propter αντιθετον proxime infequens: πλουσιους εν πιστει, (i. e. κατα την πιστ. f. δια της π.) in quo, vt Rom. 8, 29. fupplendum eft ειναι, εσομενους, οντας, γενεσθαι (vid. fupra 1, 18. coll. Eph. 1, 4. Apoc. 14, 4.): *quo ditiores f. beatiores evadant per rel. chr.*, fiue: *vt religio inftar diuitiarum illis fit*. Amant N. T. fcriptores nexu etiam alio religionem chr., felicitatemque inde redundantem, cum *thefauro* comparare 1 Cor. 4. 7. 2 Cor. 6, 10. 1 Tim. 6, 17. Luc. 12, 33. Matth. 6, 19-21. et alibi.

Iam verbis και — βασιλ. Ap. declarat, quemnam πλουτον της πιστεως in animo habeat, nimirum την κληρονομιαν της βασιλ. Και Grotius abeffe malit, fed valere videtur vel δια τουτο, ac *proinde*, *eoque ipfo*, Marc. 9, 5. Act. 7, 34. vel τουτ' εστι Matth. 13, 41. Marc. 1, 15. Cf. *Hackfpan.* nott. phil. theol. P. 3. p. 18. et *Schleusneri* lexic. Κληρονομους itérum pro ὡστε ειναι κληρον. f. ἱνα κληρονομοι ὡσι, *vt participes fiant*. vid. ad verba πλουσ. ε. π. (Plura de voc. κληρον. ad 1 Petr. 1, 4. coll. 3, 9.). Βασιλεια abfolute pro βασ. του Θεου, f. των ουρανων, (i. e. του Θεου, του εν τοις ουρανοις) regnum illud, cui, redeunte vna cum aurea aetate et priftino illo Dei imperio, quo honorificentius animo concipi non poterat, Deum ipfum *regem fupremum*, Meffiam vero *vice regis fupremi* praefuturos effe perhibebant Iudaei, feu, vt paucis dicam, *regnum Meffiae*, idque terreftre quale Iudaeorum informaverat credulitas atque fuperftitio, ex finiftra oraculorum V. T. et praecipue benedictionum Abrahami interpretatione profecta; in cuius tamen locum Chriftus, explofis Iudaeorum de hoc

ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν; οὐχ οἱ πλούσιοι 6 καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς

regno nugis atque fomniis, piae virtuti perniciofiſſimis, altioris indaginis fententias furrogare conatur, inter quas ea, de *perfectiori*, *adeoque feliciori hominis fpiritualis in vita futura conditione*, de qua et h. l. cogitandum eſt, praecipue eminet. Matth. 5, 10. 19. 20. alibi. Vid. *Koppii* exc. I. in epp. ad Theſſ. et *Keilii* hiſt. dogm. de regno Meſſiae. Ἧς επηγγ. fc. per *prophetas* et praecipue per *Chriſtum* e. c. Matth. 5, 3. 19, 28. 25, 34: alib. Τοιςαγαπ. αυτ. vid. ad 1, 12.

6. Ὑμεις — πτωχον ad v. 5. adhuc funt reiicienda, addito interrogationis figno. Ητιμασατε pro ατιμαν δυνασθε f. τολματε, 1 Cor. 6, 1. ατιμαν autem valet εξουθενειν. Τον πτωχον collectiue pro τους πτωχους. *Et vos quaeſo pauperem, tot tantisque beneficiis a Deo ornatum, deſpicatui habere poſſitis? vel habere ſoliti eratis?* (nam et haec aoriſto vis competit); i. e. *nihil minus agatis.* Sequitur aliud argumentum, quo partium illud ſtudium reprehendendum eſſe docet Ap., idque ex divitum erga Chriſtianos moribus petitum. Ουχ iterum eſt *interrog.* Iungam fic: *nonne vero e contrario ſumma inſolentia comitari ſolet diuitias? plane* vt *Euripides:*

ὕβριν τοι τικτει πλουτος.

cf. *Plaut.* Aulul. act. 2. fcen. 2. Οἱ πλουσιοι *diuites omnino*, fiue ex Iudaeis, fiue ex ethnicis. Ουχ — καταδ. ita circumfcripferim: ουχ αυτοι οἱ πλουσιοι εισι, οἱ καταδ., *finds nicht gerade Reiche, welche* etc. καταδυναςτευειν vero, hebr. רדה et משל Prov. 22, 7. Hef. reddit βιαζειν, *vi opprimere, crudeliter tractare*, i. q. κατακυριευειν, κατεξουσιαζειν Matth. 20, 25. cf. Act. 10, 38. et apud LXX Exod. 1, 13. 6, 7. 1 Sam. 12, 3. Nehem. 5, 5. Ier. 6, 6. 7, 6. 22, 3. cf. de hac voce *Weſſeling* ad Diod. Sic. 13, 73. Ὑμων, a κατα pendet in καταδυν. quaſi dixiſſet Iacobus: δυναστ. κατ' ὑμων. Και αυτοι, iterum pro: και ουχι αυτοι εισι, οἱ ἑλκ. etc.: *et nonne ii ipſi ſunt, qui* etc. Κριτηριον fenfu forenſi modo *litem* fiue *controuerſiam in iudicio diſceptandam*, δικην, κρισιν, hebr. דין, modo, vt et hic, *locum*, *vbi iudicium exercetur*, ipfumque *tribunal*, et quidem h. n. iudicum *ethnicorum* deſignat. cf. 1 Cor. 6, 2. Ἑλκειν εις

7 εἰς κριτήρια; οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ κα-

κριτηρια vero, alias πνιγειν Matth. 18, 28. συρειν Act. 8, 3. eſt lat. *rapere in ius* ſc. *inuitum*, et quidem h. l. non tam *aeris alieni acerbius exigendi* (quae eſt *Hottingeri* ſententia), quam, ex proxime ſequentibus, *relictae auitae religionis cauſa.* cf. Prov. 22, 7. Sirac. 13, 1-23. Iac. 5, 4-6. Conſtat autem vel ex Act. ap. Chriſtianos, tanquam homines ſeditioſos, modo in ius raptos, modo in vincula coniectos et ad ipſum capitis ſupplicium haud raro ductos eſſe. Act. 13, 50. 8, 1 ſeqq. 12, 1 ſqq. Matth. 10, 18. 1 Theſſ. 2, 14.

7. Ουκ, αυτοι, vtraque vox eodem modo explicanda vt v. 6. Το καλον ονομα ſunt, qui ex hebr. שם de *perſona honoranda* intelligant; ſed *perſonam* επικαλεισθαι επι τινα Hebraei vix dixerint. Eſt potius ον. καλ. *nomen honorificum* ſ. *honeſtum* (vid. ad καλως v. 3.), ipſo *Cicerone* interprete, qui παραδοξον illud ὁτι μονον το καλον αγαθον reddit: *quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe.* Nomen illud vero non *Dei*, quod *Storrio* placet, multo minus *Naſiraeorum*, de quo *Herderus* (p. 49.) cogitat, ſed *Chriſti* eſſe putaverim, a quo primum Antiochiae, deinde in omnibus imperii Romani prouinciis, et omnino extra Palaeſtinam, omnes ad nouae huius doctrinae profeſſionem conuerſi nuncupati fuerant *Chriſtiani.* cf. Act. 11, 26. et *Suidas* επι Κλαυδιου inquit: βασιλεως Ρωμαιων εν Αντιοχεια μετωνομασθησαν οἱ παλαι λεγομενοι Ναζαραιοι και Γαλιλαιοι, Χριστιανοι. Etiam Petrus hoc nomine vtitur 1 ep. 4, 16. Το επικληθεν εφ' ὑμας, pro: εξ ου επικαλεισθε, vel επικλησιν εχετε, *e quo appellamini.* Hebraismum ſubeſſe *Grotius* iam vidit, ſiquidem Hebraei nomen eius, e quo appellamur, *ſuper nos vocari* dicunt cf. Geneſ. 48, 16. ויקרא בהם שמי 1 Reg. 8, 16. Ieſ. 4, 1. Ierem. 25, 29. Sirac. 36, 12. Βλασφημουσι, גדף, *diffamant, contumelioſis ſermonibus traducunt.* Videntur itaque fuiſſe inter diuites illos, qui eo procederent audaciae, vt in ipſum illud ſanctiſſimum Chriſti nomen maledictis inueherentur. Alii vero interpretes, et inter recentiores *Carpzovius*, *Storrius* alii, vt Iacobum de diuitibus Chriſtianis loqui arbitrantur, ita quoque voc. βλασφημειν, ſtudio magis re-

λὸν ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς; Εἰ μέν- 8

ceptae ſententiae, quam ex propria huius vocabuli ſignificatione, vertunt: *ita agere, vt religio chr. male audiat apud extraneos.* Totam huius commatis ſententiam illuſtrabit locus *Taciti* Annal. 15, 44. *Nero — quaeſitiſſimis poenis affecit, quos, per flagitia inuiſos, vulgus* Chriſtianos *appellabat. Auctor nominis eius, Chriſtus, Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat.* Ceterum, quae de diuitibus et pauperibus hic *vniuerſe* enuntiantur, ad *magnam* tantum *eorum partem* pertinere, vix eſt quod moneamus.

8. 9. *Ne autem, quae modo vos monendos cenſui male intelligentes, diuitem illum doctrinae chr. oſorem odio habeatis, ſolumque pauperem religionis chr. cultorem amore proſequamini; legem illam, quae nos quemuis hominem amare iubet, vobis commendatam volo, qua moniti discetis, diuitem illum, licet ei haud deneganda ſint communia iuſtitiae, humanitatis et comitatis officia, propter ſolas tamen diuitias potiori honore dignum non cenſendum, pauperem iſtum vero, ſingulari amore veſtro digniſſimum, non propter ſolam paupertatem poſthabendum eſſe.* Ει μεν excipitur ab ει δε v. 9. Ει μεν τοι pro τοιγαρουν, ει μεν etc. *Wenn ihr demnach* etc. Τελειν νομον i. q. ποιειν, τηρειν, φυλασσειν, ſ. πληρουν τον νομον, *legem obſeruare.* Νομος vero h. l. *praeceptum* denotat *ſingulare*, Rom. 7, 1-3. alias εντολη, λογος (דבר), vt e contrario εντολη interdum *totum legum Moſſ. complexum* ſignificat. Hebr. 7, 18. Dicitur autem hic νομος βασιλικος, non quia *regem*, quem *Deum* alii, alii *Chriſtum* eſſe volunt, (qui tamen hanc legem, Iudaeis olim iam latam, nonniſi iterum inculcauit), habet auctorem. Dicuntur quidem *Platoni* et *Xenophonti* νομοι βασιλικοι *leges a regibus latae*, id quod *Raphelius* et *Wetſtenius* magna exemplorum vi ad h. l. confirmarunt: quae tamen omnia altius videntur repetita, et ab h. l. non minus aliena ac hebr. illud רע המלך, quod alii ad hunc locum explicandum arceſſunt. Vocc. potius βασιλευς, βασιλικος, *rex, regius,* apud Graecos et Latinos in ſermone populari *ſingularis praeſtantiae atque dignitatis* notionem inuoluunt. Sic *Philo* qu. omn. prob.

τοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν κατὰ τὴν γραφήν· "Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν," κα-

lib. p. 888. βασιλικωτερον ουδεν αρετης. *Maximus Tyr.* Diss. 10. καλλος βασιλικον. Eodem sensu dicitur βασιλικος βιος, β. συμποσιον, β. αστηρ, β. εσθης, β. αμπελος etc. nec non *regalis sententia* ap. *Cic.* de off. 1, 12. Νομος βασιλικος igitur est *lex omnium primaria*, alias εντολη πρωτη και μεγαλη Matth. 22, 39. πληρωμα του νομου Rom. 13, 10. coll. Gal. 5, 14. το τελος της παραγγελιας 1 Tim. 1, 5. ὁ νομος και οἱ προφηται, *summa omnium quae de mutuis officiis sacra scriptura praecepit.* Ad quas argutias *Kypkius* in hac voce explicanda diuerterit, vid. ap. ipsum. Γραφη, αἱ γραφαι et τα ἱερα γραμματα ex hebr. כתב, כתבים, perpetuo in N. T. vocabula propria *librorum V. T.* Ioh. 2, 22. 5, 39. saepissime alibi. Κατα την γραφην, sunt qui pro formula allegandi V. T. locum habeant, non diuersa ab his: ὡς λεγεται, ὡς λεγει ἡ γρ., καθως γεγραπται; sunt etiam qui iungant βασιλ. κατα τ. γρ. vt sit *lex ex s. scripturae sententia longe princeps.* Cum vero formula illa haud amplius occurrat, neque haec legis praestantia in *vet. T.* declaretur; νομον κ. τ. γρ. sumserim vel pro νομ. της γραφης, (vtut κατα saepius periphrasin facit genitiui), vel pro εν τ. γρ. (quam vim κατα manifesto habet Act. 24, 14.) *lex, prout conceptis verbis legitur in V. T.* Iam sequitur ipse ille νομ. βασ. Lev. 19, 18. ex LXX versione transscriptus. Αγαπησεις pro αγαπησον, more Hebraeorum, qui futuris loco imperatiuorum vtuntur. Αγαπαν vero, vt τιμαν, *omnia omnino studia inuoluit ad promouendam aliorum felicitatem.* Τον πλησιον sc. οντα i. q. τον ἑτερον, hebr. רע, *homines vllo vinculo, et vel ipsa humanae naturae societate nobiscum coniuncti.* Sic legitur hoc voc. ap. *Diog. Laërt.* I. s. 69. *M. Antonin.* 8, 47. et 11, 1. *Polyb.* hist. 12, 6. qui etiam hist. 3, 42. et 6, 7. ὁ πελας eodem sensu adhibet. Cf. *Vorstii* phil. sacr. p. 67 sq. et 562 sq. ed. *Fischeri.* Καλως ποιειτε, *honeste,* i. e. *praeceptis religionis chr. conuenienter agitis.* 2 Petr. 1, 19. i. q. ευ πραξετε Act. 15, 29. et oppositum τῳ: ἁμαρτιαν εργαζεσθε v. 9. Iam vero in explicando hoc praecepto non in singulis haerendum est verbis, quasi eodem, quo erga nosmetipsi affecti esse solemus, amore et erga omnes alios homi-

λῶς ποιεῖτε· εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρ- 9
τίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου
ὡς παραβάται. ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον 10

nes esse iubeamur (quod sine dubio nimis foret seuerum, nec cum humana natura consentaneum), sed ex populari dicendi genere sensus huius dicti reuocandus ad illud Christi Matth. 7, 12. παντα ὁσα αν θελητε, κ. τ. λ. Cf. cum l. n. Matth. 22, 39. Marc. 12, 31.

9. Προσωποληπτειτε, vid. ad v. 1. Ἁμαρτιαν εργαζεσθαι, s. εργαζ. ανομιαν Matth. 7, 23. ex hebr. פעל און, i. e. q. ἁμαρτανειν. Ελεγχομενοι conuicti pro ελεγχεσθε γαρ. Νομος sunt qui de lege illa regali v. 8., sunt etiam qui de lege Lev. 19, 15. intelligant, sic praecipiente: ου ποιησετε αδικον εν κρισει· ου ληψη προσωπον πτωχου, ουδε θαυμασεις προσωπον δυναστου. Praefero prius, quia Ap., si legem aliam praeter regalem illam in animo habuisset, eam pro more excitaturus fuisset. Παραβατης hebr. פריץ Ez. 18, 10. Ps. 17, 4. et παραβαινειν סור, מעל, עבר, מרה. Num. 14, 41. 27, 14. Lev. 26, 40. Deuter. 28, 14. Ies. 24, 5. ex solenni *legum* atque *praeceptorum* cum *linea* siue *funiculo* comparatione explicandae sunt, quippe quem *transilire* (παραβαινειν) dicebantur ii, *qui legem violabant*, vnde παραβατης non differt ab ἁμαρτωλος. Hinc *Symmachus* hebr. פריץ vertit παραβατης Ps. 17, 5. Ezech. 18, 10. vbi *Aquila* habet ἁμαρτωλος. Eodem sensu etiam *Homerus* ὑπερβαινειν adhibet. Il. ι, 497. ὁτε κεν τις ὑπερβηῃ και ἁμαρτῃ. Ex loci vero contextu hic vocabulo παραβατης inuisus praecipue sensus subesse videtur, ita vt eum designet, *qui grauiora commisit crimina.* Sensus est: *eadem illa lex peccatores vos esse conuincet, vbi iniquam vestram agendi rationem cum ipsa comparaueritis.* Rom. 13, 10.

10. 11. Subiungitur ratio, cur ὁ προσωποληπτης iure dicatur παραβατης νομου. Νομος, תורה, ex v. 11. est complexus *legum Mos.*, quarum tamen facillima erat ad *leges euangelicas* translatio, quam Iacobus omnino spectabat, vid. ad 1, 25. Ὁλος ὁ νομ. igitur, ex oppos. νομος εις, sibi vult: *leges Mos. omnes et singulae, nulla excepta.* Τηρησει et πταισει pro praes.

τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ, γέγονε πάντων
11 ἔνοχος. ὁ γὰρ εἰπών· "Μὴ μοιχεύσῃς," εἶπε καί·

Πταιω, (vt πρὸς λιθον), hebr. כשל, proprie *impingere, offendere, ſtraucheln. Heſ.* πταιει· πιπτει, σφαλλει. Hinc, vt et h. l., *peccare, delinquere*, ducta nimirum metaphora a *via*, cum qua leges comparari ſolent. *Heſ.* πταιει· ἁμαρτανει (niſi hic propriam verbi ἁμαρτ. *a ſcopo aberrandi* ſignificationem, quae et ipſa verbo πταιειν competit, e. g. ap. *Herodian.* I, 15. 3. vbi v. *Irmiſch.*, in animo habuerit). *M. Antonin.* 7, 15. Ιδιον ανθρωπου φιλειν και τους πταιοντας. Cf. Alex. Deut. 7, 25. Sirac. 37, 16. Εν ἑνι, pro εν ἑνι μονον νομῳ, vel εν μιᾳ μονον εντολῃ, *qui impegerit vel in vnum praeceptum*, i. e. *qui vel vnum neglexerit praeceptum*. Παντων ſc. νομων, i. q. ὁλου του νομου, ſupplendum eſt ἑνεκα; quod reſpondet praecedenti εν atque etiam 1 Cor. 11, 27. ſubintelligendum eſt. Ενοχος proprie notat *adſtrictum, alligatum*. Inde *obnoxium, reum*, quaſi poenae, vel crimini, vel legi adſtrictum, (*Heſ.* ενοχος· ὑπευθυνος, *Phavor.* ὑπαιτιος), et modo cum genitiuo, vt hic, modo cum datiuo, modo cum εις et accuſatiuo iungitur. vid. *Markland* ad Lyſiam p. 568.

11. Comma hoc rationem exhibet, cur qui vnam legem neglexerit, παντων ενοχος haberi debeat. Ειπων pro κελευων. Μη μοιχ. et μη φον. repetita ſunt ex Deuter. 22, 22. 19, 13. Exod. 21, 12. Lev. 24, 17. 21. Singularia praecepta exemplo praeceptorum omnino inſeruiunt ad exprimendam ſententiam hanc: *qui vnam legem, et alteram tulit.* Ει δε, etſi vel *maxime; geſetzt auch.* Μοιχευσ. et φονευσ. pro praeſſ. vel praett. Παραβατης conſulto ex v. 9. h. l. iterum adhibetur, vt redeat oratio, vnde egreſſa erat, adeoque παραβ. νομου hic i. e. q. ibi παραβ. ſimpliciter dicebatur: *transgreſſor legis cuiusdam omnino*, nec eſt quod de παραβ. ὁλου του νομου ex v. 10. hic cogitemus. Iam vero Interpp. in paradoxi v. 10. ſenſu conſtituendo et cum v. 11. conciliando valde aestuant. Alii de difficultatibus dirimendis plane deſperantes, loco παντων legi iubent παντως, cum quibus tamen iure aget tota Criticorum cohors, cum παντως nullibi exſtet. *Alii*, praeeunte *Grotio*, nonniſi de *legibus, quibus poena capitalis conſtituta ſit* h. l. ſermonem eſſe putantes, ſenſum

"Μὴ φονεύσῃς," εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δὲ,

constituunt sic: *qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno praecepto, non minus morte punitur, ac si omnia praecepta violasset.* Vereor tamen ne haec aliunde arrepta loco nostro inferantur. *Semlerus* εν ἑνι ex hebraismo pro εν πρωτῳ accipit, vt sit, vel: *in prima lege decalogi, qua Israëlitae Deum colere iubentur,* sed hoc a l. n. plane videtur alienum, vel: *in primaria lege doctrinae chr.* qua amor erga omnes praecipitur, et quam et Christus πρωτην και μεγαλην vocat Matth. 22, 37. 38. Sed licet אחד pro ראשון saepius adhiberi constet, vbi de *numero* sermo est; nusquam tamen εἱς *primariam rei dignitatem* exprimit. *Morus,* non verbis inhaerendum, sed ipsam rei naturam aestimandam ratus, sic reddi vult: *qui vniuersam legem obseruauerit, offenderit vero in vna,* γεγ. παντ. ενοχ. *tractatur, i. e. punitur ob hanc vnam, vt si omnes leges violasset; caetera enim in obliuionem veniunt, neque prodest illi, seruasse caeteras leges.* Sed et haec sententia nouas creat difficultates, cum *semper* locum habere vix dici possit. Probabilior ratio, quam et *Augustio* se probasse video, mihi alias visa est haec: Scilicet sententia v. 10. veteribus (cf. instar omnium *Diog. Laert.* ad Herenn. 4, 16.) et praecipue Rabbinis adeo fuit vsitata, vt in prouerbii consuetudinem abiisse videatur. Sic e. c. Horaioth. F. 8, 2. *R. Jose Galilaeus dixit Levit. 5, 5. qui reus est vnius, reus est omnium.* Et e contrario: *qui vnum praeceptum seruat, est ac si totam legem seruasset.* (Plura dabunt *Wetst.* et *Schoetgen.* in h. l.) Quibus quidem locis videtur subesse nonnisi sensus hic: *Nulla virtus sola, nullumque vitium solum, sed virtus cum virtute, vitium cum vitio tam arcte cohaeret, vt qui vna virtute et pluribus praeditus sit, et sic quoque, qui vnum vitium, etiam plura simul committat, vel commisisse putandus sit.* Indidem fere et Iacobus paradoxi rationem repetere videtur dicens v. 11. *Deus enim omnium legum auctor est. Iam vero qui reuerentia erga Deum non ab vno deterretur vitio, nec ab altero perpetrando deterrebitur, dummodo adfuerint incitamentum et occasio;* nisi forte sensum v. 11. huc reuocari malis: *omnia praecepta di-*

12 γέγονας παραβάτης νόμου. οὕτω λαλεῖτε, καὶ

vina in obsequio Deo praestando quasi in compendio contineri. Iam, inquit, *siue vnum praeceptum siue omnia migres, obsequium semper denegas Deo, adeoque* ὁλον τον νομον, *qui ad obsequium Deo debitum vnice redit, violas,* nam, addit Iac., *Deus singularis huius praecepti non minus ac caeterorum omnium auctor est habendus.* Iam vero haec, quae Iacobus contra homines, grauissimum prosopolepsias crimen leue putantes, animi ardore correptus vetusque paradoxon prouerbiale disputationi intexens enuntiauit, ad metaphysicam non reuocanda sunt subtilitatem, quasi omnia peccata paria esse, et eum, qui vnam migrauerit legem, eandem poenam, ac si omnes violasset, daturum esse contendat, sed id vnum innuere voluit: *ne vnius quidem legis migrationem vili esse pendendam, quia Deum habeat auctorem, cuius auctoritas etiam vel vno praecepto laeso admodum violetur.* Sic *Ios.* de Maccab. 5. Μη μικραν ουν ειναι νομισῃς ταυτην, ει μιαροφαγησαιμεν, ἁμαρτιαν. το γαρ επι μικροις και μεγαλοις παρανομειν ισοδυναμον εστι, δι' ἑκατερου γαρ ὁ νομος ὁμοιως ὑπερηφανειται. Neque tamen, vt ad eandem sententiam perveniamus, tanta opus esse videtur verborum circumductione, dummodo nexum cum v. 9. spectauerimus sic: Iacobus ibi τον προσωπον λαμβανοντα dixerat παραβατην. Iam ne quis dicat, nimis durum videri, eum, qui caeteris omnibus religionis chr. praeceptis morem gesserit, ob laesam hanc vnam, de prosopolepsia cauenda legem, vel παραβαταις του νομου annumerari; Iacobus *iure,* inquit, *sic vocatur; nam qui, vniuersam licet legem seruans, vel vnam migrauerit,* γεγονε (ὡς) παντων ενοχ., *habetur ac si omnes leges violasset,* (sc. quoad nominationem, agendique rationem ad legem relatam), i. e. παραβατης *non secus vocatur, ac ab omni omnino lege discedens* v. 10.; *neque id immerito, nam Deus qui vnius, et alterius legis normam sanciuit* nunquam transgrediendam. *Iam vbi ad alteram mores accurate conformans, alteram* transgressus *fueris, merito* transgressor *normae diuinae vocaris.* v. 11. Voluit sine dubio Iacobus, vt lectores v. 11. ad se transferrent fere sic: ει δε ου μοιχευεις, ουτε φονευεις, προσωποληπτεις δε, γεγ. παντ. ενοχ. Nexu iam sic consti-

οὕτω ποιεῖτε, ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλ-

tuto, formulae γεγ. παντ. ενοχ. v. 10. et παραβατης εστι (quae pofterior tam praecedit v. 9. quam redit v. 11., quo interpretationi noftrae firmitas fuccrefcit haud fpernenda), *quoad fenfum* videntur ισοδυναμειν, (id quod *Hottingerus* iam vidit, locum n. eodem fere modo exponens), haud tamen deficiente caufa idonea, cur v. 10. illam huic praetulerit. Caue tamen, ne locum n. ad meram disputationem grammaticam de fola *voce* παραβατης recte adhibita reuoces, cui potius grauiffima *de profopolepfiae vitio, haud vili pendendo* fubeft fententia, (vid. fupra), quam et ipfam Iacobus triti paradoxi iftius Rabb. ratione habita enuntiaffe videtur, quo magis tangeret lectorum animos.

12. 13. *Quamobrem, cum ne fingulare quidem praeceptum impune negligi poffit, totam veftram agendi rationem ad omnes omnino leges diuinas, et inprimis ad mutuae caritatis legem componite, nam inmifericordes graui olim et feuero fupplicio adficientur.* Vide quaefo quam arcte fic cohaereant v. 12. 13. cum v. 11, quare miror *Semlerum* aliosque hic plane nouae fectionis conftituere initium. Οὕτω λαλειτε και οὕτω ποιειτε, accumulantur ad augendam fententiae vim. Senfus eft: *omnino ita agatis velim.* Minime vero in fingulis verbis, λαλειν et ποιειν, ita eft haerendum, vt λαλειν, quae eft *Semleri* fententia, ad miniftros, fiue omnino ad homines, quorum eft auctoritas quaedam publica, reftringatur, et, quod poft *Wetftenium* obferuauit *Carpzovius*, inde ab hoc commate vsque ad finem huius capitis quomodo *agendum*, proximo autem capite, quomodo *loquendum* fit, praecipiatur; eius-modi enim fententiarum dispofitio cum ipfa epiftolae indole magnopere pugnat. Ὡς μελλοντες κρινεσθαι fc. *die extremi iudicii.* (vid. ad v. 13.) Δια νομου ελευθεριας, pro κατα νομον ελευθ. Sic quoque δια Rom. 2, 12. 2 Cor. 8, 5. 1 Tim. 1, 18. et hebr. ב Gen. 1, 26. Efth. 1, 12. De νομῳ ελευθεριας vero vid. ad 1, 25. *Ita agite, vt homines decet, qui iudicabuntur fecundum religionem, quae nos e legis Mof. et vitiorum feruitute in piae virtutis exhibendae libertatem vindicauit, quod tamen non eam habet vim, vt praecepta diuina impune laedere posfimus;*

13 λοντες κρίνεσθαι. ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως.

VARIAE LECTIONES.

13. Και ante κατακαυχαται omitt. ACG. 13. 19. in m. 25. 31. 36. 40. 57. 68. 69. 73. 83. 95 98. al. 29. *Matth.* a. al. 8. *Ed. Syr. vtr. Erp. Copt. Arm. Slav.* (exc. rec.) *Oec.* probb. *Millio*, *Bengelio*. — Pro και κατακαυχαται legunt κατακαυχᾳ τε 45. *Matth.* a. d. m. κατακαυχαται δε A. 13. 40. 73. 83. *Matth.* f. *Syr. p. Vulg. corb. Oec. Aug.* κατακαυχαται γαρ *Arm. Cyr. ap. Niceph. Auct. de promiſſ.* — Ex his *Matthaei* lectionem κατακαυχᾳ τε praefert, quod verb. κατακαυχᾳ cum h. l. turbas dederit, vt minus vſitatum, primo in κατακαυχαται transmutatum, ac deinde orationem, ne diſſoluta videretur, ab aliis particula και, ab aliis part. δε vinctam eſſe iudicat. Vereor tamen, ne coniectura haec, ingenioſe licet excogitata, in tanta codicum, qui receptam lectionem κατακαυχαται tuentur, copia et auctoritate, iuſto audacior videri poſſit.

13. *Ob id ipſum potius, quod religionis chr. beneficio libertatis a vitiorum domino tuendae copia nobis facta eſt, eo ſeuerius olim de noſtra viuendi ratione exercebitur iudicium.* Ανιλεως de perſonis vſurpari ſolitum, ad κρισιν transfertur, vt κρισ. ανιλ. ſit *poena certa, remiſſionem non habens*, quae τῳ μη ποιησ. ελ. ſc. *decreta eſt*, ſ. *imminet*; quanquam et κρισις vt paulo poſt ελεος, pro concreto κριτης ſumi poſſit, qui ανιλ. *eſt* τῳ μ. ποιησ. ελ. Ελεος ex hebr. חן, חסד et רחם complectitur *omnigenum officium humanitatis et amoris erga alios.* Hoſ. 5, 6. coll. Matth. 9, 13. 23, 23. Τῳ μη ποιησαντι ελεος, ex hebr. עשה חסד Gen. 24, 14. ſic expreſſum eſt paranomaſiae cauſa cum ανιλεως, pro τῳ μη ελεουντι, vel τῳ προσωποληπτουντι. Senſus ad ſuperiora reuocari poteſt ſic: *quicunque iſta humanitatis et amoris officia negligens inopem, vt vos, ignominia notat; is ſciat, certam ſibi e liberalioris doctrinae chr. lege poenam decretam eſſe.* Similia *Demoſth.* adv. Mid. Ουδεις γαρ εστι δικαιος τυγχανειν ελεου, των μηδενα ελεουντων, ουδε συγγνωμης, των ασυγγνωμονων. Και, ſi ſana eſt lectio (vid. var. lect.), h. l. pro αλλα, vt v. 18. 22. 4, 2. Act. 10, 28. 1 Cor. 5, 10. Similiter και pro *imo* 2 Cor. 8, 3. Ελεος, abſtr. pro concreto: ελεων i. e. ὁ μη προ-

Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ 14
τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; μὴ δύναται ἡ πίστις

σωπολήπτων, ὁ ἀγαπῶν τον πλησιον. Κατακαυχασθαι, i. q. καυχασθαι, *gloriari de aliqua re*, et h. l. inprimis i. q. ευφραινεςθαι, hebr. הלל, עלז et עלץ Pf. 15, 14. 149, 5. Κατακαυχαται κρισεως, pro δυναται καυχασθαι κατα της κρισεως. Senfus eft: *pietas infultat iudicio*, i. e. *quicunque aequitatis et humanitatis legem feruans, aliis praeftat, quae iis debentur, is recte factorum confcientia fretus, iudicii feueritatem non reformidabit. Der menfchenfreundliche Mann triumphirt über das Gericht, — freuet fich darauf.* Matth. 5, 7. 18, 23 — 35. 25, 34 — 46. Gnome profecto egregia! Vtrum vero Ap. in enuntiandis vv. 12. 13. de iudicio proprie fic dicto, eoque a Meffia regnum inauguraturo olim habendo, an fomniis hisce Iudaeorum parum indulgens de forte poft mortem futura omnino, eaque ad hominum fentiendi et agendi normam accommodata cogitauerit; in medio reliquerim. Hoc vnum fcio, *nobis* faltem *iam nunc* pofteriorem hanc notionem vnice tenendam effe.

14 — 26. Iam Iacobus ad argumentum Cap. 1, 22 - 27. vnde ab initio huius Cap. aliquantulum digreffus erat, rediens, *folam religionis chr. notitiam factis praeclaris haud confpicuam omni plane fructu carere* vberius contra eiusmodi Chriftianos demonftrare pergit, qui, vt Ifraëlitae in futurae felicitatis focietatem fe venturos effe exiftimabant, dummodo in profitenda religione Iudaica conftanter perfeuerarent, fic quoque ipfam religionis chriftianae profeffionem ad falutem confequendam iam fufficere, putabant. Huc fpectat illud *Hieronymi* in Mich. 3, 5. *Promittunt eis pacem et regna coeleftia, et dicunt: non neceffe eft, vt viuas continenter et fancte, habeto fidem quam docemus, et omnia promiffa Domini confequeris.* Οφελος. *Hef.* αυξησις (ab οφελλω *augeo*), ονησις, επικουρημα, κερδος. Τι το οφελος fc. εστιν, hebr. מה בצע, Gen. 37, 26. Pf. 30, 10. לא יועיל, Iob. 15, 3. i. q. τι συμφερει; *quae vtilitas inde redundat?* fc. *nulla*, i. e. *omni ad nos emendandos fructu, omni omnino fine caret;* pro quo Paullus, qui 1Cor. 15, 32. eadem formula vtitur, ουδεν ειμι adhibet 1 Cor. 13, 2. Cf. *Ae-*

15 σῶσαι αὐτόν; ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ

ſchin. Socr. dial. 2, 7. Τι αν οφελος ειη τω ανθρωπῳ; *Demoſth.* p. 1262. 1. 1267. 17. 1283. 12. ed. *Reiſke.* Πιστις h. l. minime eſt πιστις Paullina, ſ. *fiducia ſalutaris in morte Chriſti repoſita,* quae quidem verſio ſola locum, alias facilem, obſcuriſſimum reddidit, ſed ex nexus ratione *nuda religionis chr. notitia ſeu profeſſio,* ακροασις του λογου de qua Cap. 1, 22 ſqq. dixerat Iacobus, nec alio ſenſu vsque ad finem huius Cap. continuat. Sic quoque Gal. 3, 23. Hebr. 13, 7. 8. Act. 6, 7. vid. *Koppii* exc. 6. in ep. ad Gal. ſupra iam laudatum. Λεγειν vel *cogitare* (*wähnen*) vid. ad 1, 13. vel *palam profiteri*, vel denique *iactare*, ex hebr. אמר Prov. 10, 9. Πιστιν εχειν, pro πιστευειν, *perſuaſum eſſe de rel. chr.* Εργα ſc. *fidei conſentanea*, quibus θρησκεια illa καθαρα κ. αμιαντος 1, 27. abſoluitur, praecipue εργα ελεημοσυνης και αγαπης, de quibus paulo ante ſermo erat. Εργα εχειν paranomaſiae cauſa coniunctum cum πιστιν εχειν, pro εργαζεσθαι, αγειν. Μη eſt interrog. Ἡ πιστις, pro ἡ πιστις μονη ex v. 24. *ſola religionis ſcientia, vitae morumque honeſtate haud conſpicua.* Saepius voc. μονος omittitur a Iacobo, vid. ad 1, 23 et 25. Σωσαι, *participem reddere omnium commodorum atque beneficiórum moralium, quae div. religio praeſtat.* vid. ad 1, 21. Iam μη — αυτον affirmatiue hoc ſibi volunt: *ſola religionis profeſſione, factis deſtituta, nihil efficitur*, adeoque ſenſu non differunt a phraſi τι το οφελος.

15 - 17. Sententia v. 14. illuſtratur exemplo, ex illa ipſa materia repetito, quam tractauerat Iacobus cap. 1, 27 ſqq. quaeque menti eius identidem oberrabat. *Si quis*, inquit, *alicui bona quaeuis apprecatus fuerit, nec opem ipſam adhibuerit*, vel, vt verbis vtar Iohannis 1, 3. 18. *nec* εργῳ και αληθειᾳ *ipſi ſuccurrerit, quis tum ex votis eius, quamuis per ſe bonis, ad miſerum fructus redundabit? profecto nullus: ſic etiam ex ſola profeſſione illa, Ieſum eſſe Meſſiam, ſi deſtituatur operibus eiusmodi Dei rerumque diuinarum cognitione dignis, nullus et nobis ſperandus eſt fructus.* Δε verterim vt γαρ v. 2. per *exempli gratia.* Αδελφος η αδελφη, *veſtrum aliquis, vir aut femina chriſtiani*, quibus ante alios

ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς,
εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν· "Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, 16

propter ſacrorum communitatem ſuccurrere fas eſt. vid. ad 1, 2. Γυμνοι, miſere veſtiti, vel vix amicti. Sic ערום 1 Sam. 19, 24. 2 Sam. 6, 14. 20. Ieſ. 20, 2. γυμνος Matth. 25, 36. 28, 43. 44. Marc. 14, 52. Ioh. 21, 7. Act. 19, 16. γυμνητευειν 1 Cor. 4, 11. et γυμνοτης Rom. 8, 35. 2 Cor. 11, 27. Praecipue vero cf. Iob. 22, 6. ובגדי ערומים תפשיט. Ὑπαρχωσι, pro ωσι. Και λειπομενοι ωσι, pro και λειπωνται et indigeant. vid. ad cap. 1, 4. Τροφη εφημερος, i. e. ἡ καθ' ἡμεραν αναγκαια τροφη, victus, quo per ſingulos dies vitam ſuſtentamus, i. q. αρτος επιουσιος. vel, cum Hottingero, victus hodiernus, ſ. eius diei, qui nunc agitur, quo magis deſcribantur qui non habeant, vnde vrgentem famem depellant. το κατ' ἡμαρ dicit Sophocl. Philoct. v. 1089. vid. Gatacker ad M. Antonin. 4, 35. p. 122 et 271. Qui nil amplius habent, Graecis dicuntur καθημεροβιοι. vid. Wetſten. in h. l. Γυμνος vero et λειπομενος της τροφης iuncta ſunt, vt infima miſeria tam victu quam cultu carens exprimeretur.

16. Ειπῃ δε, pro και εαν ειπῃ. Τις εξ ὑμων, iungenda, pro τις ὑμων, ſc. qui ſolam religionis chr. notitiam ad ſalutem conſequendam ſufficere putatis. Ὑπαγετε — χορταζ. ſunt eius, qui ipſe opem ferre aut nolit, aut non poſſit. Ειρηνη ex hebr. שלום pro quouis felicitatis genere ponitur. Sic quoque ὑπαγετε εν ειρηνῃ, vel εις ειρηνην, Marc. 5, 34. Luc. 7, 50. 8, 48. eſt formula loquendi plane hebraica: הלכו בשלום 1 Sam. 1, 17. viuite felices, contingant vobis fauſta quaeuis; nam הלך (et praecique התהלך) Hebraeis non ſemper eſt ire, quaſi haec formula nonniſi abeunti dici queat, ſed etiam agere vel viuere omnino. Nos: Es gehe euch wohl. Ratio vſus loquendi poſita eſt in eo, quod vita humana ex tropo frequentiſſimo cum via, qua incedimus, veteribus comparari ſolita erat. Nos ex eodem tropo wandeln. Formula, Graecis adhiberi ſolita, eſt ευπραττετε (ὑπαγε vero forma ſingulari in malam partem ſumi ſolet, vt ſit: abi, apage. Matth. 4, 10.) Θερμαινεσθε, (imperat. pro optat. et effectus pro cauſa) ſc. veſtitu vt ſit: opto, vt vobis ſint, ſeu vt beneficus aliquis vobis largiatur ve-

θερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε"· μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς
17 τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος· τί τὸ ὄφελος; οὕτω καὶ

ſtimenta, quibus tempeſtatis iniuriam remouere poſſitis; nam ſpectat ad γυμνους, v. 15. Eodem ſenſu חמם et חם Iob. 31, 20. Hagg. 1, 6. coll. verſ. Alex. Χορταζεσθε, שבעו. referendum ad λειπ. της εφημ. τρ. v. 15. *ſit vobis vnde alamini.* χορταζεσθαι et χορτασμα quidem proprie eſt *animalium, quae gramine ſaturantur* (a χορτος), tum vero etiam ad *hominum alimenta* transfertur, non modo in N. T. Matth. 14, 20. 15, 33. 37. Ioh. 16, 26. Act. 7, 11. Phil. 4, 12. alibi, ſed etiam apud profanos auctores. (cf. *Arriani* diſſert. Epictet. l. 1. c. 9. et *Athenaeum* l. 3. c. 21. vbi *Caſaub.*) Sic et *Horat.* 2 Sat. 8. 75. *Tibi Dî, quaecunque preceris, commoda dent.* Μη δωτε δε, pro και εαν μη δωτε. Το επιτηδειον, praeter hunc locum haud amplius in N. T., et apud LXX nonniſi 1 Paralip. 28, 2. obuium, non modo dicitur id quod *idoneum* ſ. *aptum* (Sap. 4, 5. 1 Macc. 4, 46. *Heſ.* επιτηδειον· ετοιμον, ωφελιμον), ſed etiam quod *neceſſarium* eſt. *Gloſſ.* αναγκαιον. Επ. τ. σ. igitur i. e q. τα αναγκαια τω σωματι χρηματα (conſtruitur enim non minus cum datiuo, quam cum genitiuo), *ea quae neceſſaria ſunt, ad victum et cultum*, i. q. διατροφαι και σκεπασματα. 1 Tim. 6, 8. *Suidas* vero vocabuli τα επιτηδ. ſignificationem nimis anguſtis finibus circumſcribere videtur, dicens: επιτηδεια, τα προς τροφην αρμοδια. Τι το οφελος; ſc. τω γυμνω και λειπομενω της εφημ. τροφ. *Semlerus* vero hoc refert ad eum, vnde male veſtitus et eſuriens fruſtra petit, vertens: *ecquid ad te ipſum vtilitatis inde redibit?* male, vt docet vel comm. proximi initium. Ita namque haec, recte obſeruante *Hottingero*, contexuntur:

17. *Quem ad modum inania verba nihil profuerint ei, qui ope indigeat, ita inanis quoque religionis ſcientia atque profeſſio, ſiue vita huic profeſſione conformi, fructum plane nullum habet.* Ουτω και η πιστις, ſc. εστι. *So verhält es ſich auch mit dem Glauben: wenn er etc.* Ita diſtinguendum eſſe cenſuimus, quo efficacior euaderet oratio, quanquam et commate poſt voc. πιστις poſito, iunctisque ουτω και η πιστις νεκρα ε. κ. ε. bene procedat oratio. Neque tamen opus eſſe pu-

ἡ πίστις· ἐὰν μὴ ἔχῃ ἔργα, νεκρά ἐστι καθ᾽ ἑαυτήν.

tauerim cum *Michaële*, cui verba εαν εργα μη εχη ex ſolenni interpunctione hiare videntur, diſtinguere ſic: ουτω και η πιστις, εαν μη εργα εχη. Νεκρα εστι κ. ἑ. Εαν εργα μη εχη, vel *niſi coniuncta fuerit cum operibus*, vel, εχη pro παρεχη, *niſi bona opera fidei ſint fructus*. Reſpondet τω: χωρις των εργων v. 20 et 26. Νεκρα εστιν, *vt corpus exanime vi deſtituitur, fructu caret*, cf. v. 26. vi oppoſiti ζην, *vim exſerere*, vnde ζων, i. q. ενεργης. Hebr. 4, 12. Καθ᾽ ἑαυτην, *Grotius* abundare putat, quia neque v. 24 et 26. additum ſit. *Carpzovius* πιστ. κ. ἑ. fortaſſe idem eſſe coniicit, quod π. αυτη, *fides ipſa*, vt ſenſus ſit: *nullam et ipſa efficaciam habet*. *Storrius* denique καθ᾽ ἑαυτην reddit *reſpectu ſui*, vt ſit: *nullam* πιστευοντι *ſalutem afferre poteſt*. Quo quidem, inquit, additamento h. l. propterea opus fuit, quod apodoſis comparationis hactenus abit a protaſi, vt illa *proprium hominis*, haec *aliorum* commodum adiuuari neget: ſic vt caritas, nullis benefactis conſpicua, ſed in verbis poſita, nec caritas eſt, nec *egenis, quibus ſeruire debebat*, vtilis; ita fides, quae non eſt animi affectio, foecunda bonis actibus pariter ementita eſt, nullamque *ei* vtilitatem affert, *qui commoda ſperabat ab hac fide ſua*. Niſi forte hoc additamentum ſuperfluum, et tota haec ratio aliquanto durior videri poſſit. Quidni, quae ſolennis huius formulae eſt ſignificatio, καθ᾽ ἑαυτην reddamus *per ſe*, ex hebr. לבד ſ. לבדו Zach. 12, 12-14. Geneſ. 30, 40. 43, 32. vbi LXX. vt πιστ. καθ᾽ ἑαυτην i. ſit q. πιστις μονη, cf. v. 24. vel, vt in eodem hoc commate, πιστις εαν εργα μη εχη, *ſi ſola cernitur, et ab operibus ſeiuncta. Der Glaube an ſich betrachtet.* Neque aliter verſſ. *Lat., Syr.*, et *Arab. Erp.* Sic et *Philo* de migr. Abr. p. 401. ἡ δοξα καθ᾽ αυτην ουτε νοσον ουτε υγιειαν εργασεται. et ap. *Virg.* Georg. 1, 389. de cornice: *ſola in ſicca* ſecum *ſpatiatur arena.* cf. Act. 28, 16. vbi plura dabunt *Alberti* et *Raphel.* Obuertit vero *Auguſti*, cum *Moellero* (theol. Bl. Jahrg. 2. Nr. 30.) rem faciens, καθ᾽ ἑαυτ. ſic pleonaſmum cum verbis εαν μη εργ. εχ. efficere, et a voce πιστις longius diſtare, quam vt inuicem iungi poſſint. Sed vti eiusmodi pleonaſmi a ſcribendi genere tam ve-

18 ἀλλ' ἐρεῖ τις· "Σὺ πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω·"

terum quam recentiorum haud alieni et vix pleonasmi dicendi funt, vbi ex fenfus intimioris exuberantia prodeunt; fic voc. πιστις, fi placuerit, ante κ. ε. fuppleri poteft. Contra Duumuiri illi κ. ἑαυτην pro κ. ἑαυτης fumi ac reddi volunt: *fides fibimetipfa repugnat*, vt gradatio prodeat haec: 1) πιστ. χωρις εργ. ανωφελης, 2) ου δυναται σωσαι, 3) νεκρα και 4) καθ' ἑαυτην εστι. At vero, praeterea quod κατα cum accuf. iunctum rariffime valeat *contra*, ex meo quidem fenfu verba κ. ε., quibus gradatio illa abfolueretur, praecedentibus per και annecti debuiffent, vt taceam, *fidem fibi contradicentem*, cum nulla alia effe poffit, quam *quae bene factorum finem, fidei propofitum, haud promoueat*, iterum ex pleonasmo redire ad πιστιν εργα μη εχουσαν.

18. Iam Iacobus eorum inpugnat errorem, qui fidem a factis feiungi poffe putabant, ita vt alter fide, alter factis gauderet. Αλλ' ερει τις, eft formula, qua adverfarii loquentes inducuntur, vt 1 Cor. 15, 35. (vbi Paullus v. 36. aduerfario eodem modo refpondet: αφρον, συ ὁ σπειρεις κ. τ. λ. vt Iacobus l. n. ω ανθρωπε κενε); non diuerfa a Paullinis illis: ερεις ουν μοι, Rom. 9, 9. ερει τις etc.; *quidni vero, fi quis dixerit?* Συ et καγω non adeo funt premenda, vt illud ad *ipfum Iacobum*, hoc autem ad *aduerfarium* referatur, fed συ καγω Iacobus adhibet pro αλλος και αλλος. Quo iure enim, arbitremur, Iacobo, hic recte factorum neceffitatem grauiffime commendanti, obiici poffe, eum fola fide contentum effe? Quae tamen res, cum ab antiquae Vulgatae auctore non animaduerteretur, ita eum perturbauit, vt, contra omnem codicum confenfum, fententiam Iacobi inuerteret fic: *tu opera habes, et ego fidem habeo.* Plerique vero, inter quos *Grotius, Bengelius, Benfonus, Michaëlis, Carpzovius, Semlerus. Rofenmullerus, Augufti, Stolzius, Henslerus, Hottingerus*, alii, partic. αλλα hic aduerfativam effe negantes, partim Chriftianum quendam omnino, partim Iudaeo-Chriftianum, partim Iudaeum loquentem induci putant, qui proxime dicta refutare nolens, fidem potius a recte factis feparari poffe, cum Iacobo neget ipfe, et iun-

"Δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου χωρὶς τῶν ἔργων σου,

VARIAE LECTIONES.

18. χωρις pro vulgari εκ priori legunt A B C. 8. 13. 25. 31. 56. 68. 69. 73. 78. in m. 83. 90. *Syr. vtr. Erp. Copt. Aeth. Arm. Vulg. corb. Fauftus Reg. Salv.* Edd. *Colin. Bezae* 3. 4. 5. probb. *Caftalione, Grotio, Clerico, Bengelio, Drufio, Capello, Hammondo, Whitbyo, Griesbachio, Moro.* (Praeterea *Velefius* atque *Eftius* annotarunt e codd. quibusdam lectionem εκτος, quod voc. *fine* fignificat etiam 2 Marc. 11, 25. et nonnunquam cum χωρις permutatur. Vid. Schmidium ad Hebr. 2, 9.) Sic lectione χωρις codicum, licet non multitudine, antiquitate tamen atque dignitate fatis ftabilita, commemorare adhuc licebit, tam verba comm. 20. cum eadem bene confentire, quam vulgarem lectionem εκ vel memoriae oculorumque lapfu vel etiam confulto ex proxime feqq. εκ των εργ. arripi potuiffe, ne Ap. fidem vere χωρις εργ. demonftrari poffe, contendere videretur, ita vt, re fic fpectata, vel lectio χωρις difficilior vulgari apparere poffet. Cf. *Ofiander* de var. lect. in ep. cath. p. 8 fqq. et *Baumgarten* exam. var. lect. in ep. Iac. §. 27. — εκ των εργων σου omitt. *Oecum.* in cat. et comment. probb. *Seml.* et *Hotting.*, quia, fi quae lectionis varietas ex altera non poffit explicari, vtraque vt addit. f. interpret. diuerforum hominum compareat; fed quomodo explicari poffit, modo innuiffe nobis videmur. — σου poft εργων omitt. A B 13. 69. 73. 83. *Syr. Erp. Arm. Vulg. corb.* Etiam σου poft πιστιν σου, corb. Sic etiam μου prius *Syr. p. Vulg.* et μου pofterius B C 13. 68. 69. 73. Vtrumque *corb.*, iudicante *Moro*, vnam voculam poft aliam additam effe et in textum veniffe.

gunt fere fic: *Recte autem tibi*, (fola fide contento) *aliquis haec obiiciat: tu mihi fidem iactas*, (i. e. *religionis fcientiam atque ftudium prae te fers*); *ego autem facio, quae religio iubet* etc. De reliquis vid. infra. Sed, fi quid fentio, verba α. ε. τ. quae obiectionem *contra ipfam auctoris fententiam* indicare folent, hanc non admittunt interpretationem. *Knappius* vero aduerfarii obiectionem paucis his verbis: συ πιστιν εχεις contineri, inde vero a verbis καγω εργα εχω etc. Iacobi refponfionem iam incipere ftatuit. "Quod fi placeat, inquit, poffis verba: συ πιστ. εχ. interrogando explicare: *tune fidem habes?* (*tu qui fic difputas*, vt di-

κἀγὼ δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν*

gnitati et praestantiae fidei detrahere videaris? Forte quia tu ipse fide cares, propterea eam contemnis.) Iam respondet Iacobus: immo vero, ego etiam facta habeo, h. e. plus habeo quam tu habes, et postulas; non fidem solam, sed cum factis coniunctam. Solet enim formulam α. ε. τ. interrogatio sequi, vt 1 Cor. 15, 35. cf. Rom. 9, 19." Sed vereor, ne tota haec ratio nimis artificiosa videatur. Tenemus igitur priorem explicationem, ex qua συ — εχω sunt aduersarii, ipsius Iacobi sententiam de fide factis iungenda impugnantis sic: αλλος πιστιν, αλλος δε εργα εχειν δυναται, (der eine hält es mit dem Glauben, der andere mit der That), i. e. separari potest fides ab operibus, (theoria a praxi). Ad quae non sine ironia quadam Iacobus: δειξον — χωρις τ. εργ. σ. (visne me credere, te fide pollere,) da mihi tu, qui factis cares, aliud, si potes, fidei documentum, suppl. quod fieri nequit, dum sola facta sint certum animi religiosi documentum; vel vbi lect. εκ praetuleris: demonstres mihi tu, qui in sola fide acquiescis, hanc ipsam (εκ s. δι εργ.) per facta; suppl. quod nequis, cum his ipsis factis prorsus careas. Κα-γω, s. εγω δε (sc. εργα εχων) δειξω — πιστ. μου. ego vero, qui facio, quae religio iubet, fidem meam, si forte tibi suspecta sit, e factis facile comprobabo. Vides igitur, πιστιν ab εργοις separari non posse. Ceterum, cogitanti mihi de dirimendis huius loci difficultatibus, in mentem venit, annon verba συ πιστιν εχ. etc. accipi possint sensu hoc: tu quidem ipse in sola fide acquiescis, ego contra factis studeo. Bene (inquit Iacobus), at vero quomodo tu, quem recte factis destitutum video (χωρ. εργ.) demonstres mihi, te vere pietati factis conspicuae studere? vel, si εκ legi malueris: factis velim eiusmodi studeas, ex quibus religio tua eluceat; ego prouidebo, vt religio mea chr. factis meis comprobetur. (Du magst selbst wohl bloss mit dem Glauben dich begnügen; ich aber halte es mit den Werken etc.) Eiusmodi obiectio eodem nexu occurrit Ioh. 9, 28. συ ει μαθητης εκεινου, ημεις δε του Μωσεως εσμεν μαθηται. Tunc verba haec aduersarii essent, Iacobi pietatem atrocissime calumniantis, Iacobusque

μου." σὺ πιστεύεις, ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστί· καλῶς 19
ποιεῖς· καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ φρίσσουσι.

quaſi aduerſarium non curans v. 19. adhortari pergeret, vt ne opera a fide ſeiungerent. Sed quamuis ſic verba omni careant difficultate, vix tamen perſuadere mihi poſſum, Iacobum, de factorum probitate a rerum diuinarum ſcientia non ſegreganda adeo perſuaſum, vt talia ab aduerſario ei obiicerentur, exſpectare vnquam potuiſſe. Sed videant intelligentiores.

19. Exemplo illuſtratur ſententia comm. 15-17. (cum quibus hic verſus arctiſſime iungendus eſt) *fidem absque operibus mortuam eſſe.* Συ, ſupple γαρ vel δε, vt ſit: *ſumamus, te fidem illam, quam iactas, habere et e. g. credere* ὁτι ὁ Θεος εἱς εστι, *Deum eſſe, eumque vnum, quem Chriſti doctrina coli iubet*, ita vt Ap. omnium doctrinarum tum Iudaicae tum chriſtianae religionis facile principem (Deuter. 4, 35-39. coll. Marc. 12, 29. 32.) pro qualibet alia doctrina adducat, quo efficacior ſit exempli vis. *Semlerus* vix dubitat, reſpici ad aliquam formulam πιστεως a baptizandis recitandam, cuius prima pars exempli loco hic ponatur, dum reliquae ordine longo intelligendae ſint. Bene, ſi eiusmodi formulas iam Ap. aeuo in vſu fuiſſe recte ſumamus. Καλως ποιεις, vel cum *Grotio: hactenus res tuae bene ſe habent*, vt ſit approbantis, vid. ſupra v. 8. vel cum *Semlero: ſcilicet! o praeclarum te Chriſtianum!* vt, pro feruido Ap. ingenio, aliquid acrimoniae habeat, quae et proxime ſequentibus admixta videtur. Ita *Demoſthenes* in Mid. Εισι μεν εις τα μαλιστα πλουσιοι, και καλως ποιουσι. Και, pro αλλα και. Τα δαιμονια, i. q. οἱ αγγελοι ἁμαρτησαντες 3, 15. 2 Petr. 2, 4. Iud. 6. (vix autem οἱ δαιμονιακοι, vt Matth. 12, 22. Luc. 11, 14. Marc. 3, 10. quos *Wetſtenius* vult intelligi). Πιστευουσι ſc. ὁτι ὁ Θεος εἱς εστι. Και, pro και ὁμως, *et tamen, quamuis Deum nonniſi vnum eſſe cognitum habeant.* Φρισσειν vel Φριζειν plane reſpondet lat. *horrere*, et proprie dicitur, *cum pili, ſetae, ſiue pennae in animante eriguntur. Etymol.* Φρισσειν κυριως το εξορθουν τας τριχας. coll. *Euſtath.* in Od. τ. p. 706. 2. Inde et ad alias res *erectas* ſiue *in altum ſublatas* transferri ſolet. *Euſtath.* in Il. δ. p. 360.

20 Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενὲ, ὅτι ἡ πίστις

18. το λῆïον (Φρισσει) ασταχυεσσιν, ο καπρος τη λοφια, ο ανθρωπος ταις θριξιν, η μαχη ταις ευχαις, η θαλασσα τοις κυμασιν. *Heſ.* Φρισσει· διεγειρεται, εξορθουται. Cum tamen inprimis prae *timore* pilos erigere ſoleant homines animantesque, Φρισσειν inde, vt et h. l., omnino ſignificat *timore ſiue horrore perfundi.* *Etymol.* Φρισσει δε τις Φοβω, η ψυχει, η οργη. coll. *Euſtath.* in Il. δ. p. 360. 18. *Heſ.* Φρισσει· δεδοικε, τρεμει. Plura ſuppeditabit *Wetſt.* *Contremiſcere* vero dicuntur angeli mali, *ſupplicia nimirum ab vno hoc Deo timentes.* 2 Petr. 2, 4. Similiter, obſeruante *Albertio*, Orpheus apud Clem. Alex. Strom. l. 5. p. 608. de Deo canit: Δαιμονες ὃν Φρισσουσι. Senſus l. n. paucis huc redit: *Tantum abeſt, vt propter ſolam ſcientiam vel primariae doctrinae Deum nonniſi vnum eſſe, beatum te praedicare poſſis, vt vel angeli mali, eadem fruentes, potius poenas extimeſcant, quia ei haud conuenienter agunt. Proinde credere per ſe neque laudem habet, neque vtilitatem.*

20—25. Iam ad *opera* Chriſtianis commendanda *Abrahami* et *Rachabae* proferuntur *exempla*, quibus item et Paullus, Rom. 4, 1 ſqq. Hebr. 11, 31. ad *fidem* Chriſtianos adhortaturus, vtitur, alio tamen (vt fieri ſolet in transferendis iisdem exemplis ad diuerſas res explicandas), alia horum exemplorum arripiente momenta. Θελεις δε γνωναι pro εαν δε θελης, *visne tibi exemplis ex V. T. depromtis, cui fidem habere videris, hoc demonſtrari?* Ανθρ. κενος, ſ. ματαιος, vt ריק et ריקא (vnde ρακα Matth. 5, 22.) omnino eſt ανθ. κενος Φρενων ſ. νοος, (quod *Philo* ſaepius adhibet), quem Latini *vacuum cerebro*, ſ. *inanem* vocant, i. e. ανοητος. *Plut.* de ſui laud. ανοητους ηγουμεθα κενους. Pro vario tamen auctoris fine vox κενος, vt ρακα, modo duriori, vt apud Matth. l. c., modo mitiori ſenſu, vt et h. l. accipienda eſſe videtur, vt i. ſit q. παραλογιζομενος εαυτον 1, 22. et απατων καρδιαν αυτου 1, 26. *homo vanus*, i. e. *qui vana ſe opinione ipſe decipit.* Nos: *ein gedankenloſer, kurzſichtiger Menſch.* Iacobus enim non ira impotente, ſed fraterno corrigendi animo errorem iſtum coercet. Quo ſolo etiam euaneſcit dubium vix mouen-

χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν; Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ 21
ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσαὰκ

dum, Iacobum, hac voce aduerſarium per contemtum compellantem, migrare praeceptum Chriſti Matth. 5, 22. Sed ſimul notandum, cum l. c. ſententiam magis quam verba ſpectandam eſſe, tum Ap. non certum quendam hominem, ſed plures, eosque praua perſuaſione tinctos, et in quos ei imperium quoddam competebat, hac voce compellaſſe. Χωρις εργων i. q. εαν εργα μη εχῃ. v. 17. Νεκρα i. q. αργη εστιν, vt habent codd. nonnulli ex gloſſemate, vid. ad v. 17. Iam deeſt apodoſis fere haec: ισθι, ὁτι Αβρααμ etc.

21. Ὁ πατηρ ἡμων *gentis noſtrae auctor*, de quo gloriari ſolebant Iudaei, et Iudaeo-Chriſtiani. Ουχ, *nonne*, particula interrog., poſtponitur vero ad augendam orationis vim. Εξ εργων, pro δι᾽ εργα, *propter facta, non propter ſolam fidem*. Δικαιουσθαι (הצדיק), ex ea voc. δικαιοσυνης (צדקה) ſignificatione, qua *virtutis ſtudium* denotat, *quo ſummo numini probari, meritaque effugere cupimus ſupplicia*, ſignificat δικαιον *declarari*, i. e. *talem, qualem me eſſe oportet, adeoque impunem, praemiisque div. haud indignum*, vel *frui benignitate diuina*, φιλον του Θεου ειναι v. 23. (*begnadigt werden*), cf. *Koppii* exc. 4. in ep. ad Gal. Αναφερω *proprie* eſt: *ſurſum fero, ſuſtollo*. Matth. 17, 1. *inprimis* vero, vt et h. l. de *ſacrificiis* adhibetur *offerendis*. Hebr. 7, 27. 13, 15. 1 Petr. 2, 5. nam et ſacrificia *in altum tollebantur*, vnde עולה (a r. עלה *aſcendit*) quia *totum in altare quaſi aſcendit*. Ανενεγκας, pro διοτι ανηνεγκε, latet enim in hoc voc. totius exempli vis, *non ob fidem ſed ob filium ipſum oblatum* pro impuni declaratum eſſe Abrahamum. Επι το θυσιαστ. (pro επι βωμον omnino), ſignificanter ex Gen. 22, 9. Ap. addidiſſe videtur, quaſi diceret, ad certam, vt ipſe arbitrabatur, mortem, quae victimas, ita altari impoſitas, manere ſolebat. Tota vero quaeſtio illa Αβρααμ — θυσιαστηριον affirmatiue hoc ſibi vult: *omnino propter facta gratiam div. ſibi conciliauit*, ſ. pro antec. *e factis religio eius* (δικαιοσυνη) *cognita eſt*.

22 τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον; Βλέπεις,
ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ,
23 καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη· καὶ ἐπλη-

22. 23. Arcte cohaerent haec commata tam inter ſe, quam cum v. 21. Nimirum Abrahamum δικαιοσυνην ſuam τοις εργοις acceptam retuliſſe modo contenderat. Quod quidem ne cum Gen. 15, 6. vbi τη πιστει του Αβρ. tribuitur ἡ δικαιοσυνη (quo ſenſu Paullus ſaltem hunc locum ſumit), pugnare videatur, Iacobus iam addit: huius ipſius fidei Abrahami ad facta, et factorum ad fidem mutuam vim fuiſſe, v. 22. ita vt, editis poſtea ab Abrahamo factis fide eius dignis Gen. 22., tam πιστει quam δικαιοσυνῃ ipſius, Gen. 15. celebratae, demum quaſi complementum acceſſerit v. 23. Sic diſpoſita ſententiarum ſerie omnes huiusce loci difficultates euaneſcere videntur. Βλεπεις, ſuppl. ουν, idque imperſonaliter pro: *hinc* (ſc. quod Αβρααμ εξ εργων εδικαιωθη, v. 21. qui alias εκ πιστεως δικαιος dicitur) *apparet* ſ. *colligitur*. Ἡ πιστις, *fiducia Abrahami in Deo collocata*, *multam ſibi prolem futuram eſſe*, Gen. 15, 6. Εργα αυτου, ſc. Αβρ. praecipue ad *immolationem Iſaaci haud recuſatam* ſpectat. Συνεργειν eſt *ad finem propoſitum obtinendum inſeruire*, *cooperari*. Βλεπεις — αυτου iam reſoluerim ſic: βλ. ὁτι ἡ πιστ. συνηργει τῳ Αβρααμ, ποιουντι ταυτα τα εργα, *vides itaque Abrahamum fide* (i. e. fiducia illa in benignitate div. repoſita) *ſeſe adiutum ſenſiſſe, ad immolationis Iſaaci haud recuſatae factum adeo praeclarum eo libentius, facilius et certius edendum*. Και, ſuppl. ex praecedd. ὁτι. Εκ — ετελειωθη, i. e. τελεια εγενετο δια των εργων, *et contra inter agendum auctam eſſe fidem Abrahami*; ita vt verba ἡ πιστ. συνηργει τ. εργοις i. eſſe videantur ac: τα εργα εκ τ. πιστ. ετελειωθ., et verſa vice: εκ τ. εργων ἡ πιστ. ετελειωθη i. q. τα εργα συνηργ. τῃ πιστει, ſenſusque prodeat hic: *fidei ad facta*, *factorumque ad fidem Abrahami augendam mutua erat vis*, *mutuumque vtriusque ad gratiam div. ipſi conciliandam officium*, *adeo vt neutrum a neutro ſeiungi potuiſſet*.

23. Και, vel pro και ὁτι (vid. v. 22.), ita vt adhuc pendeat a βλεπεις, vel, quod

ρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· "Ἐπίστευσε

praetulerim, pro καὶ οὕτως, sc. διοτι ανηνεγκε τον Ισαακ v. 21. Ἡ γραφη, spectat ad locum Gen. 15, 6. eumque ex verſ. Alex. expreſſum, niſi quod Iacobus partic. και in locum partic. δε ſubſtituit. Ἡ λεγουσα, ſic habens, vel *audiens;* niſi haec verba ex hebr. לאמר pro pleonasmo haberi malueris. Αβρααμ vitio librariorum pro Αβραμ irrepſiſſe, argutatur *Origenes*, quia tum, cum promiſſo diuino fidem habuerit, *Abram* nondum commutatum fuerit cum *Abraham;* ſed eiusmodi in narrando ſubtilitatem, a populari, quo Iacobus, caeterique N. T. ſcriptores vtuntur, dicendi genere, plane alienam eſſe, quis, quaeſo, non viderit? Επιστευσε — Θεῳ, ex mente Moſis: *confidit Abrahamus promiſſo diuino, numeroſam ſibi prolem futuram eſſe.* Quod quidem promiſſum ipſi ſomnianti contigiſſe, tam ex totius narrationis, ad ακριβειαν hiſtoricam nullo modo reuocandae, indole, quam ex Gen. 15, 1. ſatis apparet. Quicquid vero ſomniantes experiebantur, veteres, ſomnii naturam nondum perſpicientes, diuinitus ſibi, pro ſomnii ratione, modo explicatum, modo mandatum, modo, vt hic, promiſſum putabant. Λογιζεσθαι, proprie tribuitur arithmeticis, *plures ſummas in vnam redigentibus* (a λογος, *ratio*), vt ſit *computare*, e. g. ap. *Theophr.* char. 14. Hinc *adnumerare*, et pereunte ſignificatione arithmetica, *imputare*, *tribuere* omnino, Rom. 4, 4 ſqq. 1 Cor. 13, 5. plane vt hebr. חשב Num. 18, 27. Iob. 34, 37. Δικαιοσυνη, hebr. צדקה, ex contextus ratione, hic *pietatis* atque *reuerentiae erga Deum* ſignificatione ſatis trita ſumendum videtur, ita vt formula hebr. ויחשבה לו צדקה, ex ſententia Moſis ſibi velit *et* propter hanc fiduciam Deo demonſtratam, *tributa eſt ipſi pietas*, ſ. *Deus fiduciam illam*, qua Abrah., licet aetate iam prouectus, tamen ſperabat fore, vt copioſiſſima ſibi ſoboles contingat, *pro eximiae pietatis documento habuit*, ideoque aliam adhuc, vt in proxime ſequentibus commemoratur, terrae poſſidendae promiſſionem adiecit. Aliter Paullus Rom. 4, 3. et Iacobus; quippe qui, cum Alex. צדקה per εις δικαιοσ. reddentes, quaſi ſcriptum deprehendiſſent לצדקה, quo tamen ſenſus parum immutatur, hoc ipſum δικαιοσυνης voc. de *gratia div.* intelligi,

δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ

τὸ πιστεύειν vero ad verbum retineri, quam ad argumenti, in quo tractando verſantur, diſcrepantiam transferri malunt ſic: *fidem exhibuit Deo, quae ei gratiam div. conciliauit.* Iam hoc ipſum Gen. (15, 6.) effatum a Iacobo eo, quod Abr. ex hiſtoriae documento Gen. 22. ad Iſaacum immolandum ſeſe accinxerit, dicitur πληρωθῆναι, i. e. *ſupplementum quaſi nactum eſſe*, quamuis iam antea fide digniſſimum fuerit; nam minime eſt, quod haec formula ſemper ad vaticinium impletum referatur. Bene in hunc ſenſum *Vulg.* reddidit: *et ſuppleta eſt ſcriptura*, vt ſenſus prodeat hic: *eo, quod ſequiori tempore Abr. fidem ſuam immolationis Iſaaci facto demonſtrauit* Gen. 22., *magis adhuc comprobatum eſt illud fidei eius praeconium* Gen. 15, 6. Ad voc. ἐπίστευσε igitur vis orationis reuocanda videtur. — Iam nunc, vti τῇ πίστει του Αβρ. ſic etiam τῇ δικαιοσύνῃ, quae ipſi ex loco Gen. 15, 6. contigerit, maiorem fidem factam eſſe, addere non omittit verbis: και—εκληθη. Και, iterum ſupplendum eſt ex v. 21. διοτι ηνεγκε τον υιον. Verba Φιλ. Θ. εκλ. licet non exſtent Gen. 22. ſed potius quoad ſenſum ex Ieſ. 41, 8. coll. 2Chron. 20, 7. depromta videantur, ſpectant tamen ad Gen. 22, 16. vbi cauſa nominis exponitur ſic: Deum, quod ante non fecerat, iuratum foedus cum Abrahamo iniiſſe, ſicut reges cum amicis ſolent, cauſa addita hac: quia *feciſſi* hoc, etc. Conflatum itaque deprehendimus l. n. επιστευσε — εκληθη ex binis Moſis et Ieſaiae effatis; id quod N. T. ſcriptoribus ſolenne eſſe *Surenhuſius* in βιβλ. καταλλ. et *Koppius* exc. 1. in ep. ad Rom. ſat multorum exemplorum auctoritate confirmauerunt. Φιλ. Θεου, אהב h. l. non tam ſenſu actiuo pro eo, *qui Deum inſigni amore proſequitur*, quam potius ſenſu paſſiuo, quem verba graeca admittunt, et contextus requirit, pro eo, *qui a Deo amatur (ein Liebling der Gottheit)*, ſumendum eſt, vid. Ioh. 15, 14. 15. coll. 16. Tritiſſimum vulgari Iudaeorum ſermone hoc cognomen Abrahami fuiſſe, ita vt, in Arabia quoque diuulgatum, Muhammedi innotuerit, qui idem Abrahamum *amicum Dei* vocare ſolitus fuerit (Clem. Rom. ep. 1. ad Cor. c. 10 et 17.), *Michaëlis* ad h. l. annotavit. cf. Coran. Sur. 4, 124.

εἰς δικαιοσύνην·" καὶ· "Φίλος Θεοῦ ἐκλήθη."

Abrahamum Deus sibi amicum adsciuit. Philo de Resip. Noë. T. 1. p. 401. 4. Φιλον γαρ το σοφον θεω μαλλον η δουλον, παρ' ὁ και σαφως επι Αβρααμ· φασκει· μη επικαλυψω εγω απο Αβρααμ του φιλου μου. *Maxim. Tyr.* 20, 6. ὁ μεν ευσεβης φιλος θεω — και μακαριος ευσεβης φιλος Θεου. *Seneca* cur bonis male 1. *inter bonos viros ac Deum amicitia est, conciliante virtute.* Plura dabit *Wetst.* Εκληθη, vt hebr. נקרא pro simpl. ην, היה. Luc. 1, 32. Matth. 5, 9. coll. 19. Similiter *Sophocl.* Philoct. v. 86. 95. 120. 231. *Hom.* Il. δ. v. 61. (coll. v. 58.) vbi *Eustathius:* το κεκλημαι αντι του ειμι κειται. Sic etiam *vocari* pro *esse* dixit *Valer.* Argonaut. V. v. 653. Cf. *Wolfium* ad *Libanium* ep. 30. p. 70 sqq. *Graevium* ad *Callim.* hymn. in Iov. v. 20. et *Vorstii* phil. s. p. 155. ed. *Fischeri.* Sensus est: *gratiam vero diuinam,* s. δικαιοσυνην, *Abrahamo* Gen. 15, 6. *iam promissam, vere ipsi post egregium eiusmodi* factum *contigisse, exinde apparet, quod posthac amicis Dei, quos habet eximios, annumeraretur.* Quodsi vero hunc, quem sequuti sumus, sententiarum nexum, et hunc, quem exhibuimus formulae επληρ. ἡ γρ. sensum, dubium esse ratus, verba επιστ. — εκληθη pro argumento ex V. T. petito, ad illustrandam et confirmandam sententiam v. 21. prolatam, haberi malueris; non possum equidem, quin, ne argumentum prorsus contrarium in verbis latere videatur, voc. δικαιοσ. צדקה pro *facto ipso* sumam, vnde sensus prodiret hic: *vel ipsam animi fiduciam Deus facti loco habebat;* ita vt totius exempli vis, ad facta, prae sola fide, Christianis commendanda in eo lateat, quod fides Abrahami non *per se*, sed quatenus a Deo *pro facto ipso* accepta sit, φιλου του Θεου ipsi cognomen conciliauerit. Quae tamen *singularis cuiusdam facti* significatio, an voci δικαιοσυνη et צדקה ex loquendi vsu competat, ipse addubito. Quicquid vero de l. n. explicando statueris, voc. πιστις tam ap. Paullum Rom. 4. quam hic semper ad verbum reddendum est, ne omnis της πιστεως Abrahami cum πιστει Christianorum similitudo euanescat, quippe quae vnice in hoc vocabulo, minime vero in re ipsa latet; siquidem Paullo ἡ πιστις valet *fiducia in morte Christi reposita,* Iaco-

24 ὁρᾶτε, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ
25 οὐκ ἐκ πίστεως μόνον. ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ

VARIAE LECTIONES.

24. τοινυν post ὁρατε omittunt A B C. 13. 15. 18. 36. 69. 73. *Syr. vtr. Copt. Vulg. corb. Theoph.*

bo *religionis chr. cognitio*, neutra in Abrahamo locum habente. Ceterum tam Paullus quam Iacobus Abrahamo illud filii immolandi mandatum vere a Deo datum eſſe, ſtatuere videntur, quod tamen eum nonniſi per ſomnium, forſan ex perpetua de filii vnici vita ſeruanda ſollicitudine oriundum, accepiſſe, et ex iſtius aeui genio ob id ipſum pro mandato *vere diuino* habuiſſe, totius hiſtoriae contextus clamat; quo quidem vno, ſalua Abrahami pietate, omnes, quae hanc hiſtoriam vndique premunt, difficultates, prorſus corruunt et euaneſcunt. Sed hoc, quod vberius expoſuimus in libro, cui titulus eſt: *Moſes und David, keine Geologen*, p. 29 ſq. transeundo hic annotaſſe ſuffecerit.

24. Iam ex Abrahami exemplo colligit quae demonſtranda ſibi propoſuerat. Ὁρατε eodem ſenſu vt βλεπεις v. 22. Τοινυν (vid. var. lect.) q. ουν. Nos eodem modo: *So ſehet ihr nun.* Ὀτι, pro ὀτι και, vel ὀτι και ἀμα, propter voc. μονον, quod iam ſequitur. Ἐξ εργων εδικαιωθη, vid. ad v. 21. Ανθρωπος, collectiue pro οἱ ανθρωποι. Ουκ εκ πιστεως μονον (aduerbio loco adiectiui poſito pro ουκ ε. π. μονης Matth. 5, 47.) i. q. ου δια πιστιν μ. *non propter ſolam religionis chr. notitiam.*

25. Ad *Rachabae* Iacobus iam pergit *exemplum*. Ὁμοιως ſc. vt *Abraham*. Δε eſt mera particula transeundi. Ῥααβ, e πορνη Chananaea Iſraëlitícae religionis cultrix facta Ioſ. 6, 25. viro Iudaeo primario Salmoni Matth. 1. 5. nupſiſſe dicitur. Ἡ πορνη, hebr. זונה. ſunt qui deriuent a chald. זון *alere, paſcere*, vt ſit: πανδοχις (ſ. πανδοκευτρια, quam vocat *Chryſoſt.* ſerm. 2. de poenit.), *caupona*; ita vt Alex. qui זונה Ioſ. 2, 1. 6, 17. 22. 25. per πορνη reddiderunt, hanc vocem vel a זנה, *ſcortatus eſt*, male deriuauerint, vel ad graecum περναω, ſ. περνασκω, *alo*, reſpexerint; ſed, praeter hanc coniecturam, nullo argumento, ſiue ex vſu loquendi, ſiue ex an-

ἡ πόρνη οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα;

VARIAE LECTIONES.

25. Pro αγγελους habent κατασκοπους CG. 8. 15. in m. 18. in m. 40. in m. 65. (c. 43.) 83. *Matth.* b. e. g. in ora m. (a pr. m.) *Ed. Syr. vtr. Erp. Copt. Aeth. Arm. Slav.* exc. 3. Haud dubie interpretamentum ex Hebr. 11, 31. huc translatum.

tiquis verſionibus repetito, haec firmari poteſt ſignificatio. Quid? quod in Palaeſtina, qui alios hoſpitio publico exciperent, tum temporis vix fuiſſe videantur, Gen. 19, 1. 2. Iud. 19. 15 ſqq. Alii πορνη h. n. metaphorice accipi malunt, pro *muliere idololatrica.* Sed etsi πορνεια et πορνευειν, זנה, in libris ſ. ſaepius de idolorum cultu dicitur, ea tamen ſignificatio, narrationis hiſtoricae exemplo prorſus deſtituta, ſtylo tantum ſublimiori et prophetico propria eſt, nec vllibi vocem זנה de *muliere ſingulari*, ſed vel de *tota gente Iudaica* Ier. 2, 20. Ez. 16, 35. vel de *vrbe* tantummodo *Hieroſolymorum* Ieſ. 1, 21. me legere memini. Praeterea, obſeruante *Hottingero*, articulus additus et hic et Hebr. 11, 31. clare arguit, non gentem ſed vitae genus ſignificari. Eſt igitur πορνη *meretrix.* Meminerint vero tali exemplo Chriſtianis propoſito offenſi, iſta haud eſſe ex hodiernae aetatis cultu atque ſenſu indicanda, et, ſi quae in hominibus, quorum mores vniuerſe probari haud poſſint, vere laudabilia commemorentur, non ideo eorum inſtituta probari. Ουχ iterum partic. interrog. Ὁμοιως — πορνη ſuppl. ην. *Eben ſo verhielt ſichs mit der Rahab.* Sic efficacior euadit oratio, ac ſi, deleta poſt πορνη diſtinctione, verba haec cum ſequentibus protinus iunguntur. Εξ εργων et hoc commate valet δι εργα, id quod neruum continet probandi. Iacobus igitur *factis*, Paullus autem *fidei* hanc tribuit incolumitatem. Recte quidem vterque. *Fidei*, ſc. fore, vt Deus Cananaeam Iſraëlitis poſſidendam concederet (nam de alia fide cogitari nequit), ſine qua factum illud non ſuſcepiſſet; *factis*, ſine quibus fides illa nihili pendenda fuiſſet. Εδικαιωθη, *approbatione et praemio div. digna iudicata eſt*, adeoque in expugnatione Hierichun-

26 ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι.

III. Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί

tis cum diffidentibus non periit; ου συναπωλετω τοις απειθησασι Hebr. 11, 31. Ὑποδεξαμενη, pro διοτι ὑπεδεχετο; ὑποδεχομαι vero i. q. ενδεχομαι *excipio*, et quidem h. n. *hofpitaliter*. Τους αγγελους i. e. τους κατασκοπους, *exploratores*, qui recte etiam *nuncii* dicuntur, quia mittuntur, vt fpectata renuntient. Hebr. 11, 31. vid. var. lect. Ἑτερα ὁδω, *alia via* fc. ac venerant, f. quam qua ituri putabantur. i. e. *via infolita*, fc. δια της θυριδος, quo Alex. בער החלון reddunt, i. e. *Hefychio* interprete, δι' οπης μικρας. Nimirum aedes Rahabae in ipfo muro, quo vrbs cingebatur, exftructae erant, adeo vt exploratores in adventu vrbem transeuntes ad Rahabae aedes acceffiffe, de reditu vero cogitantes *alia via*, fc. *per feneftram* ex aedibus, in ipfo muro exftructis, euafiffe videantur. Εκβαλλειν, h. n. vel fenfu non differt ab εκπεμπειν, αποστελλειν, הוציא, Marc. 1, 12. coll. Matth. 4, 1. Luc. 4, 1. modi tamen ratione forfan habita, quo dimittebantur exploratores, fc. quafi *demiffum lapfi per funem* (*Virg.* Aen. 2. v. 262.) vel *feftinationis* Matth. 10, 38. notionem inuoluit. Cf. *Raphel.* annott. Polyb. p. 69. et *Valkenar.* ad Eran. Philon. p. 160. et ad *Herodot.* p. 273. Ceterum quaerendo affirmatur hoc: *omnino Rahabam propter facta fauorem div. fibi conciliaffe.*

26. Fide denique recte factis deftituta cum corpore exanimi comparanda, materiae tractandae finem facit Iacobus. Πνευμα, vt hebr. רוח h. l. pro *anima* vel ψυχη. Νεκρον εστι, *mortuum eft, adeoque vi caret.* vid. ad v. 17. *Quomodo vero Paullus et Iacobus*, quorum ille falutem noftram a fola fide pendere affirmat (Rom. 4.), hic vero negat, *inuicem conciliandi fint*, exc. 2. disquiret.

Cap. III. 1. Nexus cum Cap. praeced. fi quis adeft, hic effe videtur. Cohortatus erat Iacobus Cap. praeced. Chriftianos, vt vitae inprimis honeftati operam darent, nec in cognofcenda tantum religione chr. acquiefcerent; quare, vt factis egregiis aliis virtutis

μου, εἰδότες, ὅτι μεῖζον κρίμα λημψόμεθα·

exemplo esse, quam in munera doctorum publica sese ingerentes coram tota concione alios docere malint, eosdem cohortari iam pergit. Et sic quidem redit ad argumentum Capitis 1, 19-21. Christianis identidem inculcandum, in quo quidem explicando supponendum esse iam supra monuimus, fuisse et inter Christianos, ad quos scripsit Iacobus, qui nimia publice in ecclesia docendi cupiditate flagrarent, quam Iacobus iam aliquo saltem modo reprimere conatur. Quae quidem cupiditas, quanta inter Christianos tum temporis fuerit, illa *Clementis Rom.* ad Corinthios abunde testatur epistola, in qua id agit auctor, vt reuocet Corinthios ad sectandos denuo doctores priscos, quorum in locum duos iuuenes, muneris ecclesiastici cupidissimos, sufficere conati fuerant. vid. §. 44-57. inprimis vero §. 47. (ad quem et *Bensonus* praecipue vult attendi), vbi *pudendum et christianae fidei professione indignum*, ait, *ecclesiam Corinthiorum, constantiae et antiquitatis laude illustrem, duorum hominum causa contra seniores suos seditionem moliri.* Quare equidem, l. n. ad istum docendi pruritum, eo tempore inter Christianos inualescentem referens, διδάσκαλος de *doctore omnino* intellexerim, Iudaeis ῥαββὶ dici solito, Ioh. 1, 39. 20, 16. quem titulum impense amabant inprimis Pharisaei. Cf. Matth. 23, 7. coll. Rom. 2, 19. 20. 1 Cor. 12 - 14. ex quibus locis apparet, Iudaeos, et, qui e Iudaeis prodierant, Christianos, doctorum munus sibi potissimum arrogasse. *Grotius* διδασκ. praeter rem ad *episcopos* restringit. *Carpzovius* sub διδ. intelligi vult κριτὰς, s. *satyricos cauillatores*, ita vt toto hoc loco linguae vitia omnino, reprehensiones puta, conuicia, loquacitas, et i. g. a. prohibeantur; sed haec a voc. διδασκ. plane aliena est significatio. Sensus igitur cohortationis μὴ πολλοὶ διδ. γιν. (in qua non sine aliqua duritie πολλοί, quasi ὡς πολλοί, verbo sec. pers. iungitur), huc redit: *ne nimis multi vestrum sese profiteantur doctores*, vel, vbi πολλοί, ex vsu loquendi haud infrequente, pro πάντες sumseris: *nolim ego vnumquemque adfectare munus alios docendi aut corrigendi.* Satis bene *Lutherus: Unterwinde sich nicht*

2 πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες· εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ

Jedermann Lehrer zu werden. Praefero prius ex vſu loquendi linguae helleniſt. quippe qua, ex hebr. רבה, πολλοι γινεσθαι dicuntur, quorum *numerus augetur.* Gen. 6, 1. Deut. 30, 16. Zach. 10, 8. Πολλους vero dicens Ap. non magis multitudinem in ſe ſpectat, quam rei ipſius difficultatem, quoniam doctorem cum ratione agere, omni tempore paucorum eſt. *Carpzovius* vero et alii, qui διδασκαλοι reddunt per *cauillatores*, πολλοι poſitum eſſe putant pro πολυ, πολλον ſ. αει, *identidem*, *perpetuo*, vt 2 Cor. 6, 10. πολλους, et apud noſtrum verſu ſtatim ſequente, πολλα pro αει; vt ſenſus prodeat hic: *ne identidem et nimii reprehenſores eſtote!* Quam quidem vocis πολλοι explicandi rationem, per ſe haud prorſus ſpernendam, vbi ad διδασκαλους proprie ſic dictos, quales nos intelligimus, transtuleris; ſenſus eſſet: *ne nimii ſitis in docendo*, cuius tamen vitii neſcio an rei fuerint Chriſtiani. Iam rationem ſubiungit Iacobus, cur parum exoptandum ſit doctoris munus. Ειδοτες pro ειδετε γαρ. Κριμα ſi eſt *iudicium*, μειζ. κρ. ληψ. ſibi vult: μαλλον ſ. ακριβεστερον κριθησομεθα, ſc. η εαν μη διδασκαλοι ημεν; *penitius Deus in noſtram agendi rationem inquiret pluraque a nobis, qui aliorum doctores ſumus, requiret, quam ab aliis*, i. e. *maiori nos rationis reddendae periculo offerimus.* (*Wir ziehen uns gröſsere Verantwortung zu.*) Quodſi vero κριμα ex hebr. משפט ſumſeris* pro κατακριμα, ποινη, 2 Pet. 2, 3. Rom. 2, 3. (quae quidem loquendi ratio inde orta eſt, quod Deus in beandis puniendisque hominibus throno quaſi inſidens iudicis ſententiam dicere Hebraeis aliisque gentibus putabatur atque dicebatur), κρ. λαμβ. i. e. q. κατακρινεσθαι, et ſenſus hic: *grauiori poena digni habebimus, ſi doctores fuerimus, (male ſc. munere functi), ac ſi non fuerimus.* Tunc Ap., licet dexteritatis ſuae, poenam haud exteſcentis, ſibi conſcius, modeſtiae cauſa ſententiam et ad ſe transtulit. Vterque ſenſus fere idem. cf. cum loco noſtro egregium illud *Simpl.* in Epict. p. 294. Ου το απλως αριστον επιτηδευειν χρη, αλλα το των ημιν συμμετρων αριστον. ουδεν γαρ εν ασυμμετροις υποδοχαις επιγινεται. Διο χρη μη προπετως τα μειζονα προσωπεια περι-

πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι

βαλλεσθαι διδασκαλου, η Φιλοσοφου, η εν νηϊ κυβερνητου, η εν πολει αρχοντος. Καλλιον γαρ εν υφειμενῳ προσωπῳ ευδοκιμειν περικρατουντα του προσωπου, και υπερβαλλοντα αυτο· η εν υπερεχοντι ασχημονειν, απολειπομενον της αξιας αυτου. και καλλιον παιδαγωγον αριστον ειναι, η διδασκαλον ατελη. Aboth. 1, 10. *dilige laborem, et odio habe Rabbinatum.*

2. Additur caufa, cur feverius in doctores iudicium olim fit exercendum, nimirum, quia, cum tam ardua fit res, linguae temperare, faepiffime lingua abutantur. Πολλα, pro κατα πολλα, πολλως, *faepiffime.* Πταιομεν vid. ad Cap. 2, 10. *peccamus, delinquimus* fc. *iam in aliis rebus, quibus non tantae peccandi infunt illecebrae.* Ἁπαντες, *nullo excepto.* Prouerbii inftar πολλα — απαντες apud varios fcriptores occurere, *Wetft.* atque *Grotius* oftenderunt. cf. Eccl. 7, 20. Ει (δε) τις εν λογῳ (f. εν τῳ λαλησαι 1, 19.) ου πταιει (f. την γλωσσαν χαλιναγωγει 1, 26. vel εν γλωσσῃ μη αμαρτανει Pf. 39, 1.) i. e. praeeunte *Grotio: qui neque dicit, quod non compertum habeat, et tempora obferuat, quibus quidque aut dicendum aut filendum fit;* ανηρ (quod redundat) τελειος, תמים, fc. εστι, h. n. *confummatae*, i. e. ex populari dicendi genere, *eximiae prudentiae* eft, qui idem v. 13. σοφος και επιστημων vocatur, et pro quo nos familiari fermone dicimus: *ein ganzer Mann.* Verterim fic: *Wir fündigen alle ohnehin fchon fo oft, wer nun vollends* (δε) *mit der Zunge nicht fündigt, der hat es weit gebracht.* Eft haec admonitio generalis de prudenti orationis vfu omnino, fed ad doctores translatu facillima. *Michaelis*, veritus, vt dictio τελειος ανηρ, adiectiuo nimirum ante fubftantiuum pofito, graecis auribus fatis placeat, τελειος commate a caeteris feparari, ανηρ vero cum fequentibus iungi vult fic: ουτος τελειος, ανηρ δυν. χαλ. etc. Sed ipfe *Ifocrates* (vid. *Wetft.*) differte habet τελειους ανδρας. Δυνατος pro και δυναται. Χαλιναγωγειν ab equis domandis ad linguam coërcendam transferri folere, iam ad 1, 26. annotauimus, et huic quidem ipfi loquendi formulae χαλ. την γλωσσαν, quam forfan in mente adhuc habuit, oppofuiffe videtur alteram hanc, eamque

3 καὶ ὅλον τὸ σῶμα. ἴδε, τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν, πρὸς τὸ

minus folennem: χαλ. ὅλ. τ. σωμα. Iam vt γλωσσα pro λαλειν, et λαλειν pro loquendi pruritu interno ponitur; fic ὅλ. τ. σωμα de reliquis reliquorum membrorum functionibus, et, quae iis fubeffe putandae funt, animi affectionibus intelligendum eft, vt fenfus fit: *qui loquendi pruritum reprimere poteft, nec reliquos pruritus coërcendi facultate carebit.* Ratio in eo pofita effe videtur, quod linguae adeo plerumque volubiles improuifique fint impetus, vt vel ipfum mentis, qua nil velocius, motum praevertant, reliquorum autem minifteria membrorum faltem locum aliquem arbitrio ac rationi concedant. Sic *Zenonis* illud dictum ferua-vit *Laërtius*: κρειττον ειναι τοις ποσιν ολισθειν, η τη γλωσση. *Grotius* vero, quem fequuntur *Moldenhawer* et *Augufti*, per το σωμα intelligit *corpus ecclefiae*, vt fenfus fit: *is demum aptus eft ad regendam totam ecclefiam;* cui tamen *Benfonus* iure oppofuit: nec *folum* hoc voc. vnquam fignificare *ecclefiam*, h. l. vero nil addi, vnde pateat metaphorice accipiendum effe, nec χαλιναγωγειν conuenire ecclefiae, nec denique fimilitudines quae fequuntur v. 6. huic interpretationi fauere.

3. *Carpzovius* quem fequitur *Hottingerus*, comma hoc cum antecedentibus ita iungit: *qui os et linguam compefcit fuam, totum corpus gubernare poteft: aeque vt, qui faltem os equi frenat, totum corpus equi circumagit.* Neque diffitendum eft, duo illa orationis membra: δυνατος — σωμα v. 2. et ὁλον — μεταγ. v. 3. exacte fibi refpondentia hancce rationem valde iuvare. Sed apodofis v. 5. ab illa comparatione hominis linguam fuam compescentis cum eo qui os equi frenat, prorfus deflectens, in demonftrationem potius abit eam: quanta linguae, mi-nimi membri, in malam partem vis fit. Scite quidem et ingeniofe *Hottingerus* ad haec: id eo factum effe, quod Ap. nouam comparationem inftituens a navium regimine ductam, verbis illis τηλικαυτα et ελαχιστου v. 4. anfam praebentibus, de fimilitudinis inchoatae via ad demonftrationem illam deflexerit, id quod in fcriptore ad feueram cogi-

πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν

VARIAE LECTIONES.

3. ἴδε legunt C. 13. 14. 19. 57. 65. (c. al. 5.) 68. 69. 78. ex em. 83. 95. 98. al. 17. *Matth.* a. al. 8. *Ed. Damafc. Theoph.* dif. — εἶδε A. *Matth.* g. — εἰ δὲ G. 8. 15. 18. 25. 31. 36. 40. 73. 78. a pr. m. al. 11. *Copt. Ar. pol. Vulg. corb. Oecum.* ficut autem, *Latt. ap. Bedam.* et praeterea, *Aeth.* Quis non fic, vtramque lectionem ex fola codicum auctoritate ponderans, liberam pari momento pendere videbit, praecipue cum Itacismus, quem vocant, hic fpectandus fit, quo, vbi locum habet, codicum vel grauiffimorum auctoritas ambigua redditur. Interna fi audienda funt argumenta, lectioni εἰ δὲ eadem ex εἰ v. 2., quae lectioni ἴδε ex ἰδοὺ v. 4. vis fuccrefcit; fed lectio εἰ δὲ tam inde, quod lectio difficilior eft, cum apodofi carere videri poffet, quam inde, quod Iacobus ἰδοὺ feptenis vicibus 3, 3. 4. 5. 5, 4. 7. 9. 11., ἴδε vero praeter hunc locum haud amplius adhibet, praepondium aliquod nancisci videtur, ita vt fufpicioni locus fit, lectionem εἰ δὲ in ἴδε et hinc in vulgarem lectionem ἰδοὺ transiiffe. Sed videant intelligentiores.

tandi normam haud informato iuftam habeat excufationem: qua tamen mihi quidem non opus effe videtur. Quid enim impedit, quo minus ftatuamus, Iacobum ex verbis comm. 2. in illam ipfam fimilitudinem fic, vti v. 3. proftat, enuntiatam deuolui potuiffe, licet non ad amplificandam v. 2. fed ad exornandam fententiam proxime fequentem referenda fit? Quare v. 3 et 4., verborum confequutione cognatos, referri malim ad v. 5. ita, vt vtroque exemplo *res exiguas magna perfaepe mouere,* confirmetur. Ἴδε, hebr. הנה f. הן, periodos periodis iungit, nifi h. n. admirationis nota eft. Quodfi vero lectionem εἰ δὲ praetuleris, inde a verbis καὶ ὅλον etc. incidit apodofis (vid. var. lect.). Τῶν ἵππων — βάλλομεν, pro: εἰς τὰ στομ. τ. ἵππ. τοὺς χαλ. βαλλ. Similis verborum transpofitio deprehenditur Ioh. 12, 47. Expeditior fuiffet conftructio haec: ἰδοὺ, τοῖς ἵπποις χαλινοὺς εἰς τὰ στομ. βαλλ. Dicere potuiffet Ap. vno verbo: χαλινοῦμεν τοὺς ἵππ., fed tunc *rei minimae* notio, quae latet in χαλινός, haud ita notata effet. Πρὸς τὸ πείθεσθαι pro ἵνα πείθωνται. Καὶ, fuppl. οὕτως. Ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγ. i. e. ὅλους τοὺς ἵππους μετάγ. *und fo haben wir das ganze Pferd in un-*

4 μετάγομεν. Ἰδοὺ, καὶ τὰ πλοῖα, τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου, ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ

ferer Gewalt. Cf. Pf. 32, 9. *Sophocl.* Antigon. 483. σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τους θυμουμενους ἵππους καταρτυθεντας. Il. τ. 393. Plura vid. ap. *Wetft.*

4. Ἰδου, vid. ad v. 3. Και h. l. *adeo.* Ioh. 4, 24. gravioris enim momenti iam additur exemplum. Τηλικ. οντα, i. e. καιπερ τ. ο. *quamvis talia, h. e. tam magna fint.* Inde Ief. 33, 21. צים אדירים vocantur, et de iisdem *Virgilius*: *Credas innare reuulfas Cycladas.* Και ελαυνομενα, pro και, καιπερ ελαυν. *et, quamuis huc illuc iactentur.* Σκληροι ανεμοι et externis fcriptoribus dicuntur *venti faeui*, vt *Arriano* exped. 1, 26. 3. *Aelian.* v. h. 19, 14. cf. *Alex.* Prov. 27, 16. Duplex igitur huic exemplo ineft momentum: *ipfa nauis moles, ventorumque, qua agitatur, vehementia,* quibus in feqq. opponuntur ελαχιστου πηδαλ., minimae molis inftrumentum et fola ὁρμη τȣ ευθυν. Μεταγεται, fuppl. και ὁμως μεταγ. Ευθυνειν, proprie quidem *complanare*, deinde vero *dirigere*, fyn. verb. μεταγειν, f. ιθυνειν, et cum de *auriga* tum de *gubernatore* vfurpatur. vid. *Valkenaer.* ad *Eurip.* Hipp. 1226. p. 296. et *Spanhem.* ad *Callim.* hymn. in Iov. v. 83. et *Loesner.* Inde ὁ ευθυνων h. l. i. q. ὁ ευθυντης, quem poëtae Latini *rectorem* vocant, *Virg.* Aen. 5, 162. et fyn. voc. κυβερνητης, *gubernator.* Sic et *Hef.* ευθυνει· κυβερνᾳ. ευθυντης· κυβερνητης, Ἡ ὁρμη του ευθυνοντος, alii vertunt *voluntas gubernatoris,* fed vix voc. ὁρμη *voluntati* conuenit; alii *impetus navigio a gubernatore impreffus* (*der Schufs, welchen das Schiff durch die Kunft des Steuermannes bekommt*), fed cur potiffimum fingularis haec, nec quaelibet omnino nauis commotio per gubernatorem facta h. l. commemoretur, et quomodo folo gubernaculo, nifi ventorum fimul vis accedat, impetus ille imprimi poffit navigio, equidem non affequor. Nobis quidem ἡ ὁρμη eft *celerior illa gubernaculi commotio, qua nauis, tempeftate agitata, modo huc modo illuc dirigenda eft.* Ὁπου βουληται, *allenthalben hin.* cf. Ioh. 3, 8. το πνευμα, ὁπου θελει, πνει. Pertinet huc *Lucret.* de n. r. 4, 899 fqq.

εὐθύνοντος βούληται· οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα, μι- 5

— *Ventus subtili corpore tenuis*
Trudit agens magnam magno molimine nauim.
Et manus vna regit quantouis impetu euntem.

Aristotel. Q. Mechanic. 5: Τὸ πηδάλιον, μικρὸν ὄν, καὶ ἐπ' ἐσχάτῳ τῷ πλοίῳ, τοσαύτην δύναμιν ἔχει, ὥστε ὑπὸ μικροῦ οἴακος, καὶ ἑνὸς ἀνθρώπου δυνάμεως, καὶ ταύτης ἠρεμαίας, μεγάλα κινεῖσθαι μεγέθη πλοίων.

5. Transferuntur iam exempla haec ad linguam, quae eadem, quantulacunque sit, magna tamen moliatur. Οὕτω, sc. ὡς οἱ χαλινοὶ καὶ ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος. Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα, sc. ἐστί. *So auch mit der Zunge*, sed, quod dudum iam monuimus (C. 2, 25.) et omissa post γλ. destinctione, verba haec statim cum sequentibus iungi possunt. Μικρὸν μέλος ἐστι, pro καίπερ μ. μ. ἐ. vel μικρὸν μὲν μ. ἐ. Καὶ, pro καὶ ὅμως. Μεγαλαυχεῖν, (vt nos *grosssprahlen*). ex solenni significatione reddi solet per *gloriari*; quae tamen sola et in se spectata non satis quadrat ad nexum, qui non tam linguae *magniloquae*, quam *magna efficientis* notionem requirit. Hinc alii μεγαλαυχ. pro μεγάλα ποιεῖν sumi volunt, provocantes ad vsum loquendi Hebr.; qui *dicendi* s. *loquendi* verbis interdum vtantur, vbi res quasdam *effectas* s. *productas* esse significare velint, (cf. *Glassii* phil. s. p. 222 sqq. ed. *Dathii*); quo nexui quidem consulitur, sed an satis firma sit significatio ex vsu loquendi, merito dubitatur. Quidni vtramque significationem ex ipsa verbi etymologia hic iungamus sic: *lingua pusillum quidem membrum est, sed quanta* (μεγάλα) *efficere possit, gloriatur ipsa.* (αὐχεῖ); Iacobo forsan notante διδάσκαλων v. 1. commemoratorum *superbiam*, qui magniloqua oratione, quoquo vellent, se alios flectere posse gloriabantur. Sic saluo vsu loquendi saluoque nexu non sola linguae *vis omnino*, sed ea simul, quam *in malam partem* habet, hic, vt in proximis; non sine *contemtu* quodam, quo totus locus enuntiatus est, declarari videtur. Quantas res vero lingua efficiat, disce ex Prov. 10, 20: 12, 18. 14, 3: 15, 2. 7. 17, 14. 18, 6. 7. 8. 20. 21. Cohel. 10, 12. 13. 14. Sirac. 28, 13. 2 Petr. 2, 18. Cf. etiam *Eurip.* Hippol. 395 sqq. Ceterum, linguae

6 κρὸν μέλος ἐστὶ, καὶ μεγαλαυχεῖ. Ἰδοὺ, ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει· καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος

cum *freno* et *gubernaculo* comparatio, et externis ſcriptoribus ſolennis eſt: *Plato* Axiocho. Ἡνιαις και μαστιγι τους ἱππους ιθυνομεν· και ναυτιλλωμεθα, τη μεν τοις ιστιοις την ναυν εκπετασαντες, τη δε ταις αγκοραις χαλινωσαντες καταβυθομεν· ούτω κυβερνητεον την γλωτταν, Αξιοχε, τη μεν τοις λογοις ὁπλιζοντες, τη δε σιωπη κατευναζοντες.

6. Ἰδου — ανaπτει, a v. 5. ad comma 6. reiicienda cenſuimus; incipit enim noua ſimilitudo, qua, *exiguis rebus magna etiam* mala *moveri poſſe* docetur. Ολιγον, *Ammonio* interprete, και μικρον διαφερει· το μεν γαρ ολιγον επ' αριθμω, το δε μικρον επι μεγεθους ταϲσεται. Sed, addit idem ille, Αριστονικος εν ὑπομνηματι εκαλεσ' επι στοιχειου ολιγην μικραν ὑπαλλακτικως — και Ὁμηρος διφρον αεικελιον παραθεις, ολιγην τε τραπεζαν, την μικραν. cf. *Euſtath.* in Il. ε. p. 464. 46. in Od. ι. p. 374. 10. et κ. 94. Sic et h. l. ολιγον pro μικρον vſurpatur. Ἡλικην ὑλην, *qualem ſiluam*, pro *quantam ſiluam*. *Heſ.* ἡλικον· ποταπὸν, μεγα, ὁποιον. *Idem:* ἡλικην· μεγαλην, τηλικαυτην. Ὑλη, ſunt qui *materiam omnem quae incendi poteſt*, ſunt etiam qui *ſilvam* vertant. *Etym. M.* ὑλη σημαινει τα ξυλα, ὡς το· ὑλην ταμεμεν και τον συνδενδρον τοπον. *Suid.* ὑλη· ὁ συνδενδρος τοπος. Praefero poſterius, quo grandior imago menti obiicitur. Nec deſunt in ſcriptoribus antiquis loca de ſiluis incendio correptis atque deletis. cf. *Alex.* Iob. 38, 40. Ieſ. 10, 17. Sir. 28, 10. *Homeri* Il. β, 455. coll. λ. v. 155. *Pind.* Pyth. III, 66. *Eurip.* Ion. 15. *Demoſthen.* p. 1040 et 1048. ed. *Reiſke.* Plura collegit *Wetſt.* quibus adde *Corn. Nep.* Miltiad. Cap. 7. Ανaπτει, pro αναπτειν δυναται, *incendere poteſt.* Heſ. αναπτεται· φλεγεται. Non alienum ab h. l. proverbium lat. *ex ſcintilla incendium.* Και, οὑτω και. Ἡ γλωσσα πυρ, ſc. εστι, i. e. ὁμοια εστι πυρι. Αδικια, πραγματα αδικα. Ὁ κοσμος της αδικιας, verte vel *ornamentum* vel *complexum impietatis.* Plura de hac dicendi formula dabimus exc. 3. quorſum etiam ſingulas ſingulorum interpretum rationes pro inſtituti ratione reiiciendas cenſuimus. Οὑτως, (ſi ſana eſt lectio) ſc. ὡς πυρ εν τη ὑλη. *Lingua haud raro idem eſt in mem-*

τῆς ἀδικίας· οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλο-

VARIAE LECTIONES.

6. οὕτως omitt. A B. 27. 66. (c. 43.) 73. *Matth.* g. *Syr. Erp. Syr. post.* c. aster. *Arm. Vulg.* corb. *Isid.* pelus. *Antioch. Damasc.* probb. *Bengelio*, *Grotio*.

bris nostris, *quod ignis in siluam immissus*. Καθίσταται *collocata*, pro simpl. ἐστι, Rom. 5, 19. 2 Petr. 1, 8. Cf. *D'Orville* ad *Charit.* 5, 6. Loca collegerunt *Palairet* in obss. crit. pag. 502. et *Raphel.* in annot. ex *Herodoto*. Ἡ σπιλοῦσα pro καὶ σπιλοῖ. σπιλοῦν vero proprie est *contaminare, maculare*, Iud. 23. deinde *contagio inficere*, *anstecken*, plane vt μιαίνειν Hebr. 12. 15. Ex posteriori significatione sensus est: *lingua nequitiam quasi in omnes corporis partes diffundit*, s. *causa fit*, *vt et caetera membra peccent*, i. e. *peccatorum multorum fomes est*: nam (quo exemplo *Morus* sententiam illustrauit), qui iuuenis indulsit sibi obscenos sermones, is incipit temporis successu etiam ad facta obscena transire. E priori vero, *Hottingero* interprete, Ap. dicere videtur: *linguam, si quis illa male vtatur, caeteris omnibus membris*, s. *vniuerso corpori* i. e. homini *maximo esse dehonestamento*. Dubius haererem, vtram praeferrem, nisi prior iis, quae proxime sequuntur, magis respondere videretur. Opponit quidem ei *Hottingerus*: non *quodvis* vitium ad linguam referri posse; sed non omnia ad viuum resecanda sunt, alias et altera illa reprehendi possit propterea, quod linguae abusu non *vniuersus* homo contaminetur. Φλογίζουσα, pro καὶ φλογίζει. Loquendi ratio ab igne, de quo paulo ante sermo erat, repetita est. Ad verbum: *et incendit totius vitae decursum*, *suscitando nimirum odiorum*, *dissidiorum*, *seditionum incendia*, i. e. vbi ab imagine recesseris, *vitam nostram perdit*, *miserrimam reddit*. Sic et *Philo* a alleg. p. 102. D. vocabulum huic propinquum φλέγειν de *summa pernicie*, quam perturbationum importunitate mens patitur, abhibet: τότε γὰρ, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ἐμπίπραται φλεγομένος ὁ νοῦς, τῶν αἰσθέσεων τὴν φλόγα, εγειρούσων, τὰ αἰσθητὰ ὑποβεβλημένων. Τροχὸν τῆς γενέσεως, i. e. ὅλην τὴν ζωὴν

γίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη
7 ὑπὸ τῆς γεέννης. πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πε-

ἡμων, vel του χρονου του βιου. 1 Petr. 4, 3. Copiofius hanc formulam explicaui-mus, aliorumque interpretum rationes adduximus, exc. 3. Γεεννα, compof. ex גיא et הנם, proprie *vallis filiorum Hinnom*, prope Hierofol. ad torrentem Kedron, in qua Iudaei idololatrae, vt *R. Kimchi* ex veteribus Rabbinis tradidit, quondam liberos fuos brachiis igniti Molechi fimulacri, bouis quodammodo imaginem repraefentantis, inter tympanorum fonos (vnde haec vallis etiam תפתה a תף Ier. 7, 31. alibi, vocatur), inaudita immanitate impofitos, flammis confumendos tradebant. cf. 1 Reg. 11, 7. 2 Reg. 16, 3. 4. *Deinde* vero, quia locum iftum poftea abominati funt Iudaei, metonymice et *infernus* fic dictus eft, vbi igne, quo nullum cruciatum nouerant crudeliorem, tum *daemones improbos*, quos in quolibet Iudaeorum cultu rem potiffimum habere exiftimabant, tum vero etiam *homines impios* angi fibi finxerunt. Hinc *denique* h. l. ponitur pro *igne infernali*. Sic quoque *Syrus* et *Arabs*. cf. *Bartolocc.* bibl. Rab. T. II. pag. 128 fqq. Φλογιζομενη. *Grotius*, *Millius*, *Benfonus*, *Storrius*, alii, ambiguam *Syri* auctoritatem arripientes, fumunt pro φλογισομενη, fenfu hoc: *lingua, quae totum vitae curfum incendit, denuo ardebit inflammata et discruciata a Gehenna.* Dubito tamen, an, nulla neceffitate vrgente, ita tempora inuicem commutare liceat. Quare φ. ὑ. τ. γ. iterum poëtice dicta et ita refoluenda cenfeo: διοτι και αυτη φλ. εστι ὑ. τ. γ. *cum et ipfa incenfa fit a flamma infernali*, i. e. *cum res adeo abominandas moliatur, vt ex ipfo inferno quafi furfum afcendiffe, vel a daemonibus originem traxiffe videatur.* Sic et hodie ex orco nata feu a diabolo effe dicimus, quorum fummam foeditatem indicare volumus. cf. Prov. 16, 27. Pf. 120, 3. 4. Targum in Pf. 120, 2. *Lingua dolofa* — *cum carbonibus iuniperi, qui incenfi funt in gehenna inferne.* Longe plura huc facientia collegit *Wetfi.*

7. 8. Iam linguam *ipfis feris domatu difficiliorem effe* contendit Iacobus. Γαρ, mera transeundi part. Πασα

τεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμάζεται καὶ δε-

Φυσις θηριων, pro Φυσις παντων θηριων, *natura, indoles omnis generis animalium*, vel magis definite: *connata omnibus animalibus ferocia*, i. e. abſtracto, loco concreti, poſito: *animalia quamvis ferociſſima.* Sic et Φυσις ανθρωπινη, *ingenium* ſine *natura humana*, inprimis h. l. de hominum *prudentia* ſ. *humani ingenii ſolertia* intelligenda videtur, niſi potius, quod praetulerim, Φυσ. παντ. θηρ. et Φυσ. ανθρωπ. periphraſtice poſita ſint, pro: παντα τα θηρια et ανθρωποι. Sic *Plato* de legg. 9. Παρεξει νομος ουδεις κτεινας τον πατερα η μητερα. τους εις Φως την εκεινου Φυσιν (*eum*) αγαγοντας. Vid. *Schwarzii* comm. ling. gr. ſ. v. Φυσις, vbi plura inuenies exempla. Sic et Latini *ratio*, et *natura alicuius rei*, interdum pro *res ipſa* adhibent. Cf. Sap. 7, 20. Iam ad vocem πασα illuſtrandam, plura animalium genera enumerantur. Θηρια, commune eſt vocabulum, in quo tres, quae iam ſequuntur, ſpecies. πετεινα, ἑρπετα et εναλια, ſc. θηρια, comprehenduntur. Ex contextus vero ratione non de omnibus omnino animalibus, ſed de ferociſſimis tantum, quae in aëre, terris et mari verſantur, cogitandum eſt. Πετεινα (עוף, כנף), alias πετεινα του ουρανου, (עוף השמים) igitur h. n. ſunt *aues rapaces*. Ἑρπετα, רמש, h. n. non, vt in paraphr. *Erasmi* et verſ. *Stolziana*, ad *reptilia* vel adeo *ſerpentes* reſtringendum, ſed, medium hic tenens τα πετεινα inter et εναλια, de *animalibus terreſtribus* omnino intelligendum eſt, nam ἑρπειν apud antiquiſſimos Graecos, Tragicos praecipue, et de *inceſſu* perſaepe dicitur vt ap. *Sophocl.* Philoct. v. 1155 et 1223. Aj. 1161. Hinc *Heſ.* ἑρπετα· τα αποδα παρα το εις την εραν πεπτωκεναι, καταχρηστικως δε και τα λοιπα των αλογων ζωων, vbi *Alberti*, et *Schol.* in *Callimach.* hymn. in Iov. v. 13. ἑρπετου explicat per παν ζωον. Cf. etiam *Cleanth.* hymn. v. 5. et *Theocr.* Id. 15, 118. nec non *Schol.* ad *Hom.* Od. δ. v. 419. et praecipue *Caſaub.* ad *Athenaeum* 1, 22. p. 64. Τα εναλια, *Heſ.* τα θαλαττια. omne genus *belluarum marinarum*. *Vulgatus* habet: *caeterorum*, e vitio typographico, pro quo reponendum eſt *cetorum*. Eodem ordine hae ipſae animantium claſſes ſeſe excipiunt Gen. 9, 2. apud LXX. Δαμαζεται pro ὑποτασσεται, *coërcentur* ſc.

8 δάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ· τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι· ἀκατάσχετον

capiendo, ſubigendo, fingendo vel etiam necando, ita vt pro ſua quaeque natura nobis inſeruiant, ſaltem non noceant. Dicit autem Ap. δαμ. κ. δεδαμ. vt innuat, *perpetuum* hoc eſſe, et, vt nunc ſit, ita factum ſemper. *Exceptiones* admittere Iacobum, vix eſt quod moneantur lectores bene memores, has *ſententiae* addi non ſolere, ne abeat in *demonſtrationem.* *Hottingerus* δαμ. de *facultate* et δεδαμ. de *actu* intelligi vult. Cf. cum l. n. *Senec.* de benef. 2, 29. *Quisquis es iniquus aeſtimator ſortis humanae, cogita, quanta nobis tribuerit parens noſter; quanto valentiora animalia ſub iugum miſerimus, quanto velociora conſequamur, quam nihil ſit mortale non ſub ictu noſtro poſitum!* Plura ap. *Wetſt.*

8. Ουδεις ανθρωπων, pro ουδεις. Δαμασαι ex v. 7. Iacobus retinuit. Tota vero ſententia illa την — δαμασαι ſenſu populari accipienda eſt pro: *lingua* (ſc. hominis garruli, loquacis, litigioſi, maledici, obtrectatoris), *nonniſi ſumma cum difficultate coërceri poteſt.* Quare non opus eſt, vt cum *Oecumenio*, qui fruſtra, putat, de lingua coërcenda praecipi, ſi domari omnino non poſſit, interrogatiue haec verba ſumantur ſic: *Si belluas homo ſaeuas domat, linguam ſuam domare non poterit?* Sed ea, quae ſequuntur, ακατασχετον κακον huic ſenſui prorſus repugnant. Ακατασχετον κακον, (metaphora hoc nexu probabiliter a beſtiis ferocibus repetita), *malum quod coerceri nequit,* i. e. *mali auctor, retineri neſcius.* Haec non per appoſitionem dicuntur, ſed ſupplendum eſt: ἡ γλωσσα εστι, quod docet caſus rectus μεστη. Aptiſſime ad l. n. *Plut.* de garrul. p. 509. ουκ εστι, inquit, γλωσσης ρεουσης επισχεσις, ουδε κολασμος. et *Menander* ap. Stobaeum ſerm. 36. p. 217. ουτ' εκ χερος μεθεντα καρτερον λιθον, ρᾳον κατασχειν ουτ' απο γλωσσης λογον. Ιος θανατηφ. ſ. θανασιμος Marc. 16, 18. Rabbinis סם המות, *venenum adeo mortiferum, vt omnia remedia ſuperet.* Sic θανατηφ. ap. LXX. Iob. 33, 23. Num. 18, 22. et ap. profanos ſcriptt. vid. *Wetſt.* Huius veneni μεστη dicitur lingua, i. e. *omni modo* (maledicentia, calumnia, ſuſur-

κακὸν, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦ- 9
μεν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώ-

VARIAE LECTIONES.

9. Κυριον loco Θεον habent A B C. 4. *a pr. man.* 13. *Copt. Syr. Arm. corb.* ‖ *Vulg. mſ. Cyr. Griesbachio* hanc lectionem receptae aequalem habente.

ratione, criminatione), *hominum famam, requiem totamque adeo vitam quaſi peſtifero veneno inficiens.* Reſpexit Ap. fortaſſe ad doctores iſtos v. 1., qui inuectiuis in alios Chriſtianos, quos ſuae partis non eſſe, ſed aliis magiſtris operam dare viderent, funeſtiſſima diſſidia concitabant. Repetita videtur imago a veneno, quod *τα θανατηφορα των ἑρπετων* (quae vocat *Plut.* de Iſ. et Oſ.) ſ. ſerpentes, ſub lingua geſtantes, ſalinae admixtum vna cum morſu vulneribus ſanguinique inſpirare dicuntur. cf. ante omnia Pſ. 140, 3. 4. praetereaque Pſ. 52, 4. 58, 4. Deuter. 32, 33. Prov. 18, 21. Cohel. 10, 11. 12. Sirac. 5, 13. 28, 19. 21. Matth. 5, 22. Rom. 3, 13. *Lucian.* fugitiv. 19. *και αφρου μαλλον δε ιου μεστον αυτοις το στομα.* *Schlichterus* vero, *Wolfio* citatus, ad veterum ſagittas veneno imbutas, quae etiam *ιος* dici ſolebant, alludi putat. Cum tamen feris hucusque linguam comparauerat Iacobus, ad ſimilitudinem, a ſagittis repetitam, tam repente eum delapſurum eſſe, vix crediderim. Accedit etiam, quod *δαμασαι* imaginem a ſagittis mutuatam non admittit.

9. Amplificatur ſententia v. 7. et 8. *Εν αυτῃ*, pro *δἰ αυτης*. *Ευλογειν τον Θεον*, ex hebr. ברך, omnino, vt h. l., *loqui in honorem divinum* ſiue precibus ad eum effundendis, ſiue laudibus eius celebrandis, ſiue praeceptis eius tradendis, ſiue alio quocunque modo. Pſ. 16, 8. Luc. 2, 28. et alibi. *Heſ. ευλογειτω· επαινειτω. ευλογησεν· ὑμνησεν.* vid. exc. 1. in epp. Petrin. *Και πατερα*, *eumque patrem*, vel: *qui idem eſt pater.* *Πατηρ* vero h. l. vt c. 1, 18. ex opp. *ανθρ. γεγονοτ.* iterum valet *κτιστης*, *creator*, quo ſenſu veteres et Iouem hoc nomine inſignire ſolebant. *Και εν αυτῃ*, iterum pro *και δἰ αυτης*, i. e. *et eadem illa, qua Deum laudamus.* *Καταρασθαι τινα*, hebr. ארר, *imprecari alicui mala*, ſ. *ſuppliciis aliquem dignum declarare.* vid. exc. 1. in epp. Petr. *Τους γεγονοτας*,

μεθα τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ᾽ ὁμοίωσιν Θεοῦ.

pro καιπερ γεγονοτας, s. πεποιημενους, *quamuis creati sint.* Καθ᾽ ὁμοιωσιν του Θεου, בצלם אלהים i. e. ὁμοιοι τῳ Θεῳ, *vt sint in praestantissimis Dei operibus.* Cf. Gen. 1, 26. 27. vbi haec verba, quae Iacobus ad dignitatis et praestantiae moralis similitudinem hic transfert, (qua praediti omnino παρα τα αλλα ζωα ὡσπερ θεοι οἱ ανθρωποι βιοτεουσι. vt loquitur *Socrates* ap. *Xenoph.* Απομν. I, 4, 14.) non minus ac illa *Ovidii* (met. 1. v. 82 sqq.), qui homines, *in effigiem moderantum cuncta Deorum,* creatos esse narrat, de *formae externae,* quam Dii cum hominibus communem habere putabantur, similitudine intelligenda sunt (vid. lib. nostr. *Moses v. Dauid. k. Geol.* p. 230 sqq. et comment. nostr. *de antiquo documento Gen. II. et III.* exst. in *commentt. th.* a nobis edd. Vol. I. p. 254 sqq.) Ceterum verba τους — γεγον. eodem modo, vt Gen. 9, 6, ad vitii atrocitatem eo acerbius notandam addita sunt. Hoc autem dicit Iacobus: *absurdum atque summae inconstantiae esse, Deum laudibus celebrare, exsecrari vero hominem, qui Dei tanquam imaginem referat.* Εκ — καταρα, non ad v. 10. cum quo iungi solent, sed ad v. 9. adhuc pertinere videntur. Εκ του αυτου στομ. i. e. *ex vno eodemque ore.* Εξερχεται, βρυει, *strömt hervor.* Arabs *promanat.* Ευλογ. και καταρα, vid. ad ευλογειν et καταρασθαι. Sensus iterum est: *etiam hoc absurdum et inconstans: idem membrum fungi rei optimae ac pessimae ministerio.* Cf. Sir. 28, 12 — 14. *Philo* de decal. p. 196. 28. Ου γαρ ὁσιον, δι οὑ στοματος το ἱερωτατον ονομα προφερεται, δια τουτου φθεγγεσθαι τι των αισχρων. *Tanchuma* fol. 33, 2. *Qui quaerit studere in lege, et verba bona proferre, Deum laudare, glorificare, orare et canticis celebrare: sed potest etiam calumniari, blasphemare, conuitiari, et peierare.* Bereschith. R. 24. *Scito quem contemnas, eum nimirum de quo scriptum est: ad similitudinem Dei fecit eum.* Pulchre haec omnia conueniunt cum dicto *Aesopi: linguam et optimam esse et pessimam:* et Hebraeorum: *vita et mors in manu linguae.* Iam sunt, qui comma hoc ad linguam effrenatam omnino describendam, sunt etiam qui ad impios potissimum magistros referant, qui sermone quidem Deum celebrarent, Chri-

γεγονότας· ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλο- 10
γία καὶ κατάρα. οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω
γίνεσθαι. μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει 11

ſtianos vero auguſtiori ſenſu cariſſimis Dei operibus annumerandos, odio haberent. Praefero equidem poſterius, quia iam v.

10—12. Iacobus exemplis hortatur Chriſtianos, vt eiusmodi agendi rationem praeceptis chriſtianis prorſus repugnantem ſedulo effugere velint. Ου χρη, *non decet, abſurdum eſt et parum conſentaneum.* Qui ου χρη, praeeunte *Heſychio* ſimpliciter interpretantur ου δει non omnem hic verbi vim exhauriunt. Ταυτα ουτω γινεσθαι ſc. *vt Deum colentes, iidem et hominibus mala imprecemini, ſed decet potius virum bonum, conſtantem eſſe in virtute.*

11. Μητι, partic. interrog. qua Alex. vtuntur pro ה interrog. Mal. 3, 8. nec non pro מה Gen. 20, 9. et אם לא Prov. 3, 30. Μητι βρυει etc. vero, affirmatiue ſibi vult, ου vel ουδαμως βρυει etc. Πηγη (מקור, מעין), a πηδαω *ſalio*, vbi vocabulo οπη opponitur, *fontem* ſ. *ſcaturiginem omnino* ſignificat, ſiue foramen ex quo aqua proſilit, ſiue aquam ſcaturientem ipſam ſpectaueris; οπη vero, vi oppoſ. πηγη, *cauerna*, ſiue *foramen ex quo aqua profluit.* Εκ της αυτης οπης igitur eſt: *ex vna eademque cauerna.* Βρυειν modo intranſitiue eſt *ſcatere, abundare* (cf. *Spanhem.* ad *Ariſtoph.* nub. 45.), modo transitiue *producere, emittere;* vnde, vt αναβαλλειν, mox de *floribus* et *fructibus, quos terra producit* (*Xenoph.* de venat. 5, 12.), mox vt h. l., de *fontibus, e quibus aqua ebullit,* ſ. *ſcaturit,* adhiberi ſolet. *Heſ.* βρυει· ρεει, πηγαζει, αναβλυζει, πηδα, ανιησιν. vbi *Alberti.* Βρυει vero h. l. ponitur pro βρυειν δυναται, vt v. 12. ποιησαι δυναται. Το γλυκυ, ſc. υδωρ, i. e. *aqua potui idonea* (υδωρ ποτιμον), quam et nos, aquae marinae oppoſitam, *ſüſses Waſſer* vocare ſolemus. Και, pro και αμα accipiunt interpretes, quia *Plinio* auctore l. 2. idem fons aliis horis, aliam emittere poſſit aquam, calentem, frigidam, ſalſam, dulcem. Sed quamuis vel maxime hoc ita ſeſe habeat, tam raro tamen accidit, vt quaſi prodigii loco habendum ſit. Noſter vero de iis loquitur, quae ſunt vſus

12 τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; μὴ δύναται, ἀδελφοί

atque consuetudinis vulgaris. Πικρον i. q. ἁλυκον s. ἁλμυρον sc. ὕδωρ, nam *amarum* et *salsum* scriptores promiscue adhibent, ob saporem vicinum. Sic *Plato* apud *Suidam* in Φαιον χρωμα· εγγυς μεν του πικρου το ἁλμυρον. Respondet latino *salmacidum*, nisi forte hoc vocabulum deprauatum videri possit ex *salinacidum*, vel *salsacidum*, i. e. *salsum et acidum*. vid. *Salmas*. exerc. Plin. p. 81. *Graev*. ad Flor. 4, 10. p. 841. ed. Ducker. De fontibus vero eiusmodi, ob maris vicinitatem, in ipsa origine amaris, praeter Exod. 15, 23. coll. Ier. 23, 15. plura in promtu sunt veterum loca. Solinus 14. *Hipanis oritur inter Auchetas, Scythicorum amnium princeps, purus et haustu saluberrimus, vsque dum Callipidum terminis inferatur, vbi fons Exampeus infamis est. amara scaturigine, qui Exampeus liquido admistus fluori amnem vitio suo vertit, adeo vt dissimilis sibi in maria condatur.* Herodot. 4, 52. εκδιδοι γαρ ες αυτον κρηνη πικρη. Pertinet huc quoque *Virg*. Ecl. 10, 5.

Sic tibi, quum fluctus subterlabere Sicanos
Doris amara suam non intermisceat vndam.

cf. Aen. 3, 694. vbi b. *Heyne*. Ceterum, obseruante *Michaele*, egregie hoc exemplum cum Iudaeorum loquendi ratione congruit, qui maledictiones, de quibus et h. l. sermo est, cum *rebus amaris* מים המררים Iob. 3, 5. inprimis vero cum *aquae amaritudine* מי המרים Num. 5, 19. comparare solent. Sic et לען Hebraeis est *amarus fuit*, Arabibus vero *maledixit*. Βρυει—πικρον Hebraei exprimunt יקיר מתוק במר.

12. De nexu paulo post videbimus. Μη, interrog. partic. Μη δυναται, *num potest?* pro ου δυν. *minime potest*. Ποιησαι, Graeci eodem modo, vt Hebraei עשה, de *fructibus proferendis* adhibent. Vid. *Artemidor*. Oneirocrit. c. 36. *Aristotel*. de plant. 2, 10. *Theophrast*. de caus. plant. 4, 11. Gen. 1, 11. 12. Ies. 5, 4. Cf. *Vorstius* de hebr. N. T. c. 5. p. 162. et *Georgii* vindic. l. 2. c. 2. p. 138. Μη — συκα vero proverbii loco habenda sunt. *Arrianus* Epict. 2, 20. Πως γαρ δυναται αμπελος μη αμπελικως κινεισθαι, αλλ' ελαϊκως: ἡ ελαια παλιν μη ελαϊκως, αλλ' αμπελικως; αμηχανον, αδιανοητον. *Plut*. de anim. tranquil. p. 472. E. Την αμπελον συκα φερειν ουκ

μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; οὕτως οὔτε ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ.

VARIAE LECTIONES.

12. οὕτως omitt. A B C. 83. *Arm. Syr. p.* habet c. aster. — Ibid. ουτε ἁλυκον γλυκυ pro vulgari: ουδεμια πηγη ἁλυκον και γλυκυ habent A B C. 13. 27. 29. 66. ex emend. 83. *Copt. Vulg. corb. Cyr.* "ita etiam aqua ſalſa non fieri poteſt dulcis." *Syr. Erp.* "ſic quoque ergo et aqua dulcis non fiet amara et aqua etiam amara non fiet dulcis." *Aeth.* Vulgarem lectionem librariorum inſcitia, qui, quid ουδε ἁλυκον γλυκυ ποιησαι ὑδωρ ſibi velit, ignorarent, ex v. 11. huc translatum eſſe, nulli dubitamus. — Pro ἁλυκον vero legunt ἁλικον 2. 36. *Matth.* e ex emend. 1. *Ed. Theoph. Oec.* αλμυρον 45. ſalmacidum *corb.*

αξιουμεν, ουδε την ελαιαν βοτρυς. *Seneca* ep. 87. *Non naſcitur itaque ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea.* M. Antonin. Imp. Ὁ μη θελων τον φαυλον αμαρτανειν, ὁμοιος τῳ μη θελοντι συκην οπον εν τοις συκοις φερειν. Iam ſi recte ſeruatur lectio οὑτως, verba proxime praecedentia: μη δυν. συκη ελ. ποιησ. η αμπ. συκα ad ſententiam v. 11. μητι ἡ πηγη — το πικρον adhuc magis confirmandam referenda ſunt, ita vt exemplum v. 11. (in quo tamen enuntiando Ap. iam de re ſignificata, nimirum de *linguae* ſeu *oris* οπῃ, modo το γλυκυ της ευλογιας, modo το πικρον της καταρας emittente, cogitaſſe putandus eſſet), exemplo v. 12. firmetur, plane vt Matth. 7, 16. qui locus cum loci noſtri argumento et verborum conſequutione egregie conſentit. Tunc ἁλυκον ὑδωρ (vid. ad πικρον v. 11.) per ſe quidem non ſine aliqua duritie, ex nexu tamen ſatis probabiliter pro πηγη ἁλικη, et ποιησαι ὑδωρ, quod Iacobus ex praecedd. ποιησαι ελαιας hic retinuit, pro βρυειν ſumenda videntur in ſenſum hunc: *Quemadmodum ficus omnis ficus tantum, non etiam oliuas, vitis omnis vuas, non etiam ficus proferre poteſt; ita neque fons vllus ſalſam dulcemque aquam edere poteſt.* Qui quidem ſenſus e lectione vulg. (vid. var. lect.) adhuc expeditior prodit. Quodſi vero οὑτως e textu migrare, nec ſuppleri deberet, Iacobus, oratione interrogatiua in affirmatiuam transmutata ad recens pergeret exemplum, idque ex proxime praecedentibus ſic enuntiatum: ουτε ἁλ. γλ.

13 Τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω ἐκ

VARIAE LECTIONES.

13. τις omitt. 2. 13. 36. al. 6. *Matth.* g. *Ar. pol.* — ει τις 57. 73. al. 4. *Matth.* f. *Edd.* Vtraque lectio, ni fallor, ex gloſſa, vel interpretamento.

ποιησ. υδ. *aqua amara non poteſt* proferre *dulcem*, i. e. *dulcis reddi nequit*, quaſi Iacobus, proxima non curans, ſcripſiſſet: ουτε εκ αλικου υδατος δυναται γινεσθαι γλυκυ, niſi rectius ſtatueris, Ap. αλυκ. pro *mari* (eoque forſan *mortuo* vel *aſphalt.*) ſumſiſſe, vt diceret: *mare non edit de ſe aquas dulces. Eben ſo wenig kann auch das Meer (Salzmeer) Trinkwaſſer liefern.* Communis vero ſenſus in exemplis hisce latens huc redit: *fieri nullo modo poteſt, vt quid contra omnem naturae legem accidat.* Saepius haec ſententia exemplis eiusmodi expreſſa deprehenditur apud poëtas. In mentem venit illud *Ouidii*:

Vere prius volucres taceant, aeſtate cicadae,
Maenalius lepori det ſua terga canis;

quam etc. Ceterum Iacobus haec exempla Chriſtianis ipſis ſic fere applicanda relinquit: ουτως ουδε εκ του αυτου στοματος καταρα και ευλογια δει εξερχεσθαι.

13–18. Ap., rediens vnde exorſus erat ab init. cap., ſic pergit: *non omnium eſt, qui plus ſibi reliquis ſapere videntur, docendi munus inuadere; omnium vero, factorum ad religionis praecepta conformatorum praeſtantia, et praecipue manſuetudine, ab inuidia et ſimultate aliena, div. ſapientiae documenta exhibere, quibus ſapere diſcant et alii.* Et haec habita falſorum doctorum ratione addita eſſe videntur. Τις — υμιν, cum interrogatione pronuntianda, nam τις per ſe pro οστις, vel ει τις, vnquam poni non memini. Σοφος και επιστημων, hebr. חכם ונבון Hoſ. 14, 10. Deut. 1, 13. 15. 4, 6. ſaepius inuicem iuncta, ita diſtingui ſolent, vt *illud* ad eum *qui multa nouit*, *hoc* vero ad eum *qui et alios ea docere poteſt*, referatur: *Pollux.* 4. επιστημων· γνοστικως, θεωρητικως, εμπειρος. h. l. tamen ſynon. eſſe, *hominemque ſapientem* omnino deſignare videntur. *Heſ.* επιστημων· σοφος. Εκ, pro δια. Αναστροφη, Hebraeo-Graecis ex

τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰτητι
σοφίας. εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐριθείαν 14

hebr. תהלך ſemper pro *βιος*, *ζωη*, metaphora nimirum a *via* repetita, in cuius ſimilitudinem vita humana vocari ſolet. Nos *Wandel*. 1 Petr. 1, 18. 2, 12. Gal. 1, 13. Eph. 4, 12. 1 Tim. 4, 12. Hebr. 13, 7. Καλη αναστρ. igitur eſt *vita, ad praecepta rel. bene compoſita*. Πραΰτης, h. l. *lenitas in diſſentientibus aequo animo ferendis conſpicua*. Σοφια, quippe de qua Iudaei, imo et Iudaeo - Chriſtiani, gloriari ſolebant. Rom. 2, 18. 1 Cor. 1, 18 ſqq. 3, 18. Εν πραΰτητι σοφιας vero, non tam cum δειξατω (vbi εν pro συν accipiendum eſſet), quam cum τα εργα αυτου iungenda videntur, ita vt τα εργ. εν πρ. τοφ. poſita ſint *vel* pro τ. ε. εν πραΰτητι, και σοφια, *vel* pro τ. ε. εν σοφια πραεια, *vel* ποιουσῃ ἡμας πραεας (adiectiuo nimirum, quod ſaepius fieri ſolet, in ſubſtantiuum eo forſan conſilio h. l. mutato, quo magis oppoſita ζηλος και εριθεια in oculos incurrerent), i. e. *quicquid profecerit in ſapientia manſuetos nos reddente*. Sed τ. ε. εν σοφ. πραεια ſc. οντα poſita eſſe quoque poſſunt pro εργα αυτου πραεα και σοφα, vel την πραΰτητα αυτου και σοφιαν. Omnia enim ad hebraici ſermonis indolem accommodata eſſe quisque videt, a qua ſi receſſeris, expeditior hic remanet ſenſus: δειξατω εκ της καλ. αναστ. την πραΰτητα και την σοφιαν αυτου, vel δ. ε. τ. κ. α. και εκ της πραΰτητος την σοφιαν αυτου, *vitae morumque integritate atque manſuetudine ſapientiae documenta aliis velim exhibeat. Hoc ampliſſimum eſt theatrum, in quo, vel doctoris munere haud fungens, ſcientia eius virtutibus elucescere poſſit*. Cf. Prov. 11, 2. Sic quoque *Clemens Rom.* in Ep. ad Cor. 38. ὁ σοφος, inquit, ενδεικνυσθω την σοφιαν αυτου μη εν λογοις, αλλ' εν εργοις αγαθοις.

14. Ζηλος πικρος, vel eſt ζηλ. πικρους ἡμας ποιων, vel omnino *odium felle quaſi, i. e. maledictis commixtum*. Nos: *gehäſſiger Zorn*. Reſpicitur imago v. 11. 12. adhibita. Εριθεια, *rixae atque contentiones ex nimio odio contra ſecus ſentientes oriundae*. Saepius vtrumque vocabulum inuicem iungitur 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. Cf. quae ex lexico inedito, et e Gloſſario *Cyrilli* inedito ad voc. εριθ.

ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύ-
15 δεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας. οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία

VARIAE LECTIONES.

14. Pro κατακαυχασθε legunt καυχασθε A. 14. a pr. man. 31. 69. al. 8. *quid alapamini* (fortaſſe ex *Griesb.* coniect. leg. *quid eleuamini*) *mentientes*, corb. (eam haud dubie ob cauſam, ne, quod ſequitur, κατα redundare videatur) probb. tamen *Millio* prol. 1356. *Bengelio*, *Grotio*.

explicandam huc attulit *Matthaei*. Εχετε, pro κατεχετε. Μη — αληθειας, ſenſu prorſus non mutato, prohibitiue et interrogatiue explicari poſſunt. Praefero tamen prius, quo magis hoc comma ad v. 13. cui opponitur, accommodatum ſit. Μη καταχ. και ψευδ. ſc. *vos vere ſapientes eſſe.* Κατα της αληθειας, ad vtrumque καταχ. et ψευδ. referendum eſt. Pleonasmus enim ille ψευδ. κατα δ. αλ. ſimilibus loquendi rationibus haud deſtituitur; e. g. αληθειαν λεγω, ου ψευδομαι. Rom. 9, 1. ψευδομεθα, και ου ποιουμεν την αληθειαν. 1 Ioh. 1, 6. Nos: *Prahlet und lüget nicht auf Koſten der Wahrheit*, 1 Cor. 5, 2. ſapientia enim mendacii atque ſuperbiae neſcia. Viderunt hunc ſenſum, qui καυχασθε legunt pro κατακαυχασθε, omnes, ſed nihil opus erat mutata lectione, tum quia verbi compoſiti eadem ſaepiſſime eſt vis, quae ſimplicis, tum quia particula κατα ob ψευδεσθε proxime praecedens repeti debebat. *Michaëlis* mentem Iacobi ita capiendam eſſe cenſet: *videte, ne diſputandi feruore abrepti, veritatem, non errorem, acerbiſſime oppugnetis:* ſtatuens, rem eſſe Iacobo cum contentioſo Iudaeo; niſi forte haec verbi καταχ. paulo durior videri poſſit explicatio. *Verſio Itala* hic habet infimae latinitatis dictionem: *quid alapamini, mentientes contra veritatem*, de qua relegendi ſunt *Papias* et *du Fresne* in Gloſſariis. Neque tamen etymologiae inhaerendum eſt, non magis ac ſi 2 Cor. 12, 7. dicitur Satanae angelus κολαφιζειν apoſtolum, ſed ſenſus eſt: *quid petulanter agitis? Alapator* in Excerptis Gloſſarii Vet. p. 275. exponitur καυχητης *iactator*. vid. var. lect.

15. Εστιν, iungendum cum κατερχομενη, pro κατερχεται. 1, 17. Αυτη ἡ σοφια, nimirum *quae odium et inuidiam*

ἄνωθεν κατερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαι-

non reprimit. Ουκ ανωθ. κατερχ. επιγ. ψυχ. δαιμ. non-nisi gradu differre videntur. Ουκ ανωθεν κατερχ. pro ουκ ουρανωθεν, i. e. απο του Θεου κατερχ. A *coelo* enim de-scendere veteribus dicuntur beneficia, quae *a Deo*, *coelum inhabitante*, nobis tribuuntur. vid. ad 1, 17. Ap. dicit: *non haec est vera illa sapientia, qualis per doctrinam chr. animis instillatur.* Plane ex veterum sententia, qui, vt bona quaevis, sic *sapientiam* inprimis a Deo proficisci statuerunt. Multa huc spectantia collegit *Wetst.* quibus adde: *Phil.* de Profug. T. I. p. 571. 2. Γενομενος δε (σοφος) ευθυς ευτρεπισμενην ευρειν σοφιαν ανωθεν ομβρηθεισαν απ' ουρανου, et Il. α.

— — Ηλθε δ' Αθηνη
Ουρανοθεν.

cf. 1 Reg. 3, 9.. Iob. 32, 8. Ps. 24, 4. 5. 12. 14. Prov. 2, 6. Sap. 8, 21. 1 Cor. 2, 7. 14, 33. Αλλ επιγειος, suppl. μαλλον, sed *terrena* potius, i. e. *abiecta et humi repens, ad altiora non emergens;* γη enim et κοσμος, vi oppositi ουρανος, *humilitatis vilitatisque* Hebraeis inuoluunt notionem. Eodem sensu Phil. 3, 19. οἱ τα επιγεια φρονουντες. cf. Ioh. 8, 23. eoque spectant *Philonis* formulae: γης παιδες, γης ανθρωποι. Ψυχικη non differt a voc. σαρκικος 1 Cor. 3, 3. et opponitur τῳ πνευματικῳ. cf. Iud. 19. vbi ψυχικοι dicuntur πνευμα μη εχοντες. Iam cum πνευμα του Θεου, dissipatis Iudaeorum de ipso spiritu div. cum hominibus communicando somniis, ad το της ψυχης λογιστικον και ἱερον (*Plato* de rep. 9.) s. ad partem hominis praestantissimam vereque diuinam, *rationem* sc. redeat, eamque doctrinae chr. luce magis adhuc collustratam; το ψυχικον s. ἡ ψυχη ex opp. nihil aliud esse poteſt, quam (quod *Plato*, obseruante *Hottingero*, ibid. dicit), το θηριωδες τε και αγριον, s. *adfectus* et *cupiditates* ratione carentes, solisque sensuum illecebris obtemperantes; vnde efficitur, σοφιαν ψυχικην esse sapientiam, vel potius insipientiam, *quae spreta ratione coeco tantum mentis impetu abripitur.* Cf. *Suidam* et *Suicerum* s. v. ψυχ. Δαιμονιωδης, (s. εκ της γεεννης αναβαινουσα vt opponatur τη ανωθεν κατερχομενη cf. v. 6.) *sapientia malis geniis propria, atque digna,* quippe qui erroribus disseminandis et discordiis fovendis delectari putabantur, i. e. *foedissima*, et *ho-*

16 μονιώδης. ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ
17 ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα. ἡ δὲ

VARIAE LECTIONES.

16. και post εκει adhuc addunt A. 4. 13. 73. *Matth.* ſ. *Syr.* Omiſſum eſſe videri poſſit voc. και, vitandi κακοφατου cauſa, quod και cum εκει, in ſonum voculae και ſimilem abiens, non intercedente alio vocabulo, coniunctum, efficere crederetur; in tanta vero codicum, voc. και tuentium, paucitate, hanc vocem vinciendae orationis cauſa additam eſſe arbitrer.

mine καϑ᾽ ομοιωσ. Θεου γεγον. v. 9. *prorſus indigna*, quae adeo, cum ad *dolum* redeat, abuſiue tantum *ſapientia* dicatur.

16. Subiungitur *cauſa*, cur ſapientia eiusmodi, cum odio atque contentione coniuncta, a Deo proficiſci nequeat. Ζηλος. ſc. πικρος vt v. 14. Εριϑεια, ſuppl. εισι. Ζηλ. και εριϑ. vero h. l. ponuntur pro ανϑρωποι ζηλουντες και εριϑευοντες. Εκει, ſuppl. και εστι, vid. var. lect. Ακαταστασια, alias σχισματα, *diſſenſiones*, *vel ſectae diſſentientes*, *ex placitis humanis vehementius defenſis oriundae*, h. l. vero potiſſimum *mala ex diſſidiis eiusmodi oriri ſolita* vid. *Kypke* ad Luc. 21, 9. Παν, *omnis generis*. Φαυλον πραγμα, pro: πρ. πονηρον. *Vbicunque tali ſapientia odia et rixae excitantur*, *ibi etiam perturbatio rerum omnium et multorum ſeges ac materia malorum*, qualia enumerantur 2 Cor. 12, 20.

17. Iam explicat Iacobus non tam *ſapientiae diuinae*, quam potius *ipſorum* ϑεοδιδακτων, non *indolem omnino*, ſed, pacem atque concordiam Chriſtianis commendaturus, ipſum hoc *pacis ſtudium* illis proprium, ad quod igitur, quae iam ſequuntur, loquendi rationes, praecipue reſtringendae videntur. Ἡ ανωϑεν ſc. κατερχομενη σοφια, quam *Phocyl.* v. 122. ϑεοπνευστον vocat. Πρωτον *Hottingerus* bene non *ordine* intelligit, ſed *dignatione* (Matth. 6, 33. Luc. 12, 1.) vt αγνεια *palmaria* ſapientiae virtus dicatur, quam reliquae επειτα ſponte ſequuntur. Eſt vero σοφια αγνη *puro veri amore ducta*, adeoque *nihil expetens praeterquam verum et bonum*, *ab omni aliarum rerum reſpectu aliena*. Hinc etiam

ἄνωθεν σοφία, πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος.

VARIAE LECTIONES.

17. Poſt καρπων adhuc εργων adiiciunt C. a, pr. man. 27. 29. 66. inter lin. et m. ap. *Matth.* manifeſte ex gloſſa. — *Ibid.* ευδιακριτος loco αδιακριτος *Matth.* d. k. *ſine diiudicatione*, *irreprehenſibilis*, corb. *inaeſtimabilis*, Aug.

ſit neceſſe eſt: ειρηνικη, *pacis et concordiae ſtudioſa*, *a litibus et contentionibus abhorrens*, quantum ſalua doctrinae puritate fieri poteſt; (βραδεια εις οργην 1, 19.) επιεικης, *modeſta*, *aliorum diſſenſus leniter ferens*, (εν πραυτητι δεχομενη 1, 21.) *tempori et interdum vel de iure ſuo cedens*, 1 Cor. 13, 4. Phil. 4, 5. 1 Tim. 3, 3. Tit. 3, 2.; ευπειθης, *et diuerſa ſentientibus aurem praebens*, *iisque*, *quantum licet*, *facile ſeſe accommodans*, (ταχεια εις το ακουσαι, 1, 19. vel τοις αγαθοις συνοιδοκουσα vt cod. Veleſ. pro more ſuo atque licentia adiecit); μεστη ελεους, *plena humanitatis et beneuolentiae erga alios*, *praecipue erga* τους ασθενεις εν τη πιστει; μεστη καρπ. αγαθ. *haud infructuoſa*, μη νεκρα, *ſed omnis generis virtutibus vim ſuam manifeſtans.* 1, 27. (καρποι enim, vt פרי, ex frequente hominis cum arbore comparatione, pro εργοις ponuntur Gal. 5, 22. Hebr. 13, 15. Matth. 3, 8.); αδιακριτος ex *litigandi* ſignificatione verbi διακρινεσθαι (*Heſ.* διακρινομενοι· μαχομενοι). qua et נשפט obuium eſt Iud. 8, 1. Ier. 2, 9. Ez. 17, 20. 20, 35. *ab omni lite contra ſecus ſentientes aliena*, vel, cum haec ſapientiae virtus per ειρην. et επιεικ. expreſſa fuerit, ex propria *diſcernendi* vi: *nullum perſonarum diſcrimen faciens*, *habita doctrinae aut ſectae ratione*, *ne ſolis ſecum ſentientibus faueat*, *diſſentientem vero omnem auerſetur*; vid. ad 2, 4. (adiectiua enim, quorum paſſiua eſt ſignificatio, haud raro *actiue* ſumi, exemplis confirmauit *Hemſterhuis* ad *Lucian.* Halc. T. 1. p. 179.); ανυποκριτος, *ſimulationis expers*, μη διψυχος 1, 8., cum, puro veri amore ducta, fuco non indigeat. Omnia ad *ipſos ſapientes* transtulerim ſic: ἡ ἀνωθ. σοφ. ἁγνους ἡμας ποιει, επειτα ειρηνικους κ. τ. λ.,

18 καρπὸς δὲ δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην.

VARIAE LECTIONES.

18. της ante δικαιοσ. omitt. ABCG. 68. 69. 73. plurimi. *Matth.* c. d. k. Ex correctione additum putauerim.

vel, quod praetulerim, fic: οἱ ανωϑ. σοφοι ἁγνοι εισι, ειρην. etc. *vere fapientes folius veri amantes, pacis ftudiofi, modefti, faciles, humani, fructuofi, aequi et finceri funt, vt animus ifte contentiofus, iniquus, indocilis, inhumanus ac fimulator nonnifi eorum eft, qui fuis quibusdam placitis atque ftudiis impelluntur.*

18. Comma hoc intellexerim fic: καρπος, alias *fructus*, h. n. eft *femen* זרע, cum quo *doctrinam* quamlibet comparare folent veteres omnes. Sic et *Ennius a r b o r e s*, inquit, *f e r i m u s pofteris profuturas*. Confulto forfan καρπος dixit Ap., vt femen *olim fructibus haud deftitutum* fignificaret. Καρπ. δικαιοσ. igitur eft *femen verae virtutis chr.* vel ipfius *doctrinae chr.* paulo ante ἡ ανωϑ. σοφ. dictae. vid. ad 1, 20. Εν ειρ. σπειρ. iungimus, vt fit: ειρηνικως δει vel δυναται σπειρεσϑαι. Adhibet vero Iacobus vocem σπειρ. de *tradenda* rel. chr., quia *femen* eam dixerat. Τοις ποιουσ. ειρ. fumo pro: ὑπο των ποιουντων καρπον της ειρηνης, ita vt Ap. voce καρπος ad formulam καρπον ποιειν traductus videatur, enuntiaturus hoc: *femen virtutis f. doctrinae chr. pacifice ab iis tantum fpargi poteft, qui ipfi pacis fructus ferunt*, i. e. *re vera paci ftudent.* Poffit etiam fenfu eodem totum comma non fine venuftate quadam ad *arborum* imaginem referri fic: *fructus pacificae virtutis* (καρπ. δικ. εν ειρ. i. e. δικ. ειρηνικης Hebr. 12, 11.), *fparguntur f. large demittuntur* (σπειρ.) *nonnifi ab arboribus pacis fructus ferentibus*. (τοις ποιουσ. ειρ.) *De rixarum arbore concordiae fructus decidere nequeunt*. cf. v. 12. Vti fic adhuc magis apparet, cur Ap. καρπος adhibuerit, non σπερμα; fic etiam in σπειρ. vix latet difficultas, cum arbores et propterea fructus demittant, vt *fparfo fic femine*, in fructibus latente, propagentur. Sed iudicent me intelligentiores. Interpretes vero καρπον δικ. partim, vt nos, μετωνυμικως de *femine*, e quo fructus

IV. Πόθεν πόλεμοι καὶ πόθεν μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν τῶν στρατευο-

nascitur, partim de *praemio* virtutis et ειρηνην modo vtroque loco de *concordia*, modo per antanaclafin priori ex hebr. שלום de *felicitate*, pofteriori vero de *concordia* intelligentes, verbis εν ειρ.; prouti ea vel cum καρπ. vel cum δικαιοσ. vel cum σπειρ. iungunt, nunc pro καρπος εν ειρ. fc. κειμενος, nunc pro δικ· εν ειρ. fc. ουσα, i. e. ειρηνικη, nunc pro δὲ ειρ. vel εις ειρ. σπειρ. fumtis, formulam τοις ποιουσιν ειρ. vel dandi cafu retinent, vel, vt nos, ὑπο των π. ειρ. interpretantur, nulli dubitantes, quin οἱ ποιουντες ειρ. fint οἱ ειρηνικοι. f. ειρηνοποιοι. Matth. 5, 9. vt ποιουντ. δικαιοσυνην et ἁμαρτιαν pro δικαιοις et ἁμαρτωλοις vfurpantur. 1 Ioh. 2. 29. 3, 8. Hinc alii reddunt: *fpargitur femen virtutis omnigenae per ipfam concordiam* (δὲ ειρ.) *ab iis, qui concordiae ftudent*; alii: *feritur praemium probitatis, quod in felicitate confiftit*, (καρπ. εν ειρ. κειμενος), *pacificis auditoribus vel a magiftris pacificis*; alii: *feritur praemium virtutis concordiae in felicitatem* (εις ειρ.) *ab iis, qui pacem cum omnibus agitant*, (i. e. *qui paci ftudent*, *hi eius virtutis praemium*, *pacem quoque*, *h. e. felicitatem ferent*); alii: *tribuitur praemium pacificae virtutis pacificis*. Licet alia ex hisce verfionibus alia facilius procedere videatur, habent tamen omnes quo fefe commendent, modo in explicanda formula ειρην. ποιειν non neglexerint refpectum ad formulam καρπον ποιειν, quam mihi quidem vox καρπος, quae proxime praecedit, inferre videtur.

Cap. IV. 1. E cohortatione ad *pacis* ftudium in docendo colendum, Ap. delabitur in oppofitam *rixarum* reprehenfionem, quibus variae Chriftianorum partes, et praecipue, qui iis praeerant, magiftri diftinebantur. Orditur v. 1. a rixis illis e communi cupiditatum *fonte* deriuandis. Πόθεν, fc. ερχονται vel εισι. Πολεμοι και μαχαι, fynonyma et hoc nexu pro εριδες, εριθειαι, ζηλος (vid. 3, 16.), pofita funt, quibus eodem fenfu ερις ipfam adiungit *Homerus* Il. α. 177. cf. locus *Arriani* Raphelio citatus: προς το παιδαριον πολεμος, προς τους γειτονας, προς τους σκωψαντας, προς τους καταγελασαντας. Sic et LXX in-

2 μένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπι-

terpr. vocabula μαχη et πολεμος in defignanda lite *priuata* adhibent. Pf. 35, 1. 120, 7. Gen. 31, 36. Neh. 13, 11. et N. T. fcriptores: Ioh. 6, 52. 2 Cor. 7, 5. 2 Tim. 2, 23. 24. Tit. 3, 9. Quare non opus eft, vt contra omnem nexus rationem locum hunc ad motus bellicos ante vrbem Hierofolymorum deletam exortos, quibus Chriftianos etiam abreptos fuiffe putant interpretes, detorqueamus. Quid? quod poft fcriptam demum hanc epiftolam motus hos in ipfa Iudaea exortos effe conftat, ita vt neque ad hoc tempus, neque ad Chriftianos noftros extra Iudaeam degentes, referri vlla ratione poffint. Ουκ, interrog. part. Εντευθεν εκ των ἡδονων. Duplici poft εντευθεν et ὑμων interrog. figno pofito duplicem quoque rixarum originem Iacobum indicare putat *Michaelis*, ita vt ουκ εντευθεν i. fit q. ουκ εκ του κοσμου τουτου; prouocans ad Ioh. 18, 36. vbi tamen, quia haec ipfa verba εκ του κοσμου τουτου proxime antecedebant, εντευθεν hanc fignificationem iure obtinet, non item ad alia loca alio nexu enuntiata transferendam. Mihi quidem formula loquendi concifior effe videtur, pro pleniore hac: ουχι εντευθεν, ὁτι στρατευουσι αἱ ἡδοναι ὑμων εν τ. μ. ὑ. Ἡδοναι h. l. metonym. i. q. επιθυμιαι ἡδονων, *cupiditates rerum voluptati inferuientium*, de quibus vid. ad v. 2. Στρατευεσθαι vero dicuntur αἱ ἡδοναι ad exprimendam earum *vehementiam*, qua rationis vfus ac animi tranquillitas turbantur. An Ap. fimul de *daemonibus* cogitauerit, qui, corpori infidentes, illud pro arbitrio vexant atque regunt, in medio reliquerim. cf. Rom. 6, 12. μη ουν βασιλευετω ἡ ἁμαρτια. Εν τοις μελεσιν ὑμων, pro εν τῃ σαρκι, vel εν τῳ σωματι ὑμων, ex quo αἱ ἡδοναι in N. T. dicuntur oriundae: nil amplius denique ac εν ὑμιν. Bene *Hottingerus*: *quae corporis facibus inflammatae iftos in animis veftris tumultus cient*. Cf. cum l. n. 1, 14. 15. Rom. 7, 23. 1 Pet. 2, 11.

2. 3. Sequitur luculentior huius cupiditatum certaminis *defcriptio*. Επιθυμειτε *appetitis* fc. *diuitias*, *voluptates* et i. g. a. quae cum alio modo affequi non poterant doctores ifti, ex ipfa religione lucrum faciebant.

τυχεῖν· μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, οὐκ ἔχετε,

vid. δαπανᾶν v. 3. cf. 1 Tim. 6, 5 fqq. Καὶ pro ἀλλ' ουκ εχετε, vel, vt paulo poſt, ουκ εχετε δε. Εχετε vero pro λαμβανετε v. 3. nam non poſſeſſionem ſed acquiſitionem ſignificat. cf. Matth. 19, 16. Marc. 10, 17. Φονευετε. Haec conſtans eſt omnium codd. ſcriptorum lectio. *Erasmus* eam incommodam eſſe iudicans, legere auſus eſt Φθονειτε. Quam emendationem *Beza* et *E. Schmidius* valde probant, *Benſonus* multis adſerit, amplexus eſt etiam *Lutherus* ſic vertens: *Ihr eyffert und haſſet*, itemque verſio lat. Tigurina: *inuidetis et aemulamini*. Tandem *Oecumenius* quicquid intellexerit, legit Φονειτε, quod nonniſi vnius literae diſcrimine a Φθονειτε diſtinguitur, quanquam, obſeruante *Bengelio*, minoris haec lectio facienda eſt, cum ſcribarum culpa ex rhythmo επιθυμειτε oriri potuerit, et in commentario legatur Φονευετε. Sed quamuis haec emendatio omni codicum praeſidio deſtituta ſit, multa tamen ſunt, quae eam commendent. Sicuti enim Ap. in ſuperioribus iam ζηλος pro Φθονος adhibuerat, ſic et h. l. Φθονειτε et ζηλουτε vt ſynonyma iungerentur, et gradatione, quod dicendi ornamentum amat Iacobus, haud interrupta ſeſe exciperent verba: 1) επιθυμειτε, 2) Φθονειτε και ζηλουτε, 3) μαχεσθε και πολεμειτε. Porro ſubita illa του Φθονου reprehenſio v. 5. magis haberet, quo referretur. Denique a vero prorſus abhorret, homicidia, propter ſolum habendi ſtudium intentata, rem inter Chriſtianos eius temporis peruulgatam fuiſſe; quae tamen nota grauiſſima vulgari lectione Chriſtianis inuri videtur. Conquerendum igitur, lectionem Φθονειτε, quae ceterum omne tulit punctum, omnemque dirimit difficultatem, ne vnius quidem codicis vel verſionis vet. auctoritate ſuffulciri. Quare lectionem Φονευετε, quamuis inuita manu, repoſuimus, leniorem tamen huic voci non minus ac vocabulis μαχεσθε και πολεμειτε, ſuadente orationis nexu, ſignificationem ſubiicientes. Verterim Φον. κ. ζηλ. ac ſi eſſet ἓν δια δυοιν, pro ζηλουτε εις Φονον, vel ἑως Φονου. *Ihr hegt tödtlichen Haſs gegen einander — haſſet euch bis auf den Tod.* Sic et Iohanni, 1 ep. 3, 15. qui odio alios proſequuntur *homicidae* ſunt. cf. Matth. 5, 21 ſqq. Καὶ iterum pro ἀλλα. Ου δυνασθε επιτυχειν,

3 διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς· αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς

aſſequi non poteſtis ſc. quos ambitis honores. Μαχεσθε και πολεμειτε, i. e. *rixis denique, litibus, ac violentia ad ſcopum vobis propoſitum peruenire ſtudetis.* Videntur et haec de priuatis litibus vel doctorum vel priuatorum hominum de principatu, honoribus et praecipue opibus inter ſe contendentium intelligenda eſſe. vid. ad voc. μαχη et πολεμος v. 1. Ουκ εχετε, pro αλλ' ου δυνασθε εχειν, vel επιτυχειν, prohibente nimirum prouidentia diuina. Δια το μη αιτεισθαι υμας, i. e. διοτι μη αιτειτε, *eo quod bona quaeuis malis artibus ſectari mauultis, quae ſoli Dei prouidentis benignitati ſapientiſſimae precibus ad eum fundendis commendare atque permittere deberetis.* Precatio nimirum ex mente Iudaeorum, inter pietatis exercitia primarium locum tenens, pro pietate et h. n. pro piis remediis omnino vera bona obtinendi poſita, peruerſisque ſtudiis oppoſita videtur. Alii de implorando *hominum* auxilio, quorum ſit *munus doctoris* aliis conferre, l. n. intelligi malunt; de qua tamen re hoc cap. vix adhuc ſermo eſt. Ceterum haud parum ad orationis vim augendam facit formula illa και ουκ εχετε ſaepius repetita, nec non oratio directa επιθυμειτε, ζηλουτε etc. pro indirecta εαν επιθ. ουκ εχ. etc.

3. Αιτειτε, pro αλλ' εαν και αιτειτε, *ſi vero aliquando precamini, aber geſetzt ihr betetet auch.* Και ου λαμβανετε: loco: ὁμως ου λαμβανετε *vanae ſunt preces veſtrae.* Διοτι κακως αιτεισθε. i. e. *quia precamini non honeſto conſilio*, quale illud ipſum eſt, quod iam addit Iacobus: *ἱνα — δαπανησατε, vt in voluptates conſumatis* ſc. ſpolia iſta aliis detracta. Δαπαναν ſcilicet, quod alias ſenſu bono valet *ſumtus facere, impendere*, (Act. 21, 24. 2 Cor. 12, 15. Marc. 5, 26. *Aelian.* v. h. 9, 9. *Aeſchin Socr.* 1, 9.) hoc nexu i. e. q. διασκορπιζειν, *perdere, dilapidare. Suid.* δαπαναν· ου το αναλισκειν ἁπλως, αλλα το λαμπρως ζην, και σπαδαν, και δαπαναν την ουσιαν. Cf. *Krebſ.* obſſ. Flav. p. 396. Si periphraſi opus eſſet in loco tam perſpicuo, ita circumſcripſerim v. 2 et 3. πρωτον μεν επιθυμειτε, αλλ', εαν μη εχητε, Φονευετε και ζηλουτε, εαν δε και οὑτως ου δυνασθε επιτυχειν, μαχεσθε και πολε-

ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε. μοιχοὶ καὶ μοιχαλί- 4
δες, οὐκ οἴδατε, ὅτι Φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ
Θεοῦ ἐστιν; ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ

μειτε· και ὁμως ουκ εχετε, διοτι μη αιτειτε, αλλ' ει και αιτεισθε, ὁμως ου λαμβανετε, διοτι κ. τ. λ.

4—12. Iam ab ἡδοναις iftis, ex quibus omnia ifta diffidia atque contentiones oriundae fint, et quidem v. 4 et 5. a *nimio rerum terrenarum amore*, dehortatur Chriftianos. Μοιχοι και μοιχαλιδες, *o vos perfidos!* Idololatria enim et a veri Dei cultu defectio, vt impietas omnino fcriptoribus Iudaicis ad *adulterii* fimilitudinem reuocari folent. cf. Pf. 7, 3. 27. Ief. 57, 7 fq. Hof. 2, 2. 4, 12. Matth. 12, 39. 16, 4. 2 Cor. 11, 2. vid. nos ad c. 2, 25. Intelligendi funt homines, qui nec amplius Iudaei nec iam Chriftiani, partim Deo partim mundo fefe accommodabant, fimiles coniugibus, qui fuo vel fua coniuge non contenti, externos amores admifcent. Iacobum enim inhaerere metaphorae ab adulteris petitae, e vocabulorum Φιλια, εχθρα, φιλος et εχθρος dilectu fatis apparet. Κοσμος Iacobo fignificat *res terrenas*, 2, 5. in quas ferebantur αἱ ἡδοναι paulo ante ex-

probratae. Φιλια του κοσμου igitur eft *nimium rerum terreftrium ftudium, Deo ipfo pofthabito*. cf. 1 Ioh. 2, 15 fq. Εχθρα του Θεου εστι, i. q. εχθρα εις Θεον εστι, Rom. 8, 7. i. e. *inimicitiam erga Deum inuoluit*, f. *ad eius modi agendi rationem nos abripit, quae Deo difplicet, nosque priuat amore diuino*. Sic etiam εχθρος του Θεου non eft *Deo exofus*, quem *Grotius* intelligi vult, fed ex nexu actiue *Dei aduerfarius*, rupto tanquam foedere hoftem fe declarans. Ceterum in medio relinquendum effe putauerim, vtrum haec verba (quae eft *Storrii* ac *Staeudlini* fententia) fpectent ad Matth. 6, 24. an ad aliam litterarum ff. fententiam, forte etiam ad nullam; nam verba ὁ αν βουληθῃ — καθισταται plane redundare, fi, quae praecefferant, Iacobi propria effent, cum interpretibus quibusdam contendere non aufim. Nam locus ille communis ὁτι — εστιν, fiue Iacobi fit proprius, fiue e libro f. f. repetitus, femper verbis ὁς αν — καθισταται ad lectores Iacobi conuertitur. Καθισταται i. q. εστι (vid. fupra

5 κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει· "Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν, μείζονα

3, 6.). Senſus paucis huc redit: *nimium rerum externarum ſtudium cum pietate chr. conciliari nequit.*

5. 6. Ap. *inuidiam* potiſſimum atque *ſuperbiam* iſti animi in varia rerum, voluptatibus inſeruientium, deſideria ruentis diſſolutioni ſubeſſe ratus, vitium prius v. 5. alterum v. 6. homine vere Chriſtiano indignum eſſe vatum ſacrorum eſtatis demonſtrat. Δοκειν, h. n. *in falſa aliqua opinione verſari* (*wähnen*), Matth. 6, 7. Marc. 6, 49. alibi. Inprimis vero, vt hic, de iis adhibetur, *qui ſibi aliquid per arrogantiam et animi elationem ſuadent.* Matth. 3, 9. Phil. 3, 4. Κενως. לריק Ieſ. 49, 4. *temere, ſine cauſa idonea.* Reperitur adhuc ap. *Arrian.* diſſ. Epict. 2, 17. p. 204. Ἡ γραφη λεγει eſt formula allegandi V. T. (vid. ad 2, 23.) cui ipſum ſcripturae effatum, vel diſerte, vel quoad ſenſum expreſſum addi ſolet, quamobrem verba proxime ſequentia προς — χαριν pro hoc effato habemus, quod tamen cum fruſtra quaeratur in toto V. T. ambitu, ex libro quodam apocrypho eoque deperdito hauſtum eſſe putaverim, id quod et in aliis N. T. locis ſtatui debet. Ex nexu, quo hic effatum illud legitur, verba ſic ſumenda videntur: Προς τι pro κατα τινος, vt אל pro על ponitur. Gen. 4, 8. Ieſ. 2, 4. Sic ſaepius tam in N. T. Luc. 23, 12. Act. 6, 1. 9, 5. 1 Cor. 6, 1. alibi, quam apud ext. ſcriptt. legitur. *Polyb.* hiſt. 2, 57. *Aeſch.* Socr. dial. 2, 21. *Aelian.* v. h. 12, 1. cf. *Vigerum.* Επιποθειν, vt hebr. ערג Pſ. 41, 1. *vehementer cupere*, προς τι, vel κατα τινος, *contra aliquid*,* vt επιθυμειν (κατα τινος Gal. 5, 17.) quo voc. *Heſ.* verbum noſtrum reddidit, i. ſibi vult q. αντικεισθαι, εναντιον ειναι: *contra inuidiam pugnat*, ſ. *inuidiae reſiſtit.* Το πνευμα, de πνευματι ἁγιῳ intelligendum eſſe, *quo Chriſtiani ad recte beateque viuendum impelli putabantur*, vel exinde apparet, quod hoc ipſum πνευμα in Chriſtianis, tanquam in templo habitare (i. e. vim ſuam in ipſis exſerere), vt in aliis locis, ſic et hic dicitur. cf. 1 Cor. 3, 16. Μειζ. — χαριν adhuc reiicienda ſunt ad v. 5. Δε,

δὲ δίδωσι χάριν'" διὸ λέγει "Ὁ Θεὸς ὑπερ- 6

pro μᾶλλον. Διδωσι, sc. τo πνευμα. Χαρις. חסד, h. n. significatione primit. est *animus beneuolus*, s. honestior ille humanitatis sensus, qui ab aliorum feliciori conditione pie laetandi, non abiecte inuidendi, materiam mutuatur. Dicitur haec animi adfectio μειζων sc. του φθονου, i. e. *adeo subli*mis, *vt ad inuidiam descendere nequeat*. Alio quidem sensu vox χαρις v. 6. adhibetur, sed commatum 5 et 6 mutuus inter se respectus prorsus non talis cernitur, vt vocis nostrae in vtroque loco ισοδυναμια statui debeat. Sensus igitur est: *inuidiae repugnat spiritus* 'div. *nobis concessus*, (i. e. *sensus ille per rel. chr. emendatus, qui nobis inest, vel certe inesse debet*), *ac sensum nobis longe honestiorem atque beneuolentiorem instillat*. Quodsi vero χαριν hic non aliter ac v. 6. intelligi malueris, me non repugnante reddas: *longe maioribus, quam ἡ φιλια του κοσμου, nos bonis ac beneficiis afficit*; quo tunc sumeretur, et veteri scriptori, ante hanc sententiam enuntiatam, de hac ipsa φιλια τ. κ., vel simili quadam sentiendi peruersitate sermonem fuisse.

6. Ex posterioribus verbis effati v. 5. μειζ. δε διδ. χαρ. Ap. delabitur ad aliud effatum in verba prorsus eadem excurrens, quo iam ad *fastum* exuendum cohortatur lectores, vtpote qui, vti indiuulsus inuidiae comes esse solet, sic etiam rixis et contentionibus, supra commemoratis, ansam praebebat. Διο λεγει, sc. ἡ γραφη, vel ὁ Θεος εν τῃ γραφῃ, nimirum Prov. 3, 34. Neque tamen vrgenda videtur part. διο, quasi hic *colligeretur* aliquid ex praemissis. Nam concludendi particulas διο, ὡστε etc. ab hominibus dicendi rudioribus haud raro adhiberi, vbi eiusmodi conclusioni prorsus locus non est, et sermo quotidianus et exempla scriptorum s. docent vt Rom. 2, 1. coll. Matth. 23, 31. Luc. 11, 48, Rom. 7, 12. (vid. nos ad 1, 19.) Quare διο λεγει *vel* pro simplici allegandi formula sumserim, ac si scripsisset Ap. (non tam και παλιν, quippe quo aliud *eiusdem* cum praeced. *argumenti* effatum annecti solet, quam) ουτω και λεγει, *vel* διο extulerim fere sic: *hinc* i. e. *iisdem iudicandi et statuendi rationibus adductus ac iisdem fere verbis vtens, et alius vates cecinit sic*, etc. 'O

ηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν."
7 ὑποτάγητε οὖν τῷ Θεῷ, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ,

Θεος, LXX interpr. habent ὁ κυριος, textus hebr. vero יהוה. Ὑπερηφανοις, hebr. ללצים, proprie *irriforibus*. Iam vero, cum, qui alios irrident, de propriis meritis gloriari foleant, לץ quoque i. e. q. ὑπερηφανος, *homo fuperbus*. Αντιτασσεται, ad fimilitudinem ex acie petitam fpectat, *refiftit iis* i. e. *conatus eorum non profperat fed irritos reddit*. Tantum quoad fenfum hoc refpondet hebr. יליץ *irridet, illudit ipfos*, quod cum ללצים paronomafiam conftituit. Αντιτασσεται *Hef*. αντικειται. Similiter *Achill. Tat.* l. 5. Μισει ὁ Θεος τους αλαζονας. *Xenoph.* de exp. Cyr. l. 6. Ὁ Θεος τους μεγαληγορησαντας ταπεινωσαι βουλεται. *Herodot.* l. 7. Φιλεει ὁ Θεος τα ὑπερεχοντα παντα κολουειν. Vid. etiam *Schoettg.* in hor. hebr. p. 1048. Ταπεινοι, ענוים, ex oppof. ὑπερηφανοι, לצים, funt *modefti, non gloriantes de meritis fuis*. Χαρις, hic, vt חסד et חן, pro χαρισματι 1 Pet. 4, 10. f. *beneficiis*, quae beneuolentiae accepta referimus. Cf. *Morus* ad *Ifocrat.* paneg. c. 16. p. 44. *Hef.* et *Etym.* M. χαριν· την δωρεαν. Διδωσι χαριν, hebraismus, חן יתן (quanquam et ap. *Liban.* et *Andocid.* orat. 2. haec phrafis occurrit), i. e. *modeftis benignum fe praebet*. Alias aliorum interpretum de vexatiffimo hoc loco fententias, vberius expofuimus Exc. 4.

7 - 10. Commata haec propter nexum cum v. 5 et 6. adhuc reuocanda videntur ad Chriftianos, falfosque eorum magiftros, a fuperbia, inuidia, vanisque cupiditatibus inde oriundis magis adhuc reuocandos. Vocabulis ὑποταγητε, αντιστητε, φευξεται, Ap. inhaeret fimilitudini ab acie repetitae, et inde a vocabulo αντιτασσεται inchoatae. Ὑποταγητε, reciproce reddendum *fubiicite vos ipfi*. Rom. 10, 3. 13, 1. 5. Eph. 5, 21. 22. 24. Col. 3, 18. Tit. 2, 5. 9. 3, 1. 1 Petr. 2, 13. 18. 3, 1. 5, 5. Ὑποτ. τῳ Θεῳ i. q. 1 Petr. 5, 6. ταπεινωθητε ὑπο την κραταιαν χειρα του Θεου, i. e. *depreffo fastu, exuta inuidia miffisque vanis defideriis, peruerfisque iis fatisfaciendi artibus, quibus fummum Dei imperium quafi detrectatis, vos, resque veftras foli Deo prouidenti iuftumque in diftribuendis rebus externis pro fapientia fua modum feruanti, modefti permittite.*

καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν· ἐγγίσατε τῷ Θεῷ, καὶ 8

Epictetus ap. *Arrian.* p. 419. eodem ſenſu adhibet προσκατατασσειν ἑαυτον τῳ Θεῳ. Εαν, inquit, τῳ Θεῳ προσκατταξῃ ἑαυτον, διελευσεται ασφαλως. Πως λεγεις προσκατταξαι; ἱν', ὁ αν εκεινος θελῃ, κ' αυτος θελῃ· και ὁ αν εκεινος μη θελῃ, τουτο μητ' αυτος θελῃ. Διαβολος, *daemonum improborum dux atque princeps*, a διαβαλλειν, quod tamen non ſolum eſt *calumniari*, ſed etiam *decipere omnino* (cf. *Ariſtophan.* Av. pag. 616. διαβαλλεται σε ὁ θειος, vbi Schol. τῳ διαβαλλεσθαι χρωνται αντι του εξαπαταν, ὡς και Αρχιππος εν πλουτῳ — τον γαρ γεροντα διαβαλλουμαι. *Heſ.* διεβαλλοντο, εξηπατησαν. 2 Cor. 11, 3.), ſic dictus, qui tum calamitates inprimis religionis chr. cauſa ſuſtinendas hominibus immittere, tum ad peccata quaeuis, praecipue ad inuidiam atque ſuperbiam eosdem ſollicitare putabatur. cf. 3, 15. Eph. 4, 27. 6, 11. 1 Theſſ. 2, 18. Apoc. 12, 12. 1 Petr. 5, 8. 9. Αντιστητε τῳ διαβολῳ, *reſiſtite diabolo tanquam hoſti*, i. e. *non patiamini vos ab eo ſeduci.* Φευξεται αφ' ὑμων, *tanquam hoſtis profligatus*, i. e. *non amplius vos ad peccata ſollicitare atque pellicere audebit.* Iam vero Iacobum pro aeui ſui cogitandi ratione ipſum *Satanam* hic intellexiſſe vel affirmes vel neges, re tamen e vero iudicata ſenſus remanet hic: *ſpernere primas vitiorum illecebras* (quae tanquam mali genii nos pelliciunt), *optimum vitia ipſa effugiendi remedium.* cf. exc. 1.

8. Εγγισατε τῳ Θεῳ και εγγιει ὑμιν, ſunt hebraicae loquendi formulae. Εγγιζειν enim נגש, קרב, dicuntur *homines Deo*, quando eum *venerantur*, *debitoque proſequuntur obſequio*. סור contra et רחק, *recedere a Deo*, quando *obſequium ei denegant.* Ieſ. 29, 13. Repetita videtur metaphora a ſacerdotibus, Ez. 43, 19. 44, 13. vel Iudaeis omnino, qui Deum adoraturi templum, Dei domicilium, ingrediebantur. Matth. 15, 8. Ieſ. 29, 13. *Deus* vero קרב, εγγιζειν (ανθρωποπαθως) dicitur *hominibus*, quando iis *opitulatur*, vel *propitius eſt*. 2 Paral. 15, 2. Pſ. 145, 19. 20. Ieſ. 57, 15. *Cic.* de N. D. 1, 14. "Deus *occurrit nobis* in precibus, optatis, votis." Senſus itaque eſt: *mores*, (*praecipue ab arrogantia et inuidia alienos*), *induite*, *quibus*

ἐγγιεῖ ὑμῖν· καθαρίσατε χεῖρας, ἁμαρτωλοὶ, καὶ
9 ἁγνίσατε καρδίας, δίψυχοι. ταλαιπωρήσατε, καὶ

Deo placere poſſitis, et propitius vobis erit ſtudiisque mente religioſa ſuſceptis euentum fortunabit. Ad vtramque dicendi formulam ſpectat locus *Philonis* a *Loesnero* ad h. l. allatus de migr. Abr. p. 397. A. Οὗτος ὁ ὅρος ἐστι, του μεγαλου Θεου, τα τῳ Θεῳ συνεγγιζειν, η ῳ Θεος εγγιζει. Καθαρισατε χειρας ἁμαρτωλοι, *purgate manus* ſc. *ſanguine pollutas.* cf. Ieſ. 59, 3. 6. Ion. 3, 8. Prov. 6, 17. Pſ. 26, 6. 9. 10. Cum enim Iacobus Chriſtianos, alios lingua infectantes, tanquam φονεις deteſtetur (cf. v. 2. et 5. 6.), commode eos ſic ab iniuria dehortari potuit: *prouidete vt manus habeatis puras a ſanguine, nec amplius* φονευετε. Magis tamen arridet καθαρ. χειρ. ad frequentes lotiones Hebraeorum referre, quae omnino pro ſymbolo μετανοιας haberi ſolebant; ita vt formula καθ. χειρ. haud amplius ad *manus* potiſſimum *caede cruentatas*, de quibus vtique ex origine adhibetur, ſed potius ad vitia omnino deponenda referatur, quaſi ſcripſiſſet: καθ. ὑμας. Pſ. 18, 21. 25. coll. v. 22 ſqq. cf. *Raphelius* in annot. Polyb. ad h. l. Ἁγνισατε καρδιας διψυχοι. Et haec hebraica eſt loquendi ratio. Pſ. 51, 12. Ier. 4, 14. cf. Matth. 15, 19. 20. Marc. 7, 20-23. 2 Cor. 7, 1. 1 Petr. 1, 22. 1 Ioh. 3, 3. parallelismi cauſa cum verbis καθ. χειρ. iuncta. Senſus eſt: *purgate corda a vitiorum quaſi maculis, inuidiae potiſſimum atque ſuperbiae,* de quibus ante ſermo erat. Διψυχοι h. n. *qui religionis ſtudium prae ſe ferentes, iidem tamen voluptatibus ſeruiebant*, v. 4. μοιχοι dicti. vid. ad 1, 8. Vt vero καθ. χειρ. ἁμ. ad *externam* vitae integritatem, ἁγν. καρδ. διψ. vero ad *internam* animi innocentiam cum *Carpzovio* et *Moro* referendum eſſe ſtatuam, a me impetrare non poſſum. Sic enim diſtinguere, ſingulisque verbis inhaerere non ſolent veteris aeui ſcriptores, formulis parallelis ſententias pronuntiantes. Contra egregie huc pertinet locus e *Porphyrio* a *Carpzovio* allatus, de abſt. ab animal. 4, 13. *Iudaei iubentur iurare* χειρας κλοπης και ψυχην ανοσιου κερδους καθαραν φυλαξειν.

9. Ineſt huic commati ſtylus propheticus grande

πενθήσατε, καὶ κλαύσατε· ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν.

ſonans, eandemque ſententiam verborum diuerſitate varians. Hinc iſta per gradus aſſurgens verborum triſtitiam ſignificantium congeries, quo maior moeroris atque pudoris Chriſtianis, quos alloquitur, ſenſus iniiciatur. cf. 5, 1. Ταλαιπωρησατε, hebr שררו non: *affligite vosmet ipſos* ieiunio aliisque duris corporis exercitiis, ſed: *miſeri eſtote*, i. e. *miſeros vos agnoſcite.* ταλαιπωρος *Heſ.* τλητικος, επιπωνος. Πενθησατε, hebr. אבלו, proprie *lugubrem induite veſtem* Gen. 37, 33. 2 Sam. 13, 37. 19, 2. deinde, vt et h. l. omnino *lugete.* Κλαυσατε, hebr. בכה, *plorate.* Ὁ γελως — μεταστραφητω, et και — κατηφειαν, iterum per parallelismum invicem iuncta ſunt. Γελως itaque non, quod *Michaeli* placet, *riſus diſputatorius*, ſed i. q. χαρα, *gaudium omnino*; nullius certae rei, de qua potiſſimum gaudeant, ratione habita. Κατηφεια proprie *vultum* ſignificat *in terram defixum*, ſiue prae moerore, ſiue prae pudore hoc fiat. *Etymol. M.* κατηφειαν exponit per κατω βαλλειν τα φαη. *Plutarchus* περι δυσωπιας docet κατηφειαν definiri λυπην κατω βλεπειν ποιουσαν, vt hebr. נפלו פנים, Sic quoque κατηφης Sap. 17. 4. et κατα φειη Hom. Il. π. 498 et 556. Hoc loco vero vtrumque, *moerorem cum pudore coniunctum*, denotare videtur, qualis e. c. fuit in publicano oculos attollere non audente Luc. 18, 13. *Suid.* κατηφεια· σκυθρωποτης, *ſuperciliosa et tetrica facies.* *Heſ.* κατηφεια· στυγνοτης, ονειδος etc. Sed vterque ſenſum magis quam etymologiam expreſſiſſe videtur. Ὁ γελως — κατηφειαν ceteroquin gradu adhuc ſuperat verba κλαυσατε και πενθ. omnem riſum, omnemque laetitiam prorſus excludendo. Ceterum totum hoc comma ad *poenitentiam* referri ſolet, nec id plane contra nexum huius loci. Modo, ſi ita ſtatuerimus, cavendum eſt, ne ad viuum vsque omnia reſecantes lacrymas ſemper, vultumque demiſſum ad poenitentiam Deo probatam requiramus, ſed potius nil niſi *veram animi triſtitiam* eo modo, quo in vita hominum vulgo ſe exſerere ſolet, a Iacobo deſcriptam exiſtimemus. Sed ſi quid ſentio, magis adhuc nexus cum antecedentibus, inprimis vero cum conſequentibus, ſua-

10 ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς.
11 Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί· ὁ κατα-

dere videtur, vt omnia ad *modeſtiam animique demiſſionem*, in locum effrenatae ſuperbiae Chriſtianis commendandam, reuocentur. Saepius enim fieri ſolet, vt non ſolum N. T. ſcriptores, ſed etiam alii a vitio quodam dehortantes, tum in loquendo tum in ſcribendo animi ardore abrepti, in contrariae virtutis commendationem aliquanto grauiorem et vehementiorem delabantur. Quo quidem factum eſſe putauerim, vt etiam Iacobus ταπείνωσιν Chriſtianis commendaturus *triſtitiam in lacrymas prorumpentem* ab iis poſtularet.

10. Ταπειν. ενωπ. τ. Κυρ. ex hebr. לפני יהוה, pro ταπ. τῳ Κυρ. et i. e. q. ὑποταγητε τῳ Θεῳ v. 7. Ὑψωσει ὑμ. (הרים) *quo magis tenuitatem veſtram agnoſcitis, eo digniores apparebitis, qui in altiorem honoris*, i. e. *fauoris diuini, gradum aſcendatis*; quo ſenſu ὑψουν et ὑψος et ap. externos ſcriptt. leguntur. *Polyb.* l. 5. c. 26. *Eurip.* Phoen. v. 417. alibi. Oppoſitum eſt hoc vocabulum verbo ταπεινωθητε, neque tamen ſic e diametro, vt, quia ταπεινωσις in *miſeriae ſpiritualis ſenſu* conſiſtat, ὑψωσις ad *collationem donorum ſpiritualium* referatur. Hoc enim ſenſu ὑψωσιν et ὑψουν nullibi me legere memini, nec ταπεινωσις tam *miſeriae ſpiritualis*, quam potius *impotentiae* atque *imbecillitatis* notionem inferre videtur. Ceterum *Storrius*, Iob. 22, 19. hic comparari vult. Ex hac ipſa vero comparatione colligit, Iacobum non a Petro 1 ep. 5, 6. ſed a Iobo ad hanc ſententiam deductum eſſe, cum Petri contextus nil habeat, vnde Iobum reſpexiſſe dici poſſit; contra vero inde, quod Petri loco eadem Iacobi ſententia iisdem verbis repetita, atque adeo cum eodem Prouerbiorum loco, quo et Iacobus vſus erat, coniuncta legitur, Petrum omnem locum ex Iacobo mutuatum eſſe, hunc igitur illo priorem ſcripſiſſe probabile videri. cf. prolegg.

11. 12. Caſtigatis iam ἡδοναις, ex quibus rixae atque contentiones oriebantur, Ap. iterum ad argumentum Cap. 3, 9—16. rediens, a *conuiciis* atque iuſto *ſeuerioribus de aliis iudiciis*, rixis illis admiſceri ſolitis, reuocare conatur lectores, et praeci-

λαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ κρίνων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ,

VARIAE LECTIONES.

11. Pro και *priori* habent ἢ A B. 13. 25. 69. 73. al. 5, *Syr. vtr. Erp. Copt. Arm. Slav. Vulg.* (ſed non corb. et floriac.) *Theoph. Griesbachius* hanc lectionem non ſpernendam quidem, at receptae inferiorem eſſe iudicat. — Poſt αλλα κριτης add. ὅτι ουκ εν ανθρωπω, αλλ' εν Θεω τα διαβηματα ανθρωπου κατευθυνεται 18. Eadem poſt ἕτερον ſeu πλησιον addunt 2 in m. 15. 26. 30. 36. *Matth.* g. Ex Euthalii elencho capitum et Pſ. 36, 23.

pue doctores iſtos impios, iudaizantes potiſſimum, et legis Moſ. tenaciſſimos, qui cum affeclis meliores Chriſtianos eosque praeceptorum Moſis auctoritatem haud amplius agnoſcentes criminabantur et erroris damnabant. Quoad verborum explicationem pauca haec monenda habemus: Vocc. nimirum κρίνειν, κρίνων et κριτης v. 11 et 12., vt ipſis ſignificationis quaedam communitas conſtet, non tam ad *condemnandi* (καταχρ.) quam ad *discernendi* et *iudicandi* vim primitiuam, quantum per nexum licet, reuocanda videntur. Νομον vero neque de *lege Moſ.*, quam nexus vix infert, neque de *rel. chr.*, quae cum adiuncto quodam vocabulo νομος ελευθεριας 1, 20. 2, 12., χριστου Gal. 6, 2., δικαιοσυνης Rom. 9, 31., του πνευματος Rom. 8, 2. vocari ſolet, (vid. ad 1, 25.) neque de νομω βασιλικω 2, 8. quatenus *diſertis verbis* in doctrina tam Moſis quam Chriſti *ſcripta* proſtat, (quem et ipſum auctorem diſtinctius innuturum fuiſſe putauerim), ſed de *lege omnino* intellexerim, quae tamen in ſenſu loci conſtituendo vtique ad legem *de aliis amandis* h. n. reſtringenda eſt, quam vel voce ἀδελφος (pro ἕτερος v. 12.), non ſine emphaſi repetita inferri dixerim. In diiudicando vero dilectu et ſenſu formularum καταλαλειν νομου et κρινειν νομον multum tribuendum eſſe videtur tum formulis καταλ. ἀδελφ. et κριν. ἀδ. ex diametro oppoſitis, tum aenigmatico dicendi generi, adagiis proprio, ex quo is, qui de aliis male loquitur, et de lege male loqui dicitur, quod tamen, ſi vere aeſtimetur, haud ſemper ita ſe habet. Scilicet totus locus ὁ καταλαλων — κρινει νομον, ſi quid iudico, e genere adagiorum vel ſententiarum vniuerſalium eſt, et per ſe

καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον· εἰ δὲ νόμον

fpectatus fenfum fundit hunc: *qui conuiciator maledicus feu iufto rigidior opinionum atque morum alterius cenfor inuenitur, et legem fc. de aliis amandis criminari i. e. fpernere, et ipfi legi litem facere folet, quafi diftinctionum atque exceptionum inftauratione indigeat, quibus conuiciatoris culpa dimoueatur.* Eodem fere modo et Prov. 17, 5. *irrifor pauperum et ipfius Dei irrifor* dicitur. Quis hoc ad verbum, quis non potius de eo intellexerit, qui violat legem div. de pauperibus aeftimandis, et prouidentiam div., cui debentur paupertas et divitiae noftrae? Sic etiam in *Debarim Rabba* fect. 6. f. 258. 4. *Dixit R. Afe: nemo alteri detrahit, qui non fimul Deum abneget.* vid. *Schoettgen* p. 1029. Nexum vero vbi confulueris, fententia illa vniuerfalis facillima apparet ad eos, quibuscum Iacobo res erat, translatu fere fic: *qui fratrem chr., quem fraterno amore amplecti deberet, propter diffenfum in rebus ad rel. chr. perperam relatis, impietatis incufat et conuiciis profcindit* (καταλ. αδ.), *eumque, habita de iis, quae ftatuit agitque, iufto fubtiliori quaeftione, tanquam iudicis perfonam fuftinens erroris infimulat* (κριν. αδ.); *et legem de fratribus fraterne amandis criminatur*, i. e. *reprobat*, (καταλ. νομ.) *vel iudicium de hac lege ferendum fibi arrogat, ex quo fupplementis et diftinctionibus inftauranda fit, quibus admiffis ἡ καταλαλια του αδελφου plenam habeat excufationem* (κριν. νομ.) Iam vero iftum καταλαλουντα του νομου etiam ad παραβασιν του νομου abripi, qui dubitaret nemo erat; at vero tantum abeffe videri poterat, vt illa κρισις τ. νομου την τηρησιν turbet, vt eam potius corrigat atque dirigat. Quare Ap. priori fententiae illius parte, quae verbis abfoluitur: ὁ καταλ. αδελφου καταλαλει νομου, lectorum iudicio permiffa, pofteriorem tantum: ὁ κρινων αδελφ. κρινει νομον paulo vlterius profequendam fibi fumit, periculo, cui vel ὁ κρινων τ. νομον fefe obiiciat, fignificando fic: ει δε — κριτης, *fciolus ille, qui iufto fubtilius fibi de lege quadam recte definienda et obferuanda, *iudicium arrogat, legis obferuationem curare non folet, in folis argutiis fuis atque placitis often-*

κρίνεις, οὐκ εἶ ποιητὴς νόμου, ἀλλὰ κριτής. εἷς 12

tandis et venditandis sibi placens. (vid. ad 1, 22. 23.) Sic igitur verba καὶ κριτης reiicimus ad v. 11., praecipue cum eadem verba v. 12. post νομοθετης probabiliter textui adiicienda sint, (vid. var. lect.) vel commode ex nexu suppleri possint. Quare non opus est *Zachariae* commento, (quod fortasse blandiatur lectionem καὶ κριτης v. 12. in dubium vocantibus), extrema commatis nostri verba cum v. 12. sic coniungentis: αλλα κριτης εἱς εστιν ὁ νομοθετης, quod, recte obseruante *Hottingero*, tanto minus ferri debet, quia praegressum ουκ ει ποιητης νομου cum per se, tum e consuetudine Iacobi oppositum aliquod exigit, vt supra 1, 22. et 25. Ex vulgari autem interpretatione κρινειν pro κατακρινειν idque pro syn. verbi καταλαλειν, et νομος pro νομῳ ελευθεριας s. *doctrina chr.* sumi solet, vt sensus prodeat hic: *qui fratrem criminatur atque condemnat, et doctrinam chr. criminatur et condemnat; quodsi vero criminaris hanc, non pares illi, sed iudicium in eam tibi arrogas.* Sed synonymis sic praeter rem cumulatis admodum languida euadit oratio, vt taceam, vocem κριτης ex hac versione parum respondere vocibus κρινειν et κρινων, quae tamen vna cum κριτης vt loci, sic et significationis communione iunctae videntur. Quodsi vero iste orationis languor ab aliis eo tollitur, quod illam vocum triadem nobiscum communi *iudicandi* sensu teneant; dubitauerim tamen, νομον h. l. κατ' εξ. dici *religionem chr.*, cum haec huiusce vocis absolute adhibitae significatio tantum occurrat vbi vocab. adiunctum, quo a rel. iud. ad christianam transferretur, prorsus redundaret, vt Gal. 2, 19.

12. Εἱς εστιν ὁ νομοθετης, vtique Θεος: *Grotius* vero, *Michaelis* alii χριστος, Hebr. 8, 6. sensu ne minimum quidem mutato. Εἱς νομ. κ. κριτης, i. e. διοτι ουκ εστι νομοθετης ει μη εἱς, δια τουτο και εἱς μονον κριτης εστι, vel δυναται ειναι, *quia nonnisi vnus est legislator, ergo quoque nonnisi vnus iudex sedere potest;* quod ipsum Iacobus dicere voluisse putandus est, vbi suppressis verbis και κριτης (quae *Hottingerus* ab aliquo addita esse putat, cui non apte satis nexa oratio videretur),

ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτὴς, ὁ δυνάμενος σῶσαι
καὶ ἀπολέσαι· σὺ δὲ τίς εἶ, ὃς κρίνεις τὸν ἕτερον;
13 Ἄγε νῦν οἱ λέγοντες· "Σήμερον καὶ αὔριον πο-

VARIAE LECTIONES.

12. Poſt νομοθετης verba και κριτης addunt A B. 13. 14. 27. 29. 36. 40. 61. 69. 73. al. 13. et Barb. 2. *Matth.* a. d. al. 4. *Ed. Syr. vtr. Erp. Copt. Aeth. Arm. Slav. Vulg. corb. floriac. Cyr. Antioch. Euthal. Theoph.* in textu. *Caſſiod.* probb. *Caſtalione, Hammondo, Griesbachio.* — Pro ὅς κρινεις legunt ὁ κρινων A B. 13. 25. 31. 69. 73. 98. al. 6. *Matth.* a ex emend. m. *Ed. Syr. Slav.* (exc. 3.) *Theoph.* — πλησιον pro ἑτερον A B. 13. 25. 40. in m. 69. 73. al. 5. *Matth.* a ex emend. m. *Syr. Erp. Copt. Vulg. corb. flor. Theoph.*

locum n. enuntiauerit ſermone vtens decurtato neque tamen obſcuro. Nam qui legislatorem dicit, etiam illum dicit, cuius eſt de lege lata iudicare. Δυνατος, i. e. ὁς δυναται, και ᾧ εξεστι, *qui ius et poteſtatem habet.* Act. 4, 20. 2 Cor. 12, 8. Σωσαι και απολεσαι, nimirum *conferenda olim ſalute*, vel *infligendis ſuppliciis* Matth. 10, 28. 28, 18. Ioh. 5, 22. 27. Act. 10, 42. Τις emphaſin hic habet ab extenuatione: *quis tandem*, i. e. *quam humilis es?* neque legis auctor, neque a Deo iudex animorum conſtitutus. cf. Rom. 14, 4. Luc. 7, 49. Ὁς κρινεις pro ὁς θελεις κρινειν, vel ὡστε σε κρινειν, *qui ſumis tibi iudicare* τον ἑτερον, (h. n. non tam *alium* quam) *tui ſimilem* (αδελφον v. 11. πλησιον vid. var. lect.) *in quem tibi nullum ius.*

13. — cap. 5, 1—6. A doctoribus illis impiis, qui pro arrogante de ſe perſuaſione, ſpreto diuino iudicio, ſibi ſolis potius iudicium de aliis ferendum ſumebant, oratio deflectit ad Iudaeos, qui opes atque diuitias ſuas, ſpreta prouidentia div., ſuis tantum conatibus tribuendas perhibebant, ita vt Ap. ab alio hominum Dei immemorum genere ad aliud, quod iam ſupra 2, 6. 7. ſibi caſtigandum ſumſerat, cogitando devolutus videatur. Ad *Iudaeos* vero απιστους, non ad *Iudaeo-Chriſtianos*, locum noſtrum referendum eſſe exiſtimo, *cum* quia Iacobus 5, 7. ab apoſtrophe praecedente rediens ad Chriſtianos (αδελφους) ſe iterum convertere videtur; *tum* quia Iudaei non modo in Palaeſtina (*Ioſ.* b. i. 5, 20. 34. et 6, 27.) ſed etiam in diſſitis

ῥευσώμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ

VARIAE LECTIONES.

13. Και *prius* (loco ἢ) tuentur A G. 14. 18. 19. 57. 65. (c. al. 6.) al. 14. pluresque et Barb. 6. *Matth.* a. al. 9. Ed. (etiam St. 3.) *Syr. p. Ar. pol. Slav.* (exc. rec.) *Cyr. Oec. Theoph.* probb. *Millio, Bengelio, Griesbachio.* η και 40. — Ibidem πορευσωμεθα — ποιησωμεν — εμπορευσωμεθα, pro πορευσομεθα — ποιησομεν — εμπορευσομεθα, habent A B G. 40. 57. 73. 98. al. 19. pluresque. *Matth.* a. al. 7. Ed. (etiam St. 3.) *Slav.* 5. *Oec.* item *Theoph.*

orbis terrarum partibus Christianos acerrime perſequutos (*Dio Caſſ.* 1, 66.) luxuriae vero deditiſſimos fuiſſe ex ſcriptis *Philonis* apparet, qui publicam illam morum deprauationem grauiſſime reprehendit; *tum* quia pauperes potiſſimum inter Iudaeos ad ſacra chr. transiiſſe dicuntur 2, 5. *tum* denique quia Chriſtianos eiusmodi flagitia, qualia hic commemorantur, commiſiſſe, omnem veri ſpeciem excedit. Iam in diuites hosce Iudaeos velut praeſentes inuehitur more prophetico, partim indignatione commotus, partim ad ſolandam Chriſtianorum ab his oppreſſorum calamitatem (5, 7. 8.) quod ſolum annotaſſe ſuffecerit ad refutandum dubium eorum, qui locum noſtrum ad diuites *Chriſtianos* referri malunt, inde petitum, quod Ap. ſperare non potuerit fore, vt literae ſuae in *Iudaeorum* manus peruenirent, iidemque his perlectis, minas exhorrescentes ad meliorem frugem reuerterentur. Haec vero ad Iudaeos apoſtrophe, variis parentheſibus interrupta, pertexitur tandem c. 5, 1 ſqq., ita vt formula ἀγε νυν c. 5, 1. repetatur, interiecta vero οἱ λεγοντες κ. τ. λ. ad interpoſitionem redeant, eorum, quibus male ominatur Ap., peruerſa et aduerſo numine ſuscepta ſtudia impietatemque graphice deſcribentem. (vid. ad 5, 1.) Ceterum in toto hoc loco enuntiando haud deſiderabis pium Eſſenum, negotiationem et divitias ſpernentem, eundemque res ſuas ſoli Deo permittentem. (vid. prol. p. 104 ſq.) Ἀγε, et lat. *age* apud Graecos et Latinos eſt hortandi vocula, etiam cum plurali iungi ſolita. *Homer.* Batrachom. v. 190.

Ἀλλ' ἀγε παυσωμεσθα Θεοι
τουτοισιν ἀρηγειν.

Xenoph. apol. Socrat. ἀγε δε ἀκουσατε. *Cic.* pro Mil. Cap. 21. *age nunc* — *com*-

ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ ἐμπορευσώμεθα, καὶ κερδήσωμεν."

parate etc. *Seruius* ad Aeneid. 2. v. 707. *Age non est modo verbum imperantis, sed aduerbium hortantis: adeo vt plerumque age facite dicamus, et singularem numerum copulemus plurali.* Interdum vero ἄγε nonnisi transeunti ad tractandam nouam materiam inseruit, et sic et h. l. acceperim. Nos: *Jetzt wende ich mich an Euch. Nun auf Euch zu kommen. Noch ein Wort der Ermahnung an Euch.* vid. *Hoogeveen* de part. p. 1312. *L. Bos* exercitt. phil. in N. T. p. 274. *Zeune* ad Xenoph. Cyrop. p. 462. et *Wetst.* in h. l. Hebraei eodem fere sensu הואל נא Iud. 19, 6. pro quo Alex. ἄγε surrogant. Οἱ λέγοντες, vt האמרים, *qui dicere soletis.* Σημερον και αυριον, pro σ. ἢ α. Εἰς την δε την πολιν *in hanc vel illam vrbem.* Sic de *personis* Graeci dicunt προς τὸν δεινα. Possis etiam verba dispertire in membra haec: σημερον εις ταυτην, αυριον εις αλλην πολιν πορευσ. Ποιειν vbi cum vocabulo temporis, vt h. l. cum ενιαυτον, iungitur, est διατριβειν, *commorari.* Sic quoque occurrit Act. 15, 33. 18, 23. 20, 3. 2 Cor. 11, 25. Eodem sensu et Hebraei עשה adhibent Eccl. 7, 1. vel in aliis edd. 6, 12. Sed et Latini dicunt *facere cum aliquo paucos dies, vel annos multos.* Sic *Cic.* ad Attic. 5, 20. "Apameae quinque dies *morati.* — Iconii decem *fecimus.*" cf. *Sen.* ep. 66. Vbi vero absolute hoc sensu vsurpatur, supplendum est χρονον, vel καιρον. Cf. de hac voce *Abresch.* ad *Aeschylum* p. 611. *Elsneri* obss. T. I. p. 430. et *Raphel.* obss. Polyb. ad Act. 15, 33. Ἕνα h. l. positum est pro articulo nostro indefinito. Εμπορευεσθαι, proprie *mare traiiciens negotiari*, deinde vero, vt et h. l. omnino est *mercaturam facere*, hebr. סחר, et syn. voci κερδαινω. Plura ad 2 Petr. 2, 3. Sunt vero verba σημερον — κερδ. mercatoris, diuitiis suis earumque augendarum conatibus et artibus praefidentis, quasi successus a solo arbitrio suo nec potius a summi numinis voluntate pendeat. Cf. *Seneca* de breuit. vit. 3 et 4. *Repete memoria tecum, quando certus consilii fueris, quotusquisque dies vt destinaveras, recesserit.* Et deinde: *audies plerosque dicentes: a quinquagesimo in otium secedam, sexagesimus annus ab officiis me dimittet. Et quem tandem longioris*

(οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον· ποία γὰρ ἡ 14

vitae praedem accipis? quis ista, sicuti disponis, ire patietur? Semlero vero Ap. videtur reprehendere contemtum quasi publicum doctrinae chr., quae sensim hac illa in vrbe propagari solebat. Hi, quos Iacobus iam alloquitur, Christiani ex Viri b. sententia, nec iudaizantibus nec probioribus doctoribus operam dabant, sed tempus et otium in alias operas consumebant. Excusabant se dicentes: *iam iter suscipimus Romam Alexandriam Tyrum* etc. quam tamen interpretationem non possumus quin cum *Rosenmüllero* duriorem declaremus.

14. Non verba modo ποια — αφανιζουενη, quod *Carpzovio*, *Wollium* sequuto, placet, sed totum potius comma vncis includendum est, in quo strictim Iacobus ostendit, quantopere a sana mente alienum sit, spes eiusmodi nimis longas animo concipere, quibus tamen perfrui mortalis natura saepissime haud sinat. Οἵτινες, *cum vos tamen* etc. Το της αυριον, i. e. το πραγμα, s. το εσομενον της αυριον ουσης ἡμερας. Sensus est: *cum tamen, quid crastinus dies secum vehat, ignoretis*, vel ex proxime sequentibus distinctius adhuc: *cum ne in crastinum quidem diem vitam certa spe praesumere possitis.* Prov. 3, 28. 27, 1. Matth. 6, 34. Luc. 12, 19. 20. *Epicurus* ap. Stob. 16. Συ δε της αυριον ουκ ων κυριος, αναβαλλη τον καιρον. *Plut.* ad Apollon. C. ex Eurip. Alcest. Βροτοις ἁπασι κατθανειν οφειλεται, ουκ εστιν αυτων ὁστις εξεπισταται, την αυριον μελλουσαν ει βιωσεται. Plura dabit *Wetst.* Ποια si, vt ποιη, et ποα, substantiue sumitur, significat *herbam omnis generis*. Hes. ποια· ἡ βοτανωδης ὑλη. αλλοι, τους πυρους και τας κριθας. ποα· βοτανη ἑκαστη, et s. v. ποιη addit: ἡ της γης αυτοματως βλαστανουσα φορβια. (Similiter *Suid.*) Semel ap. *Hom.* Od. σ. 369. *Diog. Laert.* 9, 3. vbi *Menag.* Sensus tunc, commate post ὑμων posito, oritur hic: *aeque caduca et fluxa est vita, ac herbae et graminis flos;* nisi Iacobus loco ποια, quod hoc sensu in N. T. haud amplius obvium est, solennius illud χορτος adhibuerit. cf. 1, 10. 11. Matth. 6, 30. Quodsi vero ποια adiectiue pro *qualis* retinueris, post ὑμων interrogandi signum addendum est. Ατμις, pro ὡσπερ ατμις γαρ εστι. Particula vero

ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστιν, ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη) ἀντὶ τοῦ λέγειν

causalis γαρ affirmationem intendit, vt Act. 4, 27. Phil. 2, 27. Proprie autem, recte obseruante *Hottingero*, reticetur sententia hunc in modum supplenda: "qualis enim haec est vita vestra? *fluxa nimirum est et caduca.* Etenim tam facile exstinguitur, vt vapor." cf. *Kypke* ad Act. 16, 37. et *Hoogeveenum* ad *Viger.* p. 479. not. 5. Solennis haec caducae atque periturae hominum vitae imago. cf. 1 Paral. 29, 15. Iob. 8, 9. Ps. 102, 11. 144, 3. 4. Sic *Aeschylus* de vita humana:

Και πιστον ουδεν μαλλον, η καπνου σκια.

Seneca Troad. 393.

Vt calidus fumus ab ignibus
Vanescit per spatium breve sordibus;
Sic hic, quo regimur, spiritus effluet.

Sic et *Sophocles* haud vno loco. Προς ολιγον, sc. χρονου vel καιρου. Φαινομενη, επειτα δε αφανιζομενη, participia pro verbis finitis: φαινεται και αφανιζεται. *exiguum apparens, tum autem euanescens.*

15. Iam versus hic, demta commatis 14 parenthesi, arctissime cohaeret cum v. 13. *Qui dicitis* v. 13., *loco eius, quod dicere debeatis* v. 15. Αντι του λεγειν ὑμας, pro αντι τουτου, ότι δει λεγειν ὑμας. Λεγειν vero quod, vt אמר, haud raro solam *cogitationem* designat, non ita premendum est, ac si ex mente Iacobi quodlibet negotium grauioris momenti a formula εαν — ζησωμεν ore pronuntianda auspicari debeamus, (quod perperam colligi solet ex h. l. nimis ad verbum intellecto), nam perpetua cogitatio prouidentiae div. vna cum conscientia fragilitatis nostrae imo pectori infixa, magis Deo probatur, ac phrasis illa, quae saepius ore repetita, animum denuo plane non mouet; nec ipse Paullus in itineribus aliisque negotiis inchoandis hanc formulam semper disertis verbis addit. Rom. 15, 28. 1 Cor. 16, 5. etsi nonnunquam ea vti solet, v. c. Act. 18, 21. 1 Cor. 4, 19. Non noua vero Ap. haec praecipit Christianis. Ex tanta locorum similium, a *Wetst.*, *Grotio*, *Wolfio* et *Raphelio* congestorum multitudine vnum *Platonis* Alcib. 1. sub fin. afferam, vbi Alcibiadem Socratis auxilio meliorem se fieri sperantem hisque verbis vsum:

ὑμᾶς· „Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, καὶ
ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο." νῦν δὲ καυχᾶσθε 16

VARIAE LECTIONES.

15. *ζησομεν* pro *ζησωμεν* habent A B. 29. 65. (c. al. 3.) al. 3. *Ed. corb.* nec non *ποιησομεν* pro *ποιησωμεν* iidem et 38. 40. *Matth.* b. *Ed. Vulg.*, item, omiſſo *και*, *Syr. Arr. Aeth. Arm. Hier. Caſſiod.* poſterius probe, prius minus recte, cum *εαν ζησωμεν* conditionem inuoluant.

εαν βουλῃ συ Σωκρατες, Socrates ſic corrigit: *ου καλως λεγεις, αλλ' ούτω χρη λεγειν· ὁτι εαν Θεος εθελῃ.* coll. *Hipp. mai.* §. 14. Similiter ſcriptores Iudaei e. g. Benſira: *nunquam dicat homo, facturum ſe quicquam, niſi prius dicat: ſi Deus voluerit.* Huic plane cognata formula non minus vſu frequentabatur: *συν Θεῳ ειπειν*, *quod ita dico, vt in eo opem div. agnoſcam*, vel vt nobis loqui mos eſt: *mit Gottes Hülfe*, de qua vid. *Heindorf.* ad *Plat.* Theaet. §. 22. Και ποιησωμεν. *και* ex hebraismo apodoſin protaſi iungit, quaſi ſcriptum eſſet: *τοτε ποιησ.*

16. Ap., perdurante adhuc protaſi v. 13. ſic incipiente: *αγε νυν οἱ λεγοντες*, pergere debuiſſet ſic: (*αγε νυν*) *οἱ καυχωμενοι*, ſed animi feruore abreptus alloquutionem illam cum genere dicendi demonſtratiuo commutat protaſeos initii vix adhuc memor. *Νυν δε*, contrarium eius indicat, de quo ante ſermo fuerat. i. q. *μαλλον δε.* Nos: *ſo aber.* Καυχασθε, ſc. de eo, *quod omnia vobis ex ſententia ſuccedere debeant.* Αλαζονεια *proprie* quidem eſt *mendax gloriatio*, ſecundum *Platonem*: *ἑξις προσποιητικη αγαθων, των μη ὑπαρχοντων.* *Etymol.* *αλαζων, κομπαστης — ὁ επι πλεον τα ἑαυτου κομπαζων, το εναντιον τῃ ειρωνειᾳ. Ειρων γαρ ὁ επι το ἡττον αγων και μειων, ὁταν δυναμενος Φασκῃ, μη δυνασθαι.* *Vlpianus* in Demoſth. Phil. 1. *αλαζονευεσθαι μεν γαρ το πλειονα επαγγελλεσθαι δυνασθαι ποιειν, ηπερ δυναιτο.* Iam vero cum diuites, fragilitatis ſuae plane immemores, non tam ſimularent, quam potius ſibi certo perſuaderent, ſe pro arbitrio praeſtituros eſſe, quae tamen praeſtare non poterant, *αλαζονειαν* hic, praeeunte *Storrio*, pro *arrogantia* ſumimus, quae ſignificatio non minus huic vocabulo competit. *Suid.* *αλαζονεια, ὑπερη-*

ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν· πᾶσα καύχησις τοιαύτη
17 πονηρά ἐστιν. (εἰδότι οὖν καλὸν ποιεῖν, καὶ μὴ

φανεια. *Theophr.* Charact. 23. ἡ αλαζονεια δοξειεν ειναι προςδοκια τινων αγαθων ουκ οντων. Eodem fenfu et hebr. גאון cum ab *Aquila*, tum a *Theodotione* per αλαζονεια redditur. Αλαζονεια itaque hoc nexu eft *arrogantia, omnia pro arbitrio fuo praeftandi.* Plurali autem numero vtitur Iacobus, quia *plures* alloquitur. Καυχ. εν τ. αλαζονειαις, vel eft: *gloriamini pro veftra arrogantia*, vel praepofitione cum fubftantiuo, ex hebraismo perunlgato, periphrafin aduerbii facientе, i. e. q. καυχασθε μαλα αλαζονικως. Act. 17, 31. Καυχησις τοιαυτη, fc. *ex arrogantia profecta.* Πονηρα εστιν, pro ἁμαρτια εστιν, v. 17. cf. Prov. 2, 14. Sirac. 9, 10. 11. Ier. 9, 23. 24. 11, 15. 1 Cor. 1, 31. 5, 6. 2 Cor. 10, 17. Phil. 3, 19.

17. Comma hoc connexionem vel eo fatis fufpenfam tenere *Hottingerus* éxiftimat, quod hic non intermiffio, fed praue aliquod factum arguatur, vt potius fic dicendum fuerit: *qui fciens praua, aut fecus quam oporteat, aliquid fiue fecerit, fiue dixerit, is peccato tenetur.* Qua tamen difficultate parum equidem perturbor, *cum* quia qui fciens *praue agit* et fciens *honefta omittere* dici poteft; *tum* quia et καλον τι v. 15. commemoratur τῳ κακῳ v. 14. oppofitum; *tum* quia Iacobus huncce locum communem, fic enuntiari folitum, immutare noluit. Hinc ii, qui apoftrophen tam praecedentem quam fequentem ad *Chriftianos* dirigi putant, fententiam huius comm. cum *Grotio* contextui accommodare non dubitant fic: *moniti eftis a me, nec ignorantiam poteftis obtendere. Si quid igitur* (ουν) *tale amplius iactamini, grauior erit culpa.* At vero interpretibus locum noftrum (v. 13—5, 6.) ad *Iudaeos* eosque Chriftianis infenfos nobiscum referentibus grauior difficultas nascitur inde, quod ifti Iudaei vix dici poterant ειδοτες το καλον ποιειν, cum ii tantum, quibus clarior diuinae cognitionis lux affulferat, fic dici foleant. Qua re permotus *Hottingerus* praeeunte *Bahrdtio* comma hoc probabiliter ex gloffemate irrepfiffe exiftimat, qua tamen coniectura, ne vnius quidem cod. hoc comma omittentis auctoritate nixa, nodum nectit, dum foluit.

ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστιν·) ἄγε νῦν οἱ V.

Equidem non minus perſuaſus, apoſtrophen illam in Iudaeos, quam admonitionem commatis 17. in Chriſtianos conuenire, verſum hunc, vncinis includendum, ad hos ipſos Chriſtianos, adeoque ad huius epiſtolae lectores retulerim fere ſic: *hinc* (ſc. *cum talia in Iudaeis reprehendenda inuenirem*), *vos, o mei, transeundo monitos volo, vt meliora edocti, nimirum omnem conatuum ſucceſſum ſoli Deo permittendum eſſe* v. 15., *deteriora*, i. e. *arrogantiam iſtam conatibus humanis omnia tribuentem* v. 13. *fugiatis, ne et vos peccato teneamini.* Quoad verborum explicationem pauca haec notanda ſuperſunt: Ειδοτι — ποιουντι reſolv. ειδοτι πως δει καλ. ποιειν, και ὁμως μη ποιουντι. Ἁμαρτια αυτω εστι vel pro ἁμαρτιαν εχει, i. e. ἁμαρτανει, vt et Latini *ſibi eſſe* dicunt, quae *habent;* vel pro αυτω ἁμ. εστι (ſ. ὡς ἁμαρτια ελλογειται) ſc. το μη ποιειν το καλον, *ei violatio legum, quas nouit, pro peccato imputanda eſt.* Nos: *für den iſt es ſündlich*, adeoque, quod ſubticetur, *ſuppliciis dignum.* cf. Ioh. 15, 22.

Cap. V. 1—6. Αγε νυν οἱ πλουσ. *Vos igitur diuites.* Integratur hic ſermo ſuperioris cap. v. 13. inſtitutus, ita vt, ſi conciſo verborum ambitu, arctius orationem adſtringas, cap. 4, 13. cum c. 5, 1. cohaereat fere ſic: *o vos, qui fortuna et divitiis praeſidentes Deique obliti tam multa conamini, cumque breuis incertique aeui ſitis, ſpem tamen longam inchoatis, vos, inquam, diuites plorate atque lamentamini propter ingruentem vobis calamitatem.* Iam v. 1 - 3. Ap. diuites a nimia fiducia in diuitiis collocata eo reuocare ſtudet, quod fragiles eas, atque caducas eſſe oſtendit. Ὀλολυζειν. Verbum hoc, a ſono fictum vt videtur, quamuis apud Graecos etiam de hymnis laetis, et precibus praecipue mulierum, diebus feſtis cum vlutatu ad aethera factis occurrat (vid. *Barneſium* ad Anacreontis ᾠδ. μ. εις ερωτα. v. 4. 5. *Euripid.* Iphigen. in Taur. v. 1137. et *Hom.* Od. γ. v. 450. δ. v. 467.); plerumque tamen, et apud LXX interpretes hebr. הילל per ολολυζειν reddentes, Ieſ. 15, 3. ſemper, *eiulandi* notione, quae et h. l. obtinet, occurrit. Apte ad hanc explicationem *Etymol.* Ολολυγη· Φωνη γυναικων, ἡν ποιουνται εν τοις ἱεροις ευχομεναι, η ἁπλως ὁ μετα

πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαι-

-ηχου κλαυθμος και θρηνος παρα το ολολυζω. *Eustathius* ad Il. ζ, 301. Ὀτι ολολυγην την των γυναικων ευχην καλει ὁ ποιητης, και το συν οικτω αυτας ευχεσθαι ολολυζειν φησιν· οἱ δε νεωτεροι επι του κλαιειν το ολολυζειν εθεντο. *Suid.* ολολυζετω, θρηνειτω. *Hes* ολολυγη, Φωνη λυπηρα. Cf. praeterea *Polluc.* onom. 1, 28. *Casaub.* ad *Theophr.* char. c. 21. *Spanh.* ad *Callim.* hymn. in Del. v. 258. et praecipue *Hemsterhus.* ad *Lucian.* somn. c. 4. T. I. opp. ed. *Reitz* p. 6. Ολολυζειν itaque hic non differt a κλαιειν, cui iungitur. Locus ceterum eſt quaſi prophetico ſpiritu pronuntiatus. Sic enim loqui ſolent prophetae mala imminentia aliis annuntiaturi, Ier. 4, 8. Ioel. 1, 5. 13. Mich. 1, 8. Zach. 11, 2. niſi forte poſteriorem hunc locum ante oculos habuerit Iacobus. Ex eodem hoc prophetico ſermone ratio quoque repetenda eſt, quod Iacobus tempora perfecta pro futuris toto hoc loco adhibeat, nimirum quia propheta, quae futura adhuc ſunt, tanta certitudine praeuidet euentura, ac ſi vere iam euenerint, cuius rei indicium eſt, quod v. 3. futuro tempore dicit εις μαρτυριον εσται. Επι, h. l. propter. Matth. 26, 50. vt nos *über* pro *wegen*. Ταλαιπορ. επερχ. *Rosenmullerus*, *Augusti*, *Hottingerus* nihil aliud ſignificare putant, niſi *fortunae inconſtantiam, rerumque humanarum viciſſitudinem*, quae diuitum faſtum atque iniuſtitiam plerumque graui vindicta vlciſcitur. cf. 1, 10 ſq. Rem facerem cum hisce interpp., niſi ἡ παρουσια τ. Κυριου v. 7. diſerte commemorata ſuadere videretur, vt de *calamitatibus* cogitemus, *quibus*, ex opinione Iudaeorum, *Meſſias olim ad regnum ſuum inaugurandum rediturus hominum impietatem adeoque et diuitum arrogantiam, luxuriam atque nequitiam vlturus ſit*. Neque tamen cum *Grotio*, *Millio*, *Benſono*, *Michaele*, aliis, ταλαιποριας illas ad ſolum *excidium vrbis Hieroſolymae*, neque cum *Calovio*, et qui eum ſequuti ſunt, ad ſolum *iudicium extremum* ſ. *Meſſianum* retulerim, cum aliud ab alio tempore haud ſeiunctum ſit, ſed vtrumque potius ad iſtas rerum commutationes pertineat, quas Iudaei regni Meſſiani inaugurationem olim comitaturas eſſe perhibebant.

πωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις. ὁ πλοῦτος ὑμῶν 2
σέσηπε, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν·

2. Πλουτος interpretes, verbi σηπειν (quod, alias actiuum, hic vim neutro-paſſiuam habet), etymologiam atque ſignificationem nimis curiose et praeter rem rimantes, ſtrictiori ſenſu de diuitiis frumenti, vini, olei, aliarumque rerum putredini (τῳ σηπειν) obnoxiarum intelligere ſolent. Sed vt aurum atque argentum mox κατιουσθαι (quod proprie non ad aurum pertinet), ſupra vero opes vniuerſae μαραινεσθαι *pereundi* ſenſu dicuntur: ſic etiam πλουτος, ſ. *omne diuitiarum genus* eodem ſenſu σηπειν ſ. φθειρεσθαι dici poteſt. cf. Sirac. 14, 19. Iob. 40, 7. Eodem modo quoque σαπηναι apud *Theophraſtum* de materia lignea, et de panni ſcabie apud *Dioſcoridem* adhibetur. cf. *Steph.* Theſ. gr. ling. ſub v. σηπω. Omnino quidem Iacobus tropo duriori vſus eſt, ſed quem facile fert ſcriptorum ſ. conſuetudo. Haud ſane molliora ſunt quae leguntur 1 Tim. 6, 19. 2 Tim. 2, 26. Apoc. 1, 12. Τα ἱματια ὑμων. In veſtium apparatu omnem vitae neceſſitatem ſaepe excedenti haud minimam diuitiarum partem veteres poſuiſſe, videre licet ex Gen. 35, 2, 41, 14. Ioſ. 7, 21. Iud. 14, 12. 13. 2 Sam. 12, 20. Ieſ. 3, 22. Zach. 3, 14. *Hom.* Il. ζ. 100 et 282 ſqq. *Horat.* epp. I. 6. 40 ſqq. *Cic.* parad. 3, 3. Σητοβρωτα, *a tineis adeſa*, *Heſ.* ὑπο σκωληκος βεβρωμενα. Obſerua adhuc, verba ὁ — σεσηπε, et και — γεγονεν, parallelifmo ſeſe excipere. cf. cum h. l. Iob. 13, 28. Ieſ. 51, 8. Matth. 6, 19. Luc. 12, 33. Ceterum *Roſenmullerus* nimis argute, ſi quid ſentio, ſub πλουσιοις hic commemoratis homines intelligendos eſſe ſuſpicatur, qui *veſtes*, *pretioſa*, *annonam* etc. emere et poſtea carius atque iniquius vendere ſoliti fuerint, quia veſtimentorum, auri, argenti, quae poſſederint, item meſſorum quos defraudauerint, mentio fiat. Equidem cum *Hottingero* in his non tam mercium enumerationem, quam amplificationem poeticam *diuitiarum* inuenio, quas homines iſti quibusuis artibus iniuſtis ſaepe ac parum honeſtis accumulauerant. Ergo inter caetera inſtrumenta faſtus, luxuriae atque libidinis etiam commemorantur veſtes pretioſae. cf. 2, 2.

3 ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ φάγε-

3. Amplificatur ſententia commatis 2. Ὁ χρυσος και ὁ αργυρος, intellige de *vaſis aliisque rebus ex auro atque argento confectis*, 1 Cor. 3, 12. 1 Tim. 2, 9. coll. 1 Petr. 3, 3. quamquam non repugnauerim, ſi, vt Latini pro *pecunia*, ſynecdochice *aes*, vel *aurum* et *argentum*, Hebraei vero זהב et כסף appellant, Exod. 25, 3. Ieſ. 60, 9. ſic etiam χρ. et αργ. hic pro *nummis* ſumi malueris, vt Matth. 10, 9. Luc. 9, 3. Marc. 6, 8. Act. 3, 6. coll. Sir. 40, 25. Κατιωται et, quod ſtatim ſequitur, ιος h. l. difficultatem mouent, quia ex ipſa veterum ſententia aurum aeruginem non admittit. *Hierocles* in aur. carm. Pyth. Ὁ χρυσος μονος των αλλων ιον ου ποιων. *Theognis* 451. de auro: Του χροιης καθυπερθε μελας ουχ απτεται ιος, ουδ' ευρως, αιει δ' ανθος εχει καθαρον. cf. *Plin.* h. n. l. 33. c. 3. Sed cum de metallis omnino ſermo eſſet, vel χρυσος και αργυρος latiori ſenſu de metallis quibusuis, vel, quod praeferendum videtur, ιος et κατιουσθαι de amiſſo auri et argenti ſplendore, ſ. de mutato auri colore ex flauo in viridem, qualis in nummis vaſisque aureis, diu manibus haud verſatis, vel ſub terra defoſſis, nimioque humori expoſitis, cerni ſolet, intelligenda ſunt. cf. Baruch 6, 23. Iob. 41, 17. Ez. 24, 11. Sir. 12, 9. *Heſ.* κατιωται· ερρυπωται. Inprimis vero huc pertinet *Strabonis* locus a *Kypkio* ad h. l. allatus. l. 16. p. 1107. E lacu Sirbonide, aut potius mari mortuo, teſtatur, fumoſam emitti fuliginem, ὑφ' ἧς κατιουται και χαλκος, και αργυρος και παν το στιλπνον, μεχρι και χρυσου. Explicat id *Diodorus Sic.* l. 2. c. 48. metalla vna cum auro narrans, ibidem ex halitu bituminis αποβαλλειν την ιδιοτητα του χρωματος. Auro et argento etiam ιος tribuitur in ep. Ierem. v. 11 et 23. vbi v. 23. occurrit: εκμασσειν τον ιον. Quidni vero Iacobum, ſpiritu prophetico, in verbis exacte eligendis haud raro parum curioſo, abreptum, verbum κατιουσθαι non minus ac σηπειν καταχρηστικως adhibuiſſe ſtatuamus, vt *diuitias inutiliter coaceruatas ac ſine fructu pereuntes* ſignificaret? Senſum autem verborum ὁ χρυσ. — κατιωτ. vbi ſpectes, Iacobus, ſcite obſeruante *Hottingero*, idem dicit, quod *Theo-*

ται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ· ἐθησαυρίσατε

phrastius voluit, haec dicens: και το ὁλον δε, των μικρολογων και τας αργυροθηκας εστιν ιδειν ευρωτιωσας, και κλεις ιωμενας. Neque vero haec pugnant cum iis quae v. 5. de eorumdem hominum luxuria dicuntur. Tantas nimirum Iacobus divitias significat, vt, cum multa effuderint, plura tamen superent; nisi etiam dixeris, Iacobo diuites modo auaros modo prodigos ante oculos versatos fuisse. Ὁ ιος αυτων, sc. του χρυσου και του αργυρου. Εις μαρτυριον i. q. εις ελεγχον, hebr. תוכחת. Ὑμιν εσται, pro κατ' ὑμων εσται, sc. εν ταις εσχαταις ἡμεραις. Sic hebr. ב valet κατα Deuter. 31, 26. Mich. 1, 2. et datiuus Marc. 6, 11. coll. Luc. 9, 5. add. Matth. 23, 31. Sensus est: *fragilitas harum diuitiarum accusationi contra vos materiam suppeditabit, eo nimirum, quod, quantumuis fuerint fragiles atque caducae, insano tamen studio eas appetiuistis, atque accumulauistis, Deo ipso posthabito.* Και φαγεται τας σαρκας ὑμων, vel simpliciter est φαγεται ὑμας, vel cum emphasi: *depascet corpora lautis cibis bene pasta.* cf. v. 5. Elegans verbis subest orationis figura. Aerugo describitur, quasi inuadat membra diuitum, eaque quasi, vt metallum, arrodat atque consumat, et quidem (vt doloris crudelitatem ex aerugine corpus arrodente oriundam addita noua imagine depingeret), ὡς πυρ, tanquam flamma membra quasi circumlabens, carnemque lento dolore depascens. Digna quae cum loco nostro conferantur prophetarum effata Ies. 10, 16. 17. 30, 27. 30. 33, 11. Ier. 5, 14. Ez. 15, 7. Amos 5, 6. Sic et *Homero* ignis dicitur consumere carnem humanam Il. ψ. 177—183. Videtur autem Iacobus inde in additam hanc ab igne repetitam incidisse imaginem, tum quia vitae futurae supplicia ad ignis reuocari solent similitudinem, tum quia ignis non minus ac aerugo dicitur φαγειν τι. Ab imagine autem vbi recesseris, sensus remanet hic: *atrocissima ipsis olim contrahet supplicia, quod fragiles eiusmodi atque caducas omni vel iniquissimo studio corraserint diuitias.* Iuuare videtur hanc interpretationem των εσχατων ἡμερων commemoratio proxime sequens. Alii vero φαγ. τ. σαρκ. eo referunt, quod homines isti *moerore*

4 ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. Ἰδοὺ, ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπε-

ac macie conficiantur, partim propter dolorem amissarum diuitiarum, partim conscientia iniustitiae ac maleficiorum, quibus illas parauerunt; nec equidem repugno. Vt vero cum *Moro* το πυρ ex vsu loquendi Hippocratico de *febre* intelligam, vel adeo cum *Hottingero* statuam, Iacobo aliquid obuersatum fuisse eius morbi, qui Graecis ερυσιπελας, Latinis *ignis sacer* dicitur (de quo vid. *Hippocratem* et *Celsum*, coll. *Virg.* georg. 3, 565 sq.) a me impetrare non possum, cum eiusmodi descriptio in partes rei minutissimas descendens, me quidem iudice, a prophetico dicendi genere aliena videatur. Εθησαυρισατε, suppl. γαρ, ratio enim subiungi videtur, cur interiturae sint opes ipsorum. Praeterea vero alii πυρ, alii ex Rom. 2, 5. οργην, si non legendum, subintelligendum tamen esse existimant, vt sensus prodeat hic: *supplicia accumulastis in extremos dies* (εν pro εις). Sed vt ita legatur, auctoritates satis firmae desunt; vt vero ita suppleatur necessitate non vrgemur, cum εθησαυρισατε etiam ex propria verbi significatione satis commodum sensum fundat. *Thesauros*, verterim, *accumulauistis*. Εν εσχαταις ημεραις, non cum *Wolfio* acceperim pro εις εσχατας ημερας, sc. του βιου, vt sit: *accumulauistis diuitias extremae vitae parti prouisuri*, vt diuites illi Luc. 12, 19. sed nexus cum antec. εν ταλ. επερχ. et sequent. παρουσια τ. κ. requirere videtur, vt εσχ. ημ. de extremis iudicii supremi a Messia, ex mente Iudaeorum, habendi temporibus intelligantur, quae Iacobus, cum Paullo, instare putabat (cf. 5, 8. 9.). Et *Virgilio* Aen. 2, 248 et 324. *vltimus dies* est *tempus imminentis grauis vindictae*. Quoquo modo vero haec verba acceperis, semper ad voc. εσχαταις reuocanda est vis orationis. Verterim: *Es sind die letzten Tage, in welchen ihr euch Schätze häuffet.*

4. Iam pergit Iacobus grauissime indignari hominibus istis, pecuniae cupiditate eo abreptis, vt vel ex imminuta et detracta operariis mercede debita lucrum repetere, opesque augere non erubescerent. Αμησ. χωρας (s. αγρους) i. q. paulo post θερισαντες, quo voc. et *Hes*.

στερημένος ἀφ' ὑμῶν, κράζει· καὶ αἱ βοαὶ τῶν

αμῶν reddidit, i. e. *qui agros vestros demessuerunt*, vel fenfu laxióri: *qui operam in rebus rusticis omnino vobis commodarunt.* Labor autem inprimis molestus, qualis est hominum ex genere mercenariorum, pro labore quouis ponitur, quo atrocius appareat delictum μισθου απεστερ. sc. τοις εργαταις, i. e. *mercedis imminutae* vel *retardatae.* Videntur nimirum diuites isti, neglecta lege Deuter. 24, 14 sqq., distulisse mercedes operis rustici soluere, quo diutius pecuniae incubarent eaque ad mercatum vterentur, pro auidi ingenii duritia nihil curantes, καθημεροβιους pane hodierno indigere ad crastini laboris molestias sustinendas. Quando vero ipse hicce μισθος απεστερ. κραζειν sc. προς τον Θεον s. ουρανον, vel *vindictam div. efflagitare* dicitur, haec ratio ab atrocissimis flagitiis petita est, quae *ipsa et per se spectata* ad coelum clamare, vel Deum vindicem implorare dicuntur, cum iudex omnino, vel iustus saltem iudex inter homines iis desit, i. e. quorum natura ita comparata est, vt vindicta div. deesse non possit. Gen. 4, 10. 18, 20. Exod. 2, 23. 24. Iob. 31, 38. Rem autem si vere aestimes, de *hominibus* alienis sceleribus immani iniuria afflictis (vt hic de mercenariis mercede ipsis detracta ad infimam miseriam redactis), iisque vindictam a Deo efflagitantibus cogitandum est, vnde etiam αἱ βοαι *ipsorum* θερισαντων, sc. *mercede fraudatorum* in proxime sequentibus commemorantur, (quibus alludi videtur ad morem veterum, apud gentes nonnullas barbaras adhuc obtinentem, ex quo homines ab aliis offensi cum amicis horrendo clamore iudices adire solebant vltionem postulaturi. cf. *Chardin* voyages en Perse T. 6. p. 294.) Hinc verba εις τα ωτα Κυρ. εισελ. (vel εις τα ωτα εγενετο Luc. 1, 44. nos: *zu Ohren kommen*), quae ab hominibus ad Deum transferuntur, sibi volunt: *Deum exaudire hasce preces vindictam postulantes*, i. e. *eam non differre.* Σαβαωθ, est hebr. צבאות literis graecis expressum, et proprie significat: *exercitus. Exercitus Dei* vero poetice modo *angeli*, modo *astra* (ob summam eorum copiam ac ordinem, quo mouentur), omnisque rerum natura dicitur. Vtroque sensu κ. σ. *summum* ipsius *imperium*, *summamque potestatem*

θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ εἰσελη-
5 λύθασιν. ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπα-

tem indicat, ex qua et confeſtim poenas irrogare poteſt. Hinc verſio Al. interdum reddit ὁ δεσπότης Ieſ. 1, 24. et ὁ παντοκράτωρ 2 Sam. 5, 10. Errant vero qui Deum nonniſi in eiusmodi locis hoc nomine venire contendunt, in quibus bellum quaſi inferre dicitur impiis, et vel ipſis prophetarum, apud quos hoc vocabulum maxime obuium eſt, locis refutantur. Pſ. 24, 10. 80, 4. 7. 14. 19. 84, 1. 3. 8. 12. Ieſ. 1, 24. 2, 12. 5, 24. 9, 7. 37, 16. 32. 44, 6. Ier. 7, 3. 21. 9, 7. 17. De interuerſae mercedis crimine in ſynopſi Sohar p. 100. n. 45. ita: *Cum pauper opus aliquod ſeruile peragit in domo quadam, halitus ab ore ipſius prodiens, ſub graui illo labore, ad noctem vsque ſurſum aſcendit. Vae igitur illi patri familias, qui mercedem eius retardat.*

5. Caſtigato nimio diuitias comparandi ſtudio, iam hoc verſiculo abuſum earum ad vitam delicate viuendam obiurgat. Τρυφαω et σπαταλαω, התעדן et התענג, Neh. 9, 25. Ieſ. 66, 11. plane non differunt. Vtrumque ſignificat *delicate*, vel *in deliciis viuere*. Επι της γης, extra quam nulla ipſis ſperanda erat felicitas. Τρεφω, hoc nexu i. q. σιτευω vel σιτιζω, *ſagino*: cum animalibus enim ſaginatis caedique deſtinatis Iacobus eiusmodi homines per contemtum comparare videtur. Τας καρδιας ὑμων, ratio hebr. pro τα σωματα ὑμων, vel omnino ἑαυτους. Act. 14, 17. Simillima eſt dictio hebr. סעד לב *cor fulcire*. Gen. 18, 5. Iud. 19, 5. 8. Εθρ. καρδ. igitur eſt: *genio indulſiſtis, cutem curaſtis*. Ὡς ſc. θρεμματα; vel σωματα θρεμματων. Εν ἡμ. σφ. pro εις ἡμεραν σφαγης, *in diem mactationis*. Reſpicitur forſan Ier. 12, 3. הקדש ליום הרגה. Totus hic locus non minus ad deſcribendos homines, otio et luxu diffluentes, quam ad annuntianda ipſis mala a ſummo numine imminentia referendus eſſe videtur, vt ſenſus ſit: *Immodica veſtra voluptas in perniciem deſinet, vt ſagina animalium in caedem.* Similis locus, obſeruante *Loesnero*, eſt apud *Philonem* in Flacc. p. 990. C. vbi *Flaccus* de ſalute ſua deſperans, queritur: σιτια μοι και ποτα, καθαπερ τοις θρεμμασιν επι σφαγην, διδοται. et apud *Liv.* 6, 17. illa le-

ταλήσατε· ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν 6

guntur: *saginare plebem, populares suos, vt iugulentur.* Haec mihi quidem facilior, propriaeque verborum significationi superstructa videtur explicatio; *Grotius* vero, *Beza*, aliique ἡμέραν σφαγῆς de *die laetorum conuiviorum post victimas* σωτηρίους non modo apud Iudaeos (Prov. 7, 14. 15. 17, 1. Ies. 34, 6.), sed etiam apud alias gentes (Il. β. 424 sqq.) celebrari solitorum intelligentes, sensum verbis subesse putant hunc: *luxuria vestra quotidiana dies festos aequat.* Sed ἡμέραν σφαγῆς nusquam de *epuli* sed semper de *caedis die* a LXX. adhiberi Ier. 12, 3. 25, 34. *Wolfius* annotauit. Nata praeterea videtur posterior haec explicatio inde, quod interpretes, voci ἐν nimis inhaerentes, assequi non poterant, quomodo in ipsa die mactationis cibo potuque se ingurgitare quis possit.

6. Iam rediens ad argumentum v. 4. tractatum, pergit in describenda crudelitate, qua homines, vt opibus ipsis inferiores, sic virtute longe superiores, augendarum diuitiarum suarum caussa, bonis spoliare conabantur. Κατεδικ. ἐφον. τὸν δικ. iunxerim in sensum hunc: *litibus intendendis iudicibusque conterrendis vel pecuniis corrumpendis victu spoliatis insontem, et ad mortem vsque persequimini.* cf. Sir. 34, 25. 26. Φονεύων τὸν πλησίον ὁ ἀφαιρούμενος εὐβίωσιν, καὶ ἐκχέων αἷμα ὁ ἀποστερῶν μισθὸν μισθίου. Tempora praeterita pro praesentibus accipienda sunt, continua enim adhuc describitur iniuria. Δίκαιον, צַדִּיק, *insontem.* Sunt, qui hoc, praeeunte *Grotio*, ad *Christum* referant, saepius hoc nomine insignem, Act. 3, 14. 7, 52. 22, 14., ita vt caedes Christi olim patrata Iudaeis in memoriam reuocetur; sed vix satis commode, cum Iudaei magis Hierosolymitani (iidemque vix adhuc superstites), quam Iudaei extra Iudaeam dispersi, huius sceleris rei essent. Idem suadet consolatio oppressorum v. 7 sqq. subiuncta, vnde apparet, non Christum, sed *pauperes istos a diuitibus iniuriam passos* h. l. intelligendos esse. Denique et ἀντιτάσσεται praeterito tempore ponendum fuisset, cum post Christum occisum triginta saltem iam anni elapsi essent. Magis arridet τὸν

δίκαιον· οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν.

7 Μακροθυμήσατε οὖν, ἀδελφοὶ, ἕως τῆς παρου-

δικαιον per enallagen ſatis crebram (Pſ. 92, 12. Prov. 24, 16. Ieſ. 57, 1.) collectiue accipere pro τους δικαιους, ita vt *omnes omnino* intelligantur *Chriſtiani a Iudaeis oppreſſi*. Ουκ αντιτασσεται ὑμιν. *Bentleius* legi mauult κυριος α. ὑ. tum quia haec phraſis ex Prov. 3, 34. repetita ſaepius, vt 1 Petr. 5. 5. et apud ipſum Iacobum 4, 6. obuia ſit, tum quia librarius parum curioſus ουκ pro οκς, compendio vocularum ὁ κυριος, facile arripere potuiſſet, tum denique quia apte ſic cohaererent v. 6 et 7; ſed lectio illa audacior, quamuis acute excogitata ſit, nullius, neque codicis, neque patris, auctoritate ſuffulcitur. *Benſonus* eandem ſentiens difficultatem, ſubintellecta voce ὁ κυριος, verba ο. α. ὑ interrogatiue ſumit ſenſu eo: *num putatis vnquam accidere poſſe, vt Dominus nefandum veſtrum impune ſinat abire flagitium? nonne Dominus reſiſtit vobis? omnino reſiſtit!* Sed praeterea quod, admiſſa interrogatione, futurum tempus requiritur, vox κυριος remotior eſt, quam quae commode ſuppleri poſſit. Nos quidem ο. α. ὑ. pro ο. αντιτασσομενον ὑ. poſitum, ſiue, vt ante Φονευσατε particula και, ſic quoque hic vel ante ουκ pronomen rel. ὁς ad vim orationis augendam per hebraismum ſeu arabismum omiſſum, vt Act. 10, 3. vel poſt ου vocabulum γαρ ſupplendum, αντιτασσεται vero pro ου δυναται αντιτασσεσθαι ὑμιν accipiendum eſſe arbitramur, vt ſententia prodeat haec: *litibus intendendis ad mortem vsque perſequimini inſontem, qui quidem reſiſtere vobis nequit.* Comma 7 tamen arcte cohaeret cum v. 6. dummodo ουν v. 7. non ad v. 6. ſed ad totum argumentum prioris partis huius capitis referatur. Cf. cum l. n. *Salluſt.* in Catil. c. 33. *Neque cuiquam noſtrum licuit, more maiorum, lege vti, neque amiſſo patrimonio liberum corpus habere: tanta ſaeuitia foeneratorum atque praetoris fuit.*

7—11. A diuitibus Iacobus iam reuocat ſermonem ad Chriſtianos ab iis oppreſſos, eosque, vt patienter ferant iniuriam ſibi illatam, quia aduentus I. C. appropinquet, cum agricolae, pluviam patienter exſpectantis, tum prophetarum exemplo propoſito, hortatur. Μακρο-

σίας τοῦ Κυρίου· ἰδοὺ, ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται

θυμειν, *proprie iram differre*, hebr. אף ארך, *deinde vero omnino leni animo esse*, et quidem h. l. *in iniuriis diuitum patienter sustinendis*. Αδελφοι. Inserta hac voce Iacobus ab apostrophe illa, qua Iudaeos alloquutus erat, ad Christianos suos redit diuitum oppressione vexatos. Παρουσια του Κυριου (s. Χριστου) tum de *pristina praesentia Christi in his terris*, tum de *iteranda hac olim praesentia*, *s. de reditu eius ad regnum suum inaugurandum* adhibetur. Nam licet Christus, regnum suum εκ του κοσμου τουτου futurum esse ingenue negans, Messiae Iudaeorum nomen et munus nonnisi symbolice et boni ominis instar in se translatum vellet, cum, vt tandem aliquando esset, qui imaginarios imaginarii regis fasces tenere visus, Iudaeos a fallaci, qua caecutiebant, et perniciosa, omnemque morum culturam somno sempiterno consopiente spe, in venturo Messia collocata, liberaret, tum vt fidem ipsorum sibi conciliaret, quam non esse putabant, quod vlli alii, praeter Messiam propediem venturum, praestarent; tantum tamen absuit, vt in illo piae puriorisque virtutis regno, cuius fundamentum praeclara sua institutione Christus firmissimum posuerat, acquieuerint, vt potius Iesum Messiam eandem αναψυξιν largiturum, eademque otia ipsis facturum esse exspectarent, quae Iudaei a suo Messia exspectauerunt. Neque tamen Apostoli se eo leuitatis abripi passi sunt, vt ob neglectam hanc regni sui inaugurationem eum actutum in Pseudomessiarum numero ponerent; sed potius a spe in spem deuoluti, eum tanquam Messiam ad regni inaugurationem, non neglectam illam quidem sed dilatam, denuo venturum esse statuebant, ex opinionibus Iudaeorum ratiocinantes fere sic: Iesum, cum in his terris degens την βασιλειαν τ. Θ. nondum condiderit, (qualem Iudaeorum superstitio et effrenata imperitandi cupido efformauerat), Messiani vero vel nominis vim sustinere non possit, nisi qui regni eiusmodi condendi negotio potissimo defungeretur, olim ad hanc ipsam coronidem operi suo Messiano imponendam reditum esse. Ex tot vero rerum vicissitudinibus, quae huncce reditum Christi (ad quem et Apostoli se spiri-

τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτῷ,

VARIAE LECTIONES.

7. επ' αυτῳ omitt. *Arm. Aeth.* επ' αυτον leg. 25. 40. 57. 66. a pr. m. 98. al. 25. *Matth.* a. al. 9. *Ed. Theoph.* επ' αυτης 43. — αν omitt. A G. 40. 73. al. 15. *Matth.* 9. ω. *Ed. Syr. p.* (ſed habet in m.) *Slav. Oec.* in textu. *Theoph.* οὐ 68. *Matthaei* praefert επ' αυτον, quia επ' αυτῳ, vt elegantius, ex correctione ortum videatur. Ceterum nec οὐ nec αν admittit, cum cod. antiquiſſimus g. neutrum habeat. Reliquorum codd. diſſenſus correctionem ipſi prodere videtur; quam tamen in *tot* codicibus, lectionem αν tuentibus, vix admittendam eſſe putauerim. — ὑετον omitt. B. *Aeth. Arm. Vulg. harl.* καρπον leg. *Syr. p.* in m. *Copt. Aeth. corb. Antioch. Caſſiod.* και τον 31. Omiſſio illa, et vtraque haec leotio deberi videntur librario ignoranti, quid ὑετὸν πρ. κ. οψ. ſibi velit.

tum ducturos eſſe, perſuaſum habebant, Matth. 13, 39. Eph. 1, 10. 1 Theſſ. 4, 13 ſqq. 2 Theſſ. 1, 4 ſqq. 1 Pet. 1, 5.) concomitaturae eſſe perhibebantur, vt mortuorum reſuſcitatio, noui vniuerſi creatio etc. de quibus alio loco dicendum, huc potiſſimum pertinere arbitrer *iudicium de hominibus habendum*, (pro more ſcilicet regum, imperium ineuntium, eorumque, remotis defuncti regis amicis, nouos in gratiam adſciſcentium), vt digni, qui in regnum recipiantur, receptique ſumma felicitate (σωτηρια 1, 21.) fruantur, ſegregentur ab indignis, debita poena affligendis. Vt hinc μακροθυμιαν hauriant, Iacobum Chriſtianos ſuos monitos voluiſſe, v. 8, 9. clamare videntur. Plura de παρουσιᾳ τ. Χρ. disputauimus in progr. pentecoſt. a. 1812. *de καιρῳ εσχατῳ, aliisque huic cognatis dicendi formulis in N. T. obuiis.* Εκδεχεται tertium, quod vocant, comparationis continet, nam Ap. ad ſolam *in exſpectando patientiam* eos hoc exemplo prouocare conatur. Τιμ. καρπ. *almas fruges, gratum terrae prouentum.* Μακροθυμειν, cum ſynon. εκδεχεσθαι iungit Ap., quo propius hoc exemplum accedat ad cohortationem μακροθυμησατε ουν, modo enuntiatam, ad quam v. 8. eodem verbo reuocatur. Επ' αυτῳ, ſc. τῳ καρπῳ. *patienter exſpectat, dum fruges maturefcant.* Εκδεχεται — μακροθυμων, iunctim accepe-rim pro εκδεχεται μακροθυ-

ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον·

μως. Ὑετον πρωιμον και οψιμον, non, quae recentiorum quorumdam ſententia eſt, *pluuia quae ſub ortum vel occaſum ſolis cadit*, nam quid, quaeſo, hoc ſibi vellit?, ſed ὑετ. πρωιμος eſt hebr. מטר f. יורה גשם, vel מורה, *pluuia iacientis*, vel *ſeminantis* i. e. quae ſub finem Marcheſuan, ſ. Octobris coelo demiſſa ſemen in terram iactum turgeſcere facit; ὑετ. οψιμος vero hebr. מטר מלקוש *pluuia collectionis* ſ. *meſſis*, quae menſe Niſan vel Abib, qui eſt Martius, cadens, meſſemque praecedens, ipſas ariſtas plenas, granaque turgida reddit. Ab his quidem pluuiis omnis in Palaeſtina atque Aegypto pendet terrae fertilitas, meſſisque vbertas, et ſaepius vtriusque pluuiae in ſ. codice mentio fit. Deuter. 11, 23. 28, 12. Iob. 29, 13. Prov. 16, 15. Ier. 3, 3. 5, 25. Hoſ. 6, 3. Ioel. 2, 23. Zach. 10, 1. Noli vero mirari *autumnalem* pluuiam hic πρωιμον, *vernam* vero οψιμον, nec potius verſa vice vocari, nam Iudaeis, a menſe Octobris annum incipientibus, autumnus vere prior erat. Vtramque pluuiam Graeci dicunt ὡριον ομβρον. *Heſiod.* ἐργ. v. 490. et καιρους ὑετους. *Philo* de. praem. et poen. p. 926. A. τοις τας ἱεροπρεπεις εντολας Φυλαττουσιν ὁ ουρανος ομβρησει καιριους ὑετους. Congruunt cum his a me dictis quae *Buhle* et *G. F. Walchius*, in *calendariis* ipſorum *Palaeſtinae oeconomicis* de tempeſtate menſibus Martii, April. atque Octobr. ex itinerariis collecta obſeruauerunt. Cf. etiam *Harmari Beobachtungen über den Orient*. T. I. p. 32. *Millius* vero, *Michaelis*, *Semlerus*, alii, omiſſo vocabulo ὑετον, verba πρωιμ. κ. οψ. ad καρπον referenda eſſe ſtatuunt, quia fructuum, non imbris, paulo ante mentio facta ſit, vt ſenſus, ex verſione Semleriana, prodeat hic: *dum accipiat, pro temporis opportunitate, fructuum vnum genus poſt alterum*. Sed quamuis nexus, verſionesque antiquiſſimae hunc ſuadeant ſenſum, codicum tamen non aequant conſenſum, qui vno excepto omnes vulgarem tuentur lectionem (vid. var. lect.), nec video cur ab hac, nulla neceſſitate vrgente, recedendum ſit, cum ſenſus prodeat idem, nam ſiue imbres illos, ſiue ipſos fructus exſpectet agricola, nil refert, cum demiſſis imbribus iſtis de largo etiam fructuum prouentu deſperandum non amplius erat.

8 μακροθυμήσατε καὶ ὑμεῖς, στηρίξατε τὰς καρ-
δίας ὑμῶν, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἤγγικε·
9 μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ

Sequitur praeterea infra v. 17. exemplum Eliae, quod haec illuſtrat. cf. cum l. n. *Horat.* 2 ep. 1, 139. et *Tibull.* 2, 7. 3.

8. 9. Iam exemplum agricolae ad Chriſtianos transfertur. Μακροθυμησατε (ſuppl. ουν), eodem ſenſu vt v. 7. Και υμεις, ſc. ὡς ὁ γεωργος. Στηριξ. τ. καρδ. υμ., ex hebr. חזקו ויאמץ לבבכם Pſ. 31, 25. pro στηρ. υμας, *obfirmate animos veſtros*, ſuppleuerim *mutuo*. vid. ad κατ' αλληλων v. 9. conf. v. 5. et 1 Petr. 5, 10. Verterim: *ſtählet eure Herzen mit Muth.* Minime vero cum *Michaele* et *Semlero* hoc translatum putem ab iis, qui cibo et potu reficiuntur, cum vel e radice στaω (vnde et στηριγμα *fulcrum*) huic verbo *fulciendi* vel *ſtabiliendi* notio inſit. cf. 2 Theſſ. 2, 2. Ὁτι, διοτι Ἡ παρουσ. τ. κ. pro ὁ καιρος της παρουσιας τ. κ. De dictione ipſa vero vid. ad v. 7. Ηγγικε, pro praeſenti εγγιζει. vt Matth. 3, 2. 4, 17. 26, 45. Rom. 13, 12. 1 Petr. 4, 7.

9. Μη — αλληλ. Verba haec *Grotius* de *inuidentia*, alienis bonis ingemiscente, accipit, reſpiciens ad 4, 2.; *Semlerus* vero, cohortationis 4, 11. ratione habita, de *diſſidiis et contentionibus doctorum*; vtroque nexum praeter rem altius repetente: rectius plurimi de *impatientia* Chriſtianorum a diuitibus vexatorum intelligunt. Sed et hi circa ſenſum conſtituendum fluctuant. Alii, *Bezam* ſequuti, στεναζειν de *querimonia pectore clauſa* nec *in verba prorumpente* accipiunt, quam tamen quis quaeſo protinus damnet? Alii per metonymiam adiuncti non gemitum modo, ſed *querimoniam acerbam* eamque *cum malorum imprecatione*, vel etiam *vltione coniunctam* intelligi malunt, quo ſenſu latiori στεναζειν ap. Alexandr. Iob. 24, 12. et Latinos, *Virg.* Georg. 4, 35. Aen. 2, 73. occurrit. Sed praeterea quod, admixta vel *vltionis* notione, verbi στεναζ. fines iuſto vlterius dilatantur, et verba κατ' αλλ. huic interpretationi obſtare videntur. Nam cum στεναζειν non tam ſit iniuriam inferentium quam accipientium, quomodo arbitremur diuites illos offen-

κριθῆτε· ἰδοὺ, ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν.

VARIAE LECTIONES.

9. κριθητε (loco κατακριθητε) tuentur A B G. 36. 40. 68. 73. 98. al. 40. Matth. a. al. 10. Ed. Syr. Erp. Copt. Aeth. Arm. Vulg. corb. Theoph. κατακριθητε sine dubio ex glossa oriundum.

dentes eodem sensu vt Christianos ab ipsis offensos hic commoneri posse, vt ne contra se inuicem ingemiscant? vt taceam, Iudaeis istis diuitibus epistolam non destinatam fuisse. Quare equidem verba μη στεν. κ. αλλ. ex parallelismo cum verbis στηριξ. τ. καρδ. υμ. v. 8. ad solorum Christianorum a diuitibus oppressorum impatientiam, gemitibus et lamentationibus sese exserentem restrinxerim, verba vero κατ' αλλ. Iacobum, graeci idiomatis minus gnarum, vel pro εν αλληλοις sumsisse, vel, quod praetulerim, ad significandum mutuum damnum ex mutuis lamentationibus oriundum sic expressisse putauerim, sensu prodeunte hoc: noli-te, o mei, mutuis lamentationibus impatientiam vestram augere. Ἱνα μη κριθητε pro κατακρ. sc. και υμεις ὡς οἱ πλουσιοι, ne et vos poena maneat vt diuites, adueniente nimirum Christo iudice. Sic nexui cum proxime sequentibus consulitur, neque tamen verba ιδου — ἑστηκεν ad solos Christianos oppressos referuntur, quae omnino ex parallelismo cum verbis ἡ παρουσ. τ. Κυρ. ηγγ. v. 8. ad Iudaeos potissimum opprimentes spectant. Quamobrem, vix est, quod verba ἱνα μη κριθ. spreto omni ad verba ιδου — ἑστηκ. respectu, cum Bahrdtio et Hottingero interpretemur: ne culpa teneamini, damit ihr euch nicht strafbar machet; quanquam non repugno, cum idem voc. v. 12. eodem sensu occurrat. Κριτης, Χριστος. Ιδου ὁ κρ. pro ὁ κρ. γαρ, s. ὁτι ὁ κρ. vid. v. 8. Προ τ. θυρ. ἑστ. i. q. εγγιζει, εγγυς ἐστι, παρεστι. Marc. 13, 29. prope abest. Ratio per se satis perspicua, ita vt opus non sit, eam cum Augustio inde repetere, quod Deus, Aegyptios puniturus, Israelitarum ostia praeterierit. Exod. 12. Sensus huc redit: prope abest iudex, sc. qui vos, iniurias patienter ferentes, vlciscetur, impatienter vero ferentes et punibit. cf. 2 Thess. 1, 6 sq.

10 ὑπόδειγμα λάβετε, ἀδελφοί μου, τῆς κακοπαθείας
καὶ τῆς μακροθυμίας, τοὺς προφήτας, οἳ ἐλάλη-
11 σαν τῷ ὀνόματι Κυρίου. ἰδοὺ, μακαρίζομεν τοὺς

10. Iam pergit Iacobus ad patientiam excitare Christianos prophetarum exemplo. Ὑπόδειγμα, ab ὑποδείγμαι verbi ὑποδείκνυω, *omne quod oftenditur*, f. *oculis fubiicitur*; hinc *exemplum* vel *ad deterrendum* Hebr. 4, 11. vel *ad imitandum propofitum*. Ioh. 13, 15. Refpondet graeco τυπος, hebr. תבנית (in *Aquilae* reliquiis Deut. 4, 17.), et germ. *Mufter*. Vocem ὑποδειγμα, vt minus probam, cum altera παραδειγμα permutari iubet *Phrynich.* p. 6. fed reperitur apud *Xenoph.* *Polyb.* alios, vt poft *Raphel.* docuit *Alberti* obff. phil. p. 463. Cf. etiam interpp. ad *Thom. Mag.* p. 681. ed. *Bernard.* et *Salmaf.* de ling. hell. p. 103. Κακοπαθεια vel proprie eft *malorum perpeffio*, (*Suid.* ταλαιπωρια. *Hef.* μοχθηρια. *Gloff.* κακοπ. *vexatio*, *labor*), vt fenfus fit: *prophetae vobis tam malorum perpeffionis, quam μακροθυμιας, i. e. conftantiae in ipfis fuftinendis, exemplum exhibent*; vel κακοπ. cum emphafi pro *modo*, i. e. pro *animo tranquillo*, fumi poteft, *quo prophetae aduerfa fuftinuerunt*, vt fyn. fit voc. μακροθ.; vel denique κακοπ. fenfu priori, et μακροθ., vt ἐν δια δυοιν, iungi poffunt pro μακροθυμια εν κακοπαθεια, *conftantia in malis fuftinendis confpicua*. Senfus femper idem. De malis vero, quae perpeffi funt prophetae vid. Hebr. 11, 35-38. Ἐλαλησαν, *praefagierunt*, vel omnino *docuerunt*. Marc. 2, 2. Act. 4, 17 fqq. Τῳ ονομ. τ. κυρ., fuppl. εν τ. ο. τ. κ. vel Θεου. i. e. *auctoritate diuina*, vel *loco Dei*. Matth. 7, 22. et LXX. Lev. 19, 12. Senfus eft: *qui, quamuis mandato diuino docerent, tantas tamen fubierunt atque fuftinuerunt aerumnas.*

11. Μακαριζ. τ. ὑπομενοντας, *beatos praedicamus qui res aduerfas aequo animo ferunt*. E lectione ὑπομειναντας fententia haec generalis, bene obferuante *Hottingero*, melius ad illos ipfos prophetas, modo commeratos, referretur, quorum neminem Ap. diceret praemium exhauftae calamitatis tuliffe, nifi ad finem vsque perseuerantem. Ὑπομονη, i. q. μακροθυμια v. 10. vid. ad

ὑπομένοντας· τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος Κυρίου εἴδετε, ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν

VARIAE LECTIONES.

11. ὑπομειναντας (pro ὑπομενοντας) A. 40. 69. 73. al. 5. *Syr. Vulg. corb.* *Griesbachio* iudicante, hanc lectionem ſupparem aut aequalem immo forſitan praeferendam eſſe lectioni receptae. — πολυευσπλαγχνος loco πολυσπλαγχνος 25. 40. 57. a pr. m. 66. a pr. m. 69. al. 12. *Matth.* a (ſed rec. in ora). ω bis. 19 ſemel al. 7. *Ed. Clem. Ephr. Damaſc. Theoph.* prob. *Millio* prol. 1108. quem tamen refutauit *Fiſcherus* proluſ. 8. de vitiis lexicc. N. T. *Griesbachius* hanc lectionem non ſpernendam quidem, receptae tamen inferiorem iudicat. Olim ſine dubio πολυσπλ. legebatur. Id interpretari aliquis cupiens adſcripſit ευσπλαγχνος; nam πολυ nihil aliud eſt h. l. quam ευ. Tandem duae lectiones coaluerunt in vnam.

1, 2. Την ὑπομ. ηκουσ., pro περι της ὑπομ. ηκουσ. Ηκουσατε hoc nexu nil aliud ſignificare quam: *ex libris ſcriptis cognoſcite*, *Kypkius* atque *Raphelius* exemplorum multitudine confirmaverunt. Και, αλλα και. Το τελος vt עקב, אחרית et סוף, eſt *exitus*, ſ. *euentus*, et quidem h. n. *felix*, (Rom. 6, 22. 1 Petr. 1, 9. *Ioſ.* ant.6, 1. 2. *Philo* de charit. p.717.), Κυριου, i. e. ὁ εποιησεν ὁ Κυρ. 1 Cor. 10, 13. ſ. απο του Κυριου δοθεν, *quem Deus pro benignitate ſua afflictis Iobi rebus conceſſit.* Genitiuus hic dicitur cauſae, quae figura ſaepius frequentatur ſcriptoribus tam ſacris quam profanis. 2 Cor. 11, 26. 1Pet. 3, 14. *Thucyd.* 3, 40. κινδυνον του ὑπολειπομενου εχθρου, i. e. *ab hoſte relicto imminens.* Sic et *Salluſt.* in hiſt. fragm. ed. Cort. *metus Pompeii victoris*, i. e. *quem Pompeius victor incuſſerat.* Plura dabit *Hottingerus.* Nihil ergo cauſae erat, cur *Morus* hanc conſtructionem duriorem diceret. Ειδετε, non minus ac ηκουσατε, de *re olim facta*, et nunc nonniſi *ex ſcriptis haurienda* adhibetur. Hebr. 3, 19. Ὁτι, διοτι. Πολυσπλαγχνος eſt ἁπαξ λεγ. idque expreſſum ex formulis hebr. רב חסד, et גדל חסד (quas Alex. aequipollente voc. πολυελεος reddiderunt Pſ. 144, 8. Exod. 34, 6. Ioel. 2, 13. Ion. 4, 2.) et i. q. ευσπλαγχνος Eph. 4, 32. 1Pet. 3, 8. et οικτιρμων, חנון, *miſericors*; τα σπλαγχνα (רחמים, *praecordia*) enim, vt *animi* omnino, Philem. 7. 20. Gen.

ὁ Κύριος καὶ οἰκτίρμων.

12 Πρὸ πάντων δὲ, ἀδελφοί μου, μὴ ὀμνύετε,

43, 30. Prov. 12, 10. ſic *miſericordiae* inprimis ſedes putabantur. Luc. 1, 78. Col. 3, 12. 2 Cor. 6, 12. 7, 15. Pſ. 51, 3. Zach. 1, 16. 7, 9. alibi. *Onkelos* Gen. 6, 8. nomen hebr. חן reddidit nomine רחמים. Κυριος h. l. nonniſi pronominis vicem explet, quia idem vocabulum paulo ante iam adfuit. Sunt etiam, in quorum partes et *Loesnerus* pedibus ire videtur, qui cum *Auguſtino* τελος κυριου ειδετε de *morte Chriſti* intelligant, nec id quidem repugnante vſu loquendi, totiusque loci argumento, ſed contra nexum cum iis quae proxime ſequuntur; nam ſi de Chriſto ſermo eſſet, ſic procedere debuiſſet oratio: ὅτι μακροθυμος και ὑπομενων εστι, niſi forte ita ſenſum conſtitueris: *audiuiſtis de morte Chriſti, eſt enim valde miſericors, ita vt miſericordia commotus mortem perpeſſus ſit atrociſſimam*, ſed haec h. l. praeter rem addita eſſe videri poſſint.

12. Omnia hucusque aliquo ſaltem vinculo cohaeſerunt; inde vero ab hoc commate Iacobo, epiſtolae finem facturo, alia adhuc ex alia ſeſe quaſi obtrudit cohortatio, quas quidem vir ſanctiſſimus, Chriſtianorum-que amantiſſimus, ne quid omitteret, quo ad meliorem frugem reduci poſſint, epiſtolae annectere non omittit, in quibus tamen inuicem connectendis ob hoc ipſum fruſtra opem collocaueris. Singularem eiusmodi cohortationem, nimirum *vt a iureiurando ſe contineant Chriſtiani*, v. 12. exhibet. Vereor enim ne longius repetita videatur ſententia interpretum eorum, qui, de connectendis hiſce adhortationibus nimis ſolliciti, iuramenta illa, quibus Iudaei, iniurias paſſi, ad vltionem ſe obſtringebant, apoſtoli animo obuerſata fuiſſe, exiſtimant. Simillima loco n. eſt cohortatio Chriſti Matth. 5, 34 ſqq. ad quam Iacobum etiam hic reſpexiſſe, vix dubitari poteſt. Προ παντων δε, *ante omnia vero*, eſt transeuntis ad rem grauioris momenti tractandam: *in primis cauete: hütet euch vor nichts ſo ſehr.* Δε ſoli transitioni inſeruit. Μη ομνυετε, ad verbum, nec aliter intelligendum eſt, ac ſi, praeeunte Chriſto, addidiſſet ὁλως: *nolite omnino iurare.* Μητε τ. ουρ. μητ. τ. γην ad vocem μη *exemplis*

μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον

amplificandam ſpectant, quae Iacobus a iurando per *coelum* et *terram* potiſſimum repetiiſſe videtur, quo ſignificantius ſimul declararet, ſe *omnia omnino iuraiuranda reprobare; vndecunque iurandi formula petita ſit*, nam ουρανος και γη, שמים וארץ eſt formula *rerum vniuerſitati* propria. In formulis vero τον ουρ. et την γην ſupplendum eſt κατα, quia graeca iurandi formula eſt ομνυειν κατα τι, vel κατα τινος, hebraica vero ομνυειν εν τινι, נשבע cum ב, qua Chriſtus Matth. l. c. vtitur. Rom. 9, 1. Apoc. 10, 6. Eph. 4, 17. Ief. 62, 8. Dan. 12, 7. Ier. 5, 7. Gen. 22, 16. *Areth.* in Apoc. 10, 6. Το δε εν τω ζωντι εις τους αιωνας δοκει μεν ανελληστον ειναι, ομνυειν γαρ λεγεται κατα τινος ουκ εν τινι. Iam vero vtrique formulae ομνυειν κατα τι vel εν τινι duplex potiſſimum ſenſus ſubeſſe ſolet, vel hic: *iurare aliquid* tam certum *eſſe, quam rem illam per quam iuramus*; vel ille: *iurare nos ab* vel *in ea re* (e. g. capite, barba) *puniri velle, per quam iuramus, ſi falſa loquuturi ſimus.* Iam pro formularum ratione aliis alius, modo vterque, ſubeſt ſenſus. Sic e. g. formula נשבע ביהוה non ſolum reddi poteſt: *iurare aliquid* tam certum *eſſe, quam Iehovah vnice verus ſit Deus*, ſed etiam: *iurare ſe a Deo puniri velle, niſi vera ſint quae affirmet.* In formulis autem noſtris ομνυειν τον ουρανον και την γην prior potiſſimum ſenſus obtinere videtur, vt ſibi velint: *iurare aliquid tam certum eſſe, quam coelum terraque ſint opus diuinae potentiae, eiusdemque tanquam templum.* Parum anxie tamen in ſenſum harum formularum inquirendum eſt, cum ne ipſi quidem Iudaei eum omnibus veſtigiis indagaſſe videantur. Μητε αλλον τινα ορκον, (ſ. ορκον κατ' αλλο τι πραγμα) ſuppl. ομνυετε, plane vt Latini: *neque vllum aliud iusiurandum iurate.* i. e. *neque per vllas alias res iurare licet.* Supererat enim rerum vel ad coelum vel ad terram pertinentium et iuribusiurandis inſeruientium multitudo, in quarum vlteriorem recenſum Ap. deſcendere non vult. cf. Matth. 5, 34 ſqq. et *Philo* de ſpec. legg. p. 770. A. Προςλαβετω τις ει βουλοιτο, μη μεν το ανωτατο και πρεςβυτατον ευθυς αιτιον, αλλα γην, ηλιον, αςτερας, ουρανον, τον συμπαντα κοσμον. Formulae ſimiles et eth-

τινὰ ὅρκον· ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ

nicis vfitatae erant. *Virg.* Aen. 12. v. 197. *Haec eadem, Aenea, terram, mare, sidera, iuro.* 9, 300. *per caput hoc iuro.* *Orpheus.* ουρανον ορκιζω σε θεου μεγαλου σοφον εργον. *Apoll. Rhod.* 699. αλλ' ομοσον γαιαντε και ουρανον. *Eurip.* Med. 746. ομνυ πεδον γης, πατερα δε ἥλιον. et quoties in *Aristophanis* Plut. νη τον ουρανον occurrit? Ητω — ου. Articulus priori cum ναι tum ου additus demonftrat, illud rem affirmandam, hoc negandam fignificare, vti ναι et ου absque articulo ipfam affirmationem et negationem indicant fic: *in rebus affirmandis nonnifi vocula* ναι, *in negandis vero* ου *adhibenda vobis eft, haud fuperadditis iurandi formulis;* vel etiam: *efto fermo vefter affirmans, vere affirmans, et negans, vere negans,* i. e. *veritati ftudete in omni fermone veftro.* cf. *Viger.* de idiot. l. gr. p. 411 fqq. ed. *Zeune.* Ὑπο κρισιν, pro εις κατακρισιν. Ἱνα — πεσητε, i. q. ἱνα μη κατακριθητε, *ne incurratis in poenas.* Verterim: *damit ihr nicht ftraffällig werdet.* Sic πιπτειν ὑπο occurrit Pf. 18, 39. 2 Sam. 22, 39. *Orig.* c. Marc. p. 50. Ὁτε εφαγεν απο του ξυλου, οὐ παρηγγειλε μη φαγειν, ὑπεπησε κατακρισει και καταδικη και απωλεια. Neque tamen audiendi funt, qui κρισιν de iudicio humano et ciuili intelligunt, lites forenfes ac fponfiones fomniantes, a quibus certe apoftoli mens aliena fuit. Exprimitur potius per confequens quod Chriftus ex antecedente enuntiauit: το περισσον τουτων εκ του πονηρου εστι. Qui vero εις ὑποκρισιν legunt, (vid. var. lect.) reddere folent: *ne crebro iurantes fimulationis et diffimulationis, vel adeo mendacii fufpicionem excitetis.* At vero non de *crebra iuratione*, fed de *iuratione omnino* fermo eft, vt tacеam, fimulationem et mendacium etiam in fimplici affirmatione aut negatione, locum habere poffe. Sic iam Ap. data opera ex omni parte cauiffe videtur, ne praeceptum fuum vllum vlli iuriiurando locum relinquat. Nihilofecius locus nofter non minus quam Matth. 5, 34 fqq., praeeunte potiffimum *Michaele*, non tam ad reprobandum ius-iur. ciuile, quam ad caftigandam tantum temerariam Iudaeorum in vita communi per formulas allatas iurandi leuitatem fpectare perhibetur. Sed praeterea quod

τὸ οὔ, οὔ· ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε.

VARIAE LECTIONES.

12. Loco ὑπο κρισιν leg. εις κρισιν 43. 95. Slav. 1. εις ὑποκρισιν G. 17. ex emend. 19. 40. 57. 65. (c. al. 5.) 66. a pr. m. 73. ex emend. 98. al. 34. *Matth.* a. g. al. 15. *Ed.* (etiam St. 3.) *Ar. pol. Arm. Slav.* (exc. 1.) *Antioch. Oec. Theoph.* probb. *Wetst.* aliisque. Sed ὑπο κρισιν A B. 8. 25. Alii. *Ed. Syr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. corb.* item 13. 27. 29. 36. aliiue. Nobis quidem εις κρισιν ex glossemate ad- ὑπο κρισιν, εις ὑποκρισιν vero ex contractis ὑπο κρισιν, retentoque εις, natum esse videtur.

Nitzschius formularum ista- rum abusum, quatenus ille communis fuisse dicitur, nondum satis certum esse ingeniose demonstrauit, to- tius loci n. contextus, vn- decunque illum spectaueris, *cuiusuis iurisiur. interdi- ctum*, ad omnes omnium temporum homines referen- dum, infert. Nam Iacobus 1) μη ομνυετε absque omni limitatione dicit, cui tamen quo minus locus remaneat 2) exempla formularum iu- randi euitandarum affert, quibus omnium reliquarum multitudo continetur; quae quidem exempla et ipsa ne prauae interpretationi locum aperiant, 3) insuper addit: μητε αλλ. τ. ορκ. et denique 4) hisce iurandi formulis non alias lege sancitas, aut abusui minus obnoxias, sed nudas affirmandi et negandi formulas opponit. His vbi cogitando addideris, *pri- mum*, locum n. cum prae- cepto Christi Matth. l. c. quam accuratissime conspi- rare; *deinde*, omne iusiu- randum, quatenus Dei vin- dicis euocationem inuoluit, natura sua ad ritum superti- tiosum, et in Deum homi- nesque contumeliosum, re- dire; *porro* vniuersam re- ligionis chr. indolem, quae fidem, sinceritatem verique amorem in praecipuis prae- ceptis habet, hominesque ad integritatis moralis sum- mum fastigium ciuisque regni diuini praestantiam adspirare iubet, eiusmodi interdicti limitationem re- spuere; *denique*, Iacobum Essenorum, iusiur. perhor- rescentium (prol. p. 108.), praeceptis innutritum fuisse; vix dubitabis, Iacobum om- nia omnino iuraiur. inter- dicere voluisse. Cf. qualem- cunque orationem meam: *de iurisiur. natura morali formaque ligitima*, quae exst. in *Syllog. commentt. theol.* a me edd. Vol. V. p. 341 sqq. vbi dubia, con-

13 Κακοπαθεῖ τὶς ἐν ὑμῖν, προσευχέσθω· εὐθυμεῖ

tra ſententiam noſtram mo- veri ſolita refutare, ſimulque proponere conatus ſum, quomodo iurisiur. ritus a ſuperſtitionis et impietatis ſcoriis, quibus contabuit, purgari poſſit.

13—18. Ap., ad paraeneſin a praeced. prorſus diverſam tranſiens, praemiſſa v. 13. ſententia vniuerſali de aequo animo in rebus aduerſis et ſecundis ſeruando, v. 14-18. quid *aegrotis* potiſſimum agendum ſit, vlterius praecipit. Hinc κακοπαθεῖ et εὐθυμεῖ (pro ἐὰν κακοπαθῇ κ. εὐθ. τις), de *calamitoſo* et *proſpero rerum ſtatu* omnino intellexerim. Qui illo fruitur, προσευχέσθω, non animum deſpondeat, ſed *diuinum imploret auxilium;* qui hoc, ψαλλέτω, non tradat ſe laetitiae immodicae et in intemperantem bonorum vſum effuſae, ſed *hymnis celebret benignum largitorem.* Cui hic non in mentem veniat illud *Horat.* (carm. l. 2. od. 3.) *Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem non ſecus in bonis Ab inſolenti temperatam Laetitia, moriture Delli;* nec non illud (carm. l. 2. od. 10.): *Rebus anguſtis animoſus atque Fortis appare! ſapienter idem Contrahes vento nimium ſecundo Turgida vela.* His in vniuerſum praemiſſis, Ap. v. 14 ſqq. τῇ κακοπαθείᾳ ex *morbis* potiſſimum oriundae diutius immoratur. Alii vero κακοπαθεῖν ab ἀσθενεῖν v. 14. haud differre rati, aegrotis hic propriam, v. 10 ſqq. vero alienam precationem commendari putant. Sunt etiam, qui cum *Semlero* exiſtiment, Iacobum reſpicere ad Iudaeorum ſuperſtitioſas morborum quorumdam, quos ad malum daemonem referebant, curationes, atque ab his vt abſtinentes Deum precibus adeant, monitos velle Chriſtianos. Sed κακοπαθ. nullibi de *aegrotis*, quorum tamen in N. T. frequens mentio fit, obuium eſt, nec, niſi ſolam oppoſiti anſam arripueris, ratio ſatis aperta adeſſe videtur, cur Ap. addiderit illa: εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω; praetereaque interpretatione Semleriana verbo προσευχ. plus iuſto inferri videtur. Neutri vero interpretationi obloquor, cum in tanta orationis brevitate et vniuerſalitate vix certi quid dirimi poſſit. Equidem, ſenſui interno indulgens, eo potiſſimum in l. n. interpretando ducebar,

τὶς, ψαλλέτω. ἀσθενεῖ τὶς ἐν ὑμῖν, προσκαλε- 14

quod oratio, quae v. 13. ex omni parte dimenſa comparet, qualis ſententiis, quas vocamus, ineſſe ſolet, v. 14 ſqq. in alia ex aliis conſilia demonſtranda argumentisque confirmanda diffluat.

14—18. Quae Ap. iam nunc *aegrotis* non tam praecipit, quam ſuadet, huc fere redeunt: *adduci iubeant preſbyteros, vt Deo pro ipſis ſupplicent ſolitaque remedia adhibeant* v. 14.; *quo certiorem vero ſpem animo concipere poſſint, fore, vt priſtina ſic ipſis valetudo reſtituatur* v. 15., *fateantur preſbyteris quid in vitae cultu deliquerint, vnde morbus natus ſit, quo magis hi medicinam morbo oppoſitam iis propinare, precesque pro impetranda delictorum venia praeire poſſint* v. 16.; *quas Deum exauditurum eſſe ſperare liceat, cum plura precum a Deo haud repudiatarum exempla proſtent, inter quae illud Eliae praecipue emineat.* v. 17. 18. Ασθενει accipe et hic pro εαν ασθενῃ, ſeruata conſtructione v. 13. inchoata, i. e. *ſi quis veſtrum aegrotus fuerit.* Sic ασθενειν Matth. 10, 8. 25, 36. Marc. 6, 56. Luc. 4, 40. Phil. 2, 26. 27. reſpondet hebr. חלה. *Phavorin.* ασθενῶ· αρρωστῶ, νοσῶ, καμνῶ. Diſcrimen vero inter ασθενειν et κακοπαθειν, ex quo illud ad *corporis*, hoc vero ad *animi valetudinem* refertur, prorſus nullum eſt. Προσκαλεσασθω, *aduocari iubeat.* Πρεσβυτεροι της εκκλησιας, alias επισκοποι, προεστωτες, ποιμενες, προϊσταμενοι dicti (1 Tim. 3, 2. 5, 17. Eph. 4, 11. 1 Theſſ. 5, 12. Rom. 12, 8.), ſimiles *Archiſynagogis* Iudaeorum (פרנסים) *ii* erant *in ſingulis eccleſiis Chriſtiani, quorum cura atque auctoritate, ſiue ſit illa ex ſenectute, ſiue doctrina, ſiue aliunde oriunda, cuncta, quae tam ad inſtitutionem, quam potiſſimum ad externam eccleſiarum diſciplinam ſpectabant, ex apoſtolorum mandato dirigebantur, atque disponebantur.* v. *Vitringa* de Synag. vet. L. II. c. 11. p. 595 ſſ. Hos (non omnes, ſed vnum alterumue), pro more Iudaeorum aduocari iubet ſ. permittit Ap., quia vti omnino prudentiſſimi eligebantur, ſic forte etiam artis medicae peritiſſimi erant. Quid? quod apoſtoli, et, qui proxime eorum vice fungebantur, presbyteri, non minus ac prophetae Iu-

σάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσ-

daeorum, familiaritate divina vti, eidemque, praeter alia dona, et ipſum ιαματων χαρισμα 1 Cor. 12, 9. acceptum referre perhibebantur. Quo magis eſſe videbatur, quod ad aegrotos accerſerentur. Και προσευξ. pro ἵνα προσευξ. Επ' αυτον, עליו, *pro ſalute eius* (*für ihn*). *Preces* vero potiſſimum pro aegroto, ſanitati reſtituendo, presbyteris hic fundendas iniungi, nemo mirabitur, qui meminerit, Iudaeos totius cultus diuini ſummam, vbi a ſacrificiis receſſeris, ad *preces* reuocare, et ab ipſis fundendis modo hanc, modo illam conſiliorum diuinorum immutationem, ſibi ſalutarem, exſpectare ſolitos fuiſſe, maxime vbi ab hominibus, Deo caris, mitterentur. cf. v. 16. 17. Αλειψαντες, pro και αλειψατωσαν. Ελαιω. Oleorum in regionibus iſtis, oleis noſtris longe generoſiorum, in morbis curandis vſus ſatis conſtat. Herodem e. c. teſte *Ioſepho* de b. i. 1. *vlt.* medici morbo laborantem ελαιω θερμω αναθαλψαι iuſſerunt. Nec non Proculus Chriſtianus, obſeruante *Grotio*, Seuerum imperatorem per oleum aliquando curauit. Teſtem habet *Tertullianum* ad *Scapulam*. Diſcipuli quoque Chriſti oleo affuſo miraculoſas patraſſe feruntur ſanationes. Marc. 6, 13. Quid? quod peregrini ampullam oleariam ſecum geſtare ſolebant, ad vires reficiendas, vt ex parabola de Samaritano videre licet. Vt paucis rem expediam: vnguenta, quorum vim ad morbos ſanandos veteres ſaepe experti erant ſaluberrimam, velut medicamentum panchreſtum apud ipſos pollebant, vnde mos, ea aegrotis quibusuis adhibendi apud Iudaeos receptus, ab his, vt multa alia, ad Chriſtianos manauit. vid. *Grotium* ad Marc. 6, 13. Ad hunc alludens Iacobus non huius ſolum, ſed medicaminum omnino vſum ſuadere videtur. Similiter *Schoettgenius* et *Carpzovius*. Alii vero, cum Ap. *non vnctioni*, ſed *ſoli Deo* (και εγερει αυτον ὁ Κυριος) et *precibus ad eum miſſis* (ἡ ευχη της πιστεως σωσει τον καμνοντα), v. 15. quas ενεργουμενας dicat v. 16. et quibus Elias non ſine proſpero euentu vſus ſit v. 17., diſertis verbis tribuat; neque oleorum vſum in *omnibus omnino* morbis curandis commendare potuerit; vnctionem hanc nonniſi valetudinis modo miraculoſa

ευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ,
ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου· καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως 15

restaurandae *fymbolum* fuiffe perhibent, quo certioris euentus exfpectatio atque admiratio excitaretur, ita vt non oleo, fed precibus, diuinaeque potentiae, fanandi vis tribuenda fit. Sed vana effe argumenta ifta, ex v. 15-17. depromta, ad haec commata ipfa demonftrandi locus erit. Εν — κυρ. בשם יהוה, iungi folent cum αλειψ. modo fic: vngentes eum *cum imploratione Dei,* (*unter Anrufung Gottes*), quod tamen iam latet in ευξασθ., nec ex folis verbis εν ον. τ. Κ. commode elici poteft; modo rectius fic: vngentes eum *ex auctoritate Chrifti.* Marc. 6, 13. Sunt etiam qui verba noftra, vfui loquendi fatis conuenienter, ad ευξασθ. referri malint fenfu hoc: preces mittant *ad Deum*, (εν ον Κ. pro εν τω Κ. idque pro εις vel προς τον Κ.). Quidni vero, fiue ευξασθ. fiue αλειψ. refpicientes, reddamus: *auxilio Dei confifi?* quod tam in nexum quam in vfum loquendi optime conuenit, ex quo *in nomine Dei* agere dicimur, *quod cum fiducia in Deo collocata* agimus.

15. Και, pro γαρ. Ευχη της πιστεως, ex linguae hebr., quae adiectiuis deftituitur, indole, pro προσευχη πληρης f. μεστη πιστεως, *preces fide plenae, vel ex fiducia in benignitate diuina collocata profectae.* Σωζειν, vt hebr. הושיע Ief. 38, 20., h. n. eft *fanare.* Matth. 9, 21, 22. 14, 30. Marc. 6, 56. Act. 4, 9. et faepiffime alibi. Eodem fenfu legitur ap. ext. fcriptt. e. g. *Hom.* Il. λ. v. 827. Hinc, conftat, *medicos* apud Graecos σωτηρας dictos effe, et σωστρον proprie effe *pretium, quod medico pro reftituta valetudine datur*, quanquam deinde ad *cuiuscunque rei conferuatae praemium* transfertur. *Xenoph.* mem. 2, 10. 1. Καμνοντα, h. n. i. q. ασθενουντα. *Hef.* καμνει· νοσει, vnde etiam ὁ καματος, *morbus.* Exemplorum copiam collegit *Wetft.* Και εγερει αυτον, hebr. הקים vel העמיד Exod. 21, 21. Ier. 32, 14. coll. Rom. 9, 17. Locutio inde petita, quod, qui graui morbo laborant, *cubare* folent. Marc. 1, 31. Eodem fenfu et Latinis *furgere* dicuntur ii, qui fanitatem recuperant (Nos: *wieder aufkommen laffen*). Huc quoque fpectat illud *Herodoti* l. 1. p. 9. Αυτος εκ της νοσου ανεστη. vid. *Raphelium* ad h. l. *Schleusnerus*, fe

T

σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· κἂν
16 ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ. ἐξομο-

non repugnaturum esse, ait, si quis τῳ εγειρειν h. l. notionem *erigendi animum* subiicere mallet, vt sit i. q. επιθαρσυνειν, quo sensu ap. *Aelian.* v. h. 2, 1. reperitur (et nos quoque dicimus: *jemanden aufrichten*), quanquam, quae sequuntur, priorem significationem magis adstruere videntur. Κ'αν — πεποιηκως, pro και εαν αμαρτιας πεποιηκη, i. e. *si ob peccata grauiora in morbum inciderit.* Quo grauiora autem peccata, eo grauiores valetudines eorum vltrices. Deuter. 28, 20. coll. 1 Cor. 11, 30. Lectu dignissima sunt, quae ad h. l. annotauit *Semlerus.* Αφεθησεται αυτῳ, *condonabuntur ipsi peccata*, idque, vt antecedens pro consequente, *a morbo liberabitur*, nam ex peccatis in se commissis omnis morbus proficisci credebatur. Matth. 9, 2. Ioh. 5, 14. 1 Cor. 11, 30. adeoque peccatis condonatis morbus quoque cessabat. Hinc quoque factum est, vt Christus, aegrotum sanaturus, eum alloqueretur: *remissa tibi sunt peccata tua.* Pertinet huc quoque, quod Hebraei dicunt, *Nedarim* fol. 41. 1. *Nullus aegrotus a morbo sanatur, donec ipsi omnia peccata remissa sint.* Ceterum formulas istas: *aegrotum presbyterorum precibus sanitatem recuperaturum*, et *Deum eum e morbo erectuꝛum esse*, non ad verbum, sed ex populari dicendi genere intelligendas esse, *quod futurum esse nobis sperare licet*, res ipsa clamat.

16. *Carpzovius* aliique, voce αλληλοις potissimum adducti, vniuersalem eamque nouam plane hic cohortationem incipere rati, sensum commatis constituunt hunc: *si quis offendit alterum aut iniuriam fecit, candide fateatur, et se male fecisse doleat, ac veniam petat. Petentem recipiat alter in gratiam, et condonet offensa.* Sed, quamuis metaphoricam hanc significationem vocabulo ιασθαι ex hebr. רפא Ies. 6, 10. omnino interdum competere facile concesserim; hoc loco tamen cum v. 15. de morbis *sanandis* sermo esset, hoc verbum proprio *medendi* sensu retinendum, totumque hoc comma cum v. 15. arctissime iungendum esse videtur. Eadem iungendi ratio eo quoque adstruitur, quod *precum* in vtroque commate mentio fit. Quae

λογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε

igitur vniuerſe hic pronuntiata ſunt, hoc fere modo ad argumentum v. 15. reuocare auſim: ὑμεις ασθενουντες εξομολογεισθε τοις πρεσβυτεροις τα παραπτωματα ὑμων, και ὑμεις πρεσβυτεροι ευχεσθε ὑπερ των ασθενουντων (ἁμαρτησαντων), ὁπως (ὑμεις ασθενουντες) ιαθητε. Τα παραπτωματα, quorum cauſa *morbi hominibus infligi* putabantur, i. e. *quibus perpetrandis morbum ſibi conſciſcebant.* Haec ipſa παραπτωματα iam aegroti presbyteris εξομολ. ſ. ὁμολογειν (nam εξ in compoſitione haud raro abundat), *confiteri* iubentur, quo magis pro peccatorum, ex quibus natus erat morbus, natura, medicamina eligere, et pro his ipſis peccatis condonandis precari poſſint. Και ευχ. ὑπ. αλλ. iam cum proxime praecedd. εξομολογ. — παραπτ. (quae alias otioſa videri poſſint), quam cum ſeqq. iunxerim hic: *et precentur presbyteri pro condonandis hisce peccatis, quae aegrotus confeſſus eſt*, ὁπως ιαθ., *vt, horum peccatorum venia impetrata, a morbo* (peccati effectu) *reſtauremini;* id quod iterum nil amplius ibi vult, quam: *vnde recuperandae ſanitatis* ſpem *animo concipere poteſtis.* Πολυ, ſuppl. γαρ. Δικαιου, צדיק, *viri probi, ſcelerisque puri,* quales inprimis presbyteri eligi ſolebant. Δεησις ενεργουμενη, alii aliter explicant. *Beza*, et qui eum ſequuntur: *preces efficaces*, quo apoſtolo tautologia impingitur frigidiſſima, cum *efficaciae* notio iam in πολυ ισχυει lateat, *Michaelis* cum *Benſono* atque *Arowſmitho* vertit: *preces agitante ſpiritu ſ. effuſae*, quia voces ενεργειν et ενεργης in N. T. de Deo in hominum animos agitante occurrant. *Carpzovius* quidem praeter rem hanc ſignificationem inde impugnat, quod iam *Suicerus* vocem ενεργουμενος hoc ſenſu recentiorem eſſe viderit; nam *Suicero* tantum ſermo eſt de vſu loquendi eccleſiaſtico, quo ενεργουμ. *obſeſſum a diabolo* ſignificat; at vero nihil praecedit aut ſequitur, quo haec ſignificatio vllo modo adſtruatur, vt taceam ambiguitatem illam, qua preces agitante Deo effuſae viciſſim in Deum agere dicerentur. *Carpzovius* ex verbis Paullinis πιστις τη αγαπη ενεργουμενη Gal. 5, 6. (quae reddit: *fides, quae vim ſuam exſerit amore et comitate*) cum loco noſtro collatis, δεησιν ενεργουμενην hic accipit pro δεησει δια πιστεως

ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε· πολὺ ἰσχύει δέησις
17 δικαίου ἐνεργουμένη. Ἡλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπα-

ἐνεργουμένη, i. e. pro *precibus quae vim ſuam exſerunt per fiduciam in Chriſtum.* Sed, ſi quid video, haec aliunde arrepta, cum vox πίστεως hic plane deſit, loco noſtro nullo modo inferri debebant. Alii denique: *preces cum fide miraculoſa coniunctae*, quia inter ἐνεργήματα πνεύματος ἁγίου occurrerent etiam τὰ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων. 1Cor. 12, 9. Sed haec ad vim vocis ἐνεργούμενος ſic conſtituendam, plane non ſufficiunt, totaque ratio paulo durior videri poſſit. Equidem alias verba πολὺ ἰσχύει δέησις ἐνεργουμένη ex graecitate accipiebam pro: πολὺ ἰσχύει (δύναται) ἐνεργεῖν, vel πολὺ ἰσχύει καὶ ἐνεργεῖ δέησις etc. ita vt duo haec vocabula ad ſententiae vim augendam accumulata viderentur, niſi tunc, obſeruante *Gablero*, ἰσχύει ἐνεργουμ. ſeſe, haud interiectis aliis, excipere deberent. Hinc redeo ad *Lutherum*, quem ſequitur *Wolfius*, reddentem: *preces ardentes*, (*wenn es ernſtlich iſt* ἐὰν ἐνεργουμ. ῇ), ita vt precum *efficacia* pro antecedente precum ex imo pectore hauſtarum *ſinceritate* poſita ſit. Iuuat ſignificationem, quod ἐνεργής ſic adhiberi conſtet. *Euſtath.* in Od. δ. p. 197. 50. ὅτι εὐχῆς ἐνεργοῦς ἔνδειξις τὸ κ. τ. λ. Fortaſſis etiam, obſeruante *Schleusnero* reddi poſſet: *preces ex animo prompto et beneuolo profuſae*, vt ad h. l. referatur gloſſa *Heſychii*: ἐνεργεῖν· ἑτοίμως πράττειν. Sed *precum ardentium* ſignificatio expeditiſſima et contextui accommodatiſſima videtur. Ceterum vix dubito, Iacobo in enuntiandis vv. 15. 16. ante oculos verſatos fuiſſe Eſſenos, qui lapſos, ſ. ἀξιοχρέοις ἁμαρτήμασι obnoxios, quorum a fratrum ſodalitio excluſorum miſerrima ſors erat, ita vt omni ope humana deſtituti in morbos eos protinus conſumentes inciderent, in gratiam interdum receperunt, vbi ſe mala feciſſe candide faterentur, ſique dolerent. vid. prol. p. 109.

17. 18. Vtrumque hoc comma cum v. 16. arctiſſime cohaeret, quippe, quanta ſit vis δεήσεως τοῦ δικαίου *Eliae* iam illuſtratur *exemplo*. Ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, i. e. ἄνθρωπος, ὃς ὅμοια πάσχει σὺν ἡμῖν (vel ὡς ἡμεῖς), *homo qui eadem nobiſcum habet* παθήματα, *ſiue animi affectus, et omnino eandem ani*

θὴς ἡμῖν, καὶ προσευχῇ προσηύξατο τοῦ μὴ βρέξαι,
καὶ οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐνιαυτοὺς τρεῖς καὶ μῆνας
ἕξ· καὶ πάλιν προσηύξατο, καὶ ὁ οὐρανὸς ὑετὸν 18

mi indolem. Verbo: ανθρωπος ὁμοιος ἡμιν, vel ὡς ἡμεις, *homo perinde vt nos; Elias war ſo gut ein Menſch als wir.* cf. Act. 14, 15. Sap. 7, 3. Quae quidem a Iacobo addita eſſe videntur, vt dubio occurratur: Eliam fuiſſe vatem prorſus ſingularem, nec adeo mirum eſſe, tanta eum precando effeciſſe, quae tamen a precibus hominum tot tantisque vitiis obnoxiorum exſpectari non poſſint. Προσευχῃ προσηυξατο, ex pleonasmo hebraico, ad vim ſententiae augendam adhiberi ſolito, valet: ενεργως προσηυξατο, *intente, enixe orauit.* 1 Sam. 26, 25. Pſ. 118, 18. Thren. 1, 2. Luc. 22, 14. Magis graece Iacobus ſuperiora his participio iunxiſſet ſic: Ηλ., (καιπερ) ανθρ. ων ὁμ. ἡμιν, προσευχῃ προσηυξ. etc. Του μη βρεξαι, ſuppl. ἑνεκα του μη βρ. i. e. ἱνα μη βρεχῃ. Precatum vero eſſe Eliam, ſi vel maxime nulla de ea re narratio exſtaret, ex nota viri pietate colligere potuit Iacobus. Prouocant alii ad 1 Reg. 17, 1. coll. 18, 15. vbi verba אשר עמדתי לפניו omnino quidem reddi poſſunt: *quem ego precibus oraui*, 2 Par. 20, 13. Ier. 18, 20. ſed etiam vniuerſe: *cuius ego miniſter ſum.* 2 Reg. 3, 14. 1 Reg. 10, 8. Επι της γης, vel de *terra omnino*, vel de *terra Palaeſtinenſi*, haud raro καθ' ἐξοχην *terra*, הארץ, dici ſolita, intellexeris, nil prorſus refert. Ενιαυτους ἑξ. Sic etiam Luc. 4, 25. Vt locus hic accurate conſpiret cum 1 Reg. 18, 1. vbi Elias *tertio* anno Ababo occurrens pluuiam promiſiſſe fertur, *Benſonus* tertium annum non a pluuia ceſſante, ſed a fuga Eliae Sareptam, 1 Reg. 17, 8 ſqq., quartum vero noſtrum ex denuntiata a ſancto vate regi poena idololatriae numerandum eſſe contendit. Quae quidem quamuis hic omnem dirimant difficultatem, haud ſatis firmo tamen niti videntur fundamento, ita vt ex aliis potius libris, qui ad noſtra vsque tempora non peruenerunt, vel aliunde haec Iacobo innotuiſſe putauerim.

18. Και, pro τοτε, vel μετα ταυτα. Παλιν προσηυξ. Hoc ſatis recte, nam facies in ſinum demiſſa orantem prodit prophetam, 1 Reg. 18, 42.

ἔδωκε, καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς.

19 Ἀδελφοὶ, ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς

Και — εδωκε, pro και εβρεξεν εκ του ουρανου. Βλαστανειν, proprie *gramen* vel *arbor ipſa* dicitur; Matth. 13, 26. Marc. 4, 27. Hebr. 9, 4. h. l. vero ſignificatione, quam vocant in ſcholis, Hiphil. *terra* βλαστανειν, i. e. *fructus pullulantes proferre* dicitur. Καρπον, collectiue pro τους καρπους. Καρπ. αυτης vero eſt: *fructus alias proferre ſolita*. Relege, ſi placet, loca ea, quae *Elsnerus* atque *Wetſtenius* ad h. l. de imbribus inter Iudaeos, Arabes, et paganos precum virtute elicitis congeſſerunt, quae tamen magis ad ipſum imbrem Eliae precibus cohibitum rurſusque impetratum loco ſuo explicandum pertinere, quam huc transſcribenda videbantur. Hoc vnum, in quo omnes, qui liberaliori interpretationi fauent, mecum conſentientes habebo, monuiſſe ſuffecerit, hanc pluviae inopiam et abundantiam non precum Eliae virtuti vere miraculoſae tribuendam eſſe, id quod vel iſtud ὁμοιοπ. ἡμ. iam ſatis declarat. Iacobus potius ea huiusce hiſtoriae forma, quali eam, variis figmentis, neſcio an exornatam, vel deformatam, in veterum ſcriptis memoriae proditam deprehendebat, pro fine ſibi propoſito, vtitur, ad demonſtrandam eximiam precum vim atque virtutem.

19. 20. Iam verſibus his ad argumentum commatum 15. 16. quodammodo redire videtur Iacobus, in quibus cum ad vitia inuicem confitenda prouocaſſet Chriſtianos, iam nunc ad mutuam omnino in corrigendis alterius vitiis operam collocandam eosdem hortatur v. 19. ipſo animi tranquillitatis, ex hominis eiusmodi, opera noſtra emendati, felicitate percipiendae, praemio propoſito. v. 20. Αληθεια, אמת, tam *doctrina religionis*, (λογος αληθ.), quam *vita ad eam accommodata*. Neque enim hic ſolam *doctrinae falſitatem*, ſed etiam *vitae peruerſitatem* ſpectari, v. 20. clamat. cf. Ioh. 3, 20. 21. vid. ad 1 Petr. 1, 22. Adhibitorum vero vocabulorum πλανασθαι (*a recto tramite ſeduci, errare*), et επιστρεφειν (proprie *reverti*, deinde ſignificatione tranſitiua, vt h. l. *facere vt quis reuertatur, reducere*, Luc. 1, 16. 17.), inde repetenda videtur ratio, quod, vt illa ipſa αληθεια cum *via*

ἀληθείας, καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτὸν, γινωσκέτω, 20
ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ

recta, improbitas vero cum *via erratica* (πλαν. ὁδ. v. 20.) alias comparari folet, ita quoque *ab eadem aberrare* dicuntur ii, qui *praecepta religionis negligunt*, contra vero *reducere ad eandem* ii, qui *improbum emendare conantur*.

20. Comma hoc a v. 19. vix feparari debuiffet, cum propofitionis v. 19. inchoatae contineat apodofin. Γινωσκετω, *perfuafum habeat*, *der bedenke.* Εκ πλανης ὁδου. Siue πλαν. fiue ὁδ. pro fubiecto orationis habeas, fenfus femper oritur idem, ac fi fcriptum effet εξ ὁδου πλανητικης, *vom Irrwege*, i. e. *a fcelefta eius viuendi ratione*. vid. ad v. 19. Ψυχην fc. ανθρωπου vel αυτου (quod etiam codd. quidam atque verfiones addunt), ex hebraismo fatis noto (נפש) pro ανθρωπον, Ez. 18, 4. 20. Act. 7, 14. Rom. 13, 1. 1 Pet. 3, 20. nifi Iacobum voc. ψυχ. de induftria adhibuiffe ftatuere malueris, cum ea res, de qua ipfi fermo eft, proxime ad *animum* potiffimum feruandum fpectet. vid. ad 1, 21. Ceterum phrafis illa σωζειν ψυχην Matth. 10, 39. 16, 25. apud exteros etiam fcriptores obuia eft. *Lyf.* orat. 5. p. 74. Ανδοκιδης δη εχει τα μηνυτρα παρ᾽ ἡμων, σωσας την αυτου ψυχην, ἑτερων δια ταυτα αποθανοντων. *Eurip.* Oreft. v. 617. ην ψυχην εμην σωσῃς. Εκ θανατου, alias εκ απωλειας, a *miferia*, errorem et fcelus comitante. Vt enim *felicitas infignis* iucundiffimo *vitae* (ζωης, חיים) nomine, fic quoque *atrociffima fupplicia, fummaque miferia, mortis* (θανατου, מות) imagine, homini de vita poft mortem futura minus perfuafo inprimis terribili, adumbrari folita eft. Neque tamen multum repugnauerim, fi quis apte ad argumentum v. 15. 16. de ipfo homine *morbo mortique* eripiendo cogitauerit, vt fenfus prodeat hic: *fi quis aegroto feriae poenitentiae, ac emendandae vitae confuetudinis auctor fuerit, fanitatem vitamque ei reddet.* Πληθος ἁμαρτιων, pro πολλας ἁμαρτιας. Και καλυψει π. ἁ. verti forfan poffint: *cauebit ifte, ne plura peccata quafi in lucem prodeant*, i. e. *ne alter plura peccata committat*, quae tamen ratio, fateor ipfe, cum loci contextu fatis congrua illa quidem, omni tamen exem-

αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. — —

plorum destituitur auctoritate. Alii, in voce ἁμαρτιων subintelligentes ἑαυτου, ex hebr. כסה. Pf. 32, 1. locum sic reddunt: *perficiet, vt Deus, ob fratrem conuersum peccatorum suorum multitudinem, quasi velamento obtectam, e conspectu tollat* i. e. *ipsi condonet*. Sed haec longius repetita videntur. Malim equidem cum pluribus interpretibus, retenta eadem του καλυπτειν significatione, in voce ἁμαρτιων mente supleri αὐτου vel του ἀδελφου αὐτου, vt sensus sit hic: *occasionem ille dabit, vt ingens peccatorum ante actorum numerus alteri, nunc per eum emendato, remittatur*. cf. 1 Petr. 4, 8. Similis sententia occurrit in *Ioma* fol. 87, 1. *quicunque multos ad iustitiam adducit, per eius manus non perpetratur peccatum.*

Ceterum reliquae N. T. epistolae, vbi a prima Iohannis recesseris, (quae tamen ex alio scriptorum genere esse videtur), vel in salutationes, vel in pia vota pro salute Christianorum nuncupanda, vel saltem in laudes Dei celebrandas (vt ep. Iudae), abire solent. Iam vtrum v. 19. 20. vota illa contineant, quibus Iacobus epistolae scribendae finem facere voluerit, an in fine epistolae nonnulla, temporis aliarumue rerum iniuria interierint, in medio relinquendum esse censeo. Neque tamen, quam *Weberus* hic sibi animaduertisse videtur, similitudinem cum epistola illa Iacobi, Act. 15, 23 — 29. asseruata, quae non minus abeat in ερρωσθε, quam nostra v. 13 — 20. in huiusce verbi explicationem, quippe qua modus addatur, quo Christiani et suam et aliorum *valetudinem* vtramque, corporis animique, curare debeant, equidem deprehendere possum, cum in ερρωσθε non magis, quam in lat. *vale*, et *valete*, quoties in epistolarum fine legitur, argutandum esse censuerim.

EXCVRSVS I.

De vocabulorum πειραζειν, πειραν λαμβανειν *et* πειρασμος *in N. T. significatione.*

Triplex potiſſimum horum vocabulorum in N. T. obtinere videtur ſignificatio, hoc fere ordine diſponenda:

Prima, eaque omnibus Graeciae ſcriptoribus communis, eſt *explorandi* et *inueſtigandi*, ſyn. verb. δοκιμαζειν (quo quidem ſenſu Ieſus Ioh. 6, 6. dicitur πειραζειν Φιλιππον, et Chriſtiani 2 Cor. 13, 5. ἑαυτους πειραζειν iubentur), nec non *periculum alicuius rei faciendi*, ſyn. verb. πειραω, quo pertinent Act. 16, 7. επειραζον κατα την Βιθυνιαν πορευεσθαι· et Hebr. 11, 29. ἡς (ſc. θαλασσης) πειραν λαβοντες οἱ Αιγυπτιοι.

Cum ea arctiſſimo nexu coniuncta eſt *altera* ſignificatio, in V. inprimis T. verbis hebraicis נסה, נסא et בחן apta, eademque ex antiquiori quodam cogitandi loquendique vſu explicanda, quo quidem non *homines* ſolum benignitatem, omnipotentiam, longanimitatem, omniſcientiam atque iuſtitiam diuinam, ſiue conquerendo, ſiue dubitando, ſiue auxilii tempus atque rationem incondito murmure praeſcribendo, ſiue quouis alio modo *tentare* dicebantur; Exod. 17, 2. 7. Deuter. 33, 8. Pſ. 78, 18. 95, 9. Mal. 3, 15. Hebr. 3, 8, 9. ſed *Deus* etiam *tum* virtutis ſtudium hominum omnino, *tum* praecipue patientiam, fidem et in tuenda re quadam conſtan-

tiam, *vel* omniſcientia ſua Ier. 11, 20. 12, 3. 20, 12. Pſ. 7, 10. 26, 2. *vel* beneficiis in homines conferendis, Exod. 16, 4. *vel*, quod magis adhuc ad locum Iac. 1, 2. illuſtrandum facit, calamitatibus ipſis immittendis *explorare* (נסה) putabatur. Geneſ. 22, 1 ſq. Deuter. 13, 8. Iud. 2, 22. Iob. 23, 10. Pſ. 66, 10. 81, 8. Ier. 9, 7. Inde tempore procedente, hominumque de Deo cogitandi ratione magis magisque expolita, vocabula πειραζειν et πειρασμος in N. T. quidem retinentur, ſed pereunte, vt fit, omni *tentationis* (*Verſuchung*) notione, ad Deum hominesque transferuntur, ita vt πειραζειν, vbi a ſcriptoribus N. T. de *hominibus* adhibetur, plerumque ex ipſa auctorum ſacrorum mente nil amplius ſibi velit, quam *Deum peccatis omnino* Hebr. 3, 8. 9. vel *eo inprimis peccato offendere*, *de quo ex nexus ratione ſermo eſt* Act. 5, 9. 15, 10. 1 Cor. 10, 9. locis vero iis, in quibus ὁ Θεος dicitur πειραζειν ανθρωπους, et inprimis quidem per calamitates immiſſas, qui ſolennior, et in N. T. fere vnicus eſt loquendi vſus, nil aliud ſit, quam *calamitates iis omnino immittere*, 1 Cor. 10, 13. Hebr. 2, 18. 4, 15. 11, 17. et πειραζεσθαι omnino *calamitates*, *inprimis religionis cauſa*, *perpeti*, Hebr. 11, 37. πειρασμος vero nil niſi *calamitates omnino*, Act. 20, 19. Gal. 4, 14. coll. 13. et praecipue iterum *religionis tuendae cauſa ſuſtinendae*, Luc. 8, 13. 22, 28. 1 Petr. 1, 6. 2 Petr. 2, 19. i. q. θλιψις και διωγμος δια τον λογον. Matth. 13, 21. coll. 2 Theſſ. 1, 4. Noſtri: *Prüfungen*, *Religionsbedrückungen*, quo quidem ſenſu etiam Iac. 1, 2. 12. vocabulum πειρασμος accipiendum eſſe putauerim.

Iam vero quia haud raro tentanti alios, tum ad *male*, tum ad *imprudenter agendum ſeducendi* animus eſt, ac tentando perſaepe fit, vt homines parum firma mentis animique virtute ad incaute pra-

veque agendum follicitentur, *tertia* denique inde vocabulis πειράζειν et πειρασμὸς oborta eft fignificatio, qua *alios* vel *ad peccandum*, vel *ad imprudenter et incaute agendum follicitandi ftudium* inuoluunt. *Priori* fenfu 1) ὁ διάβολος dicitur πειράζειν *Iefum Chriftum*, Matth. 4, 13. Marc. 1, 13. Luc. 4, 2. *hominesque Chriftianos omnino*, 1 Cor. 7, 5. 1 Theff. 3, 5. et πειρασμοὶ ipfi tribuuntur, Matth. 6, 13. Luc. 4, 13. 11, 4. vnde etiam nomen proprium ὁ πειράζων (pro ὁ πειραστής, המנסה) ipfi obtigit. 1 Theff. 3, 5. Eodem fenfu 2) πειράζεσθαι omnino dicitur *quocunque modo, ex nexu orationis diftinctius eruendo, ad peccandum, inprimisque ad deferendam religionem chriftianam follicitari*, et πειρασμὸς *ad peccandum illecebrae*. Huc ex noftra quidem fententia pertinent Matth. 26, 41. Marc. 14, 38. Luc. 22, 40. 46. Gal. 6, 1. et 1 Tim. 6, 9. quo quidem fenfu, vt voc. πειρασμὸς etiam Iac. 1, 13. 14. feruetur, totius orationis nexus manifefte requirit. *Pofterior* vero fenfus obtinet locis inprimis iis, quibus *Iudaei*, et *Pharifaei* praecipue, Chriftum *tentaffe* commemorantur. Matth. 16, 1. 19, 3. 22, 18. 35. Marc. 8, 11. 10, 2. 12, 15. Luc. 11, 16. 20, 23. Ioh. 8, 6. h. e. *ad imprudentiam in loquendo agendoque eum follicitare atque feducere ftuduiffe* [1].

Vt vero tentationibus interdum ad peccandum follicitamur, fic etiam iisdem haud raro *probamur*, et *in recte agendo confirmamur*. Hinc πειρασμὸς 1 Petr. 4, 12. ex loquendi vfu prorfus fingulari *probationis* vim obtinet, ita vt πυρώσις πρὸς πειρασμὸν γενομένη i. fit q. *calamitates probandae virtutis caufa immiffae* (*Leiden zur Bewährung in der Tugend*).

* *

[1]) Apte ad hanc fignificationem *Hefych.* πειράζων· ἐρευνῶν, λῃστεύων. Idem fere tradit Schol. *Homeri* ad Od. Θ. v. 281.

His iam ita circa vocabulorum nostrorum nudum loquendi vsum in genere expediendum obseruatis, et tentationum generi, quibus Deus homines ad male sentiendum et agendum sollicitare perhibebatur, ex fonte suo deriuando, et ad locum potissimum Iac. 1, 13. 14. transferendo paululum adhuc immoremur [2]).

Iam fons ille latere videtur in ea remotissimae antiquitatis incogitantia et in iudicando praecipitatione, qua abrepta omnium effectuum, siue bonorum et salutarium, siue malorum et exitialium, quorum causae explicatu difficiliores deprehendebantur, Deum auctorem perhibebat. Bona si erant, quae Deus nullo interueniente medio efficere putabatur, bonitatem eius incrementum inde capere, sin mala, neque benignitatem neque iustitiam diuinam imminutionem experiri persuasum habebant veteres, nulli dubitantes, quin mala ista pro *suppliciis* habenda sint, *hominibus ob perpetrata peccata immissis* [3]). — Ad *modum* vero

[2]) Cf. S. V. Augusti *katholische Briefe* etc. Vol. I. pag. 155 sqq.

[3]) Hebraei, nonnisi vnum, eumque rerum omnium praepotentem Deum profitentes, non potuisse videntur, quin *in hominibus peccatoribus puniendis* vltimam malorum ipsis inflictorum caussam anquirerent, ne naturae moralis integritas vnius huiusce Dei vllo modo imminueretur. Aliis vero gentibus priscis, Deorum numerum multiplicantibus, non eandem idem statuendi necessitudinem factam fuisse credideris, *cum* quia plures Deos quoad indolem moralem quam maxime inuicem distantes (seu, ex intelligentiorum iudicio, plures naturae vires sibi inuicem repugnantes et nonnisi praepotente Μοῖρα interueniente limitandas) animo effinxerant, ita vt malorum vel immeritorum immissionem a Deorum indole atque ingenio haud alienam deprehen-

inopinatorum eiusmodi effectuum producendorum quod attinet, Deus nunc continuo ipſe, nunc, ne vel regibus terreſtribus mandata ſua per miniſtros conficientibus inferior videatur, tam angelorum bonorum miniſterio vtens, quam malorum et inter hos praecipue diaboli nequitiam et hominum vexandorum pruritum non coercens, bonos beneficiis ornare, malos malis afficere credebatur *). Quae quidem ſummatim a nobis dis-

derent, *tum* quia naturam Deorum ex humanae naturae parum olim excultae modulo et pede metientes, in repraeſentanda ſibi Deorum praeſtantia prae reliquis virtutibus in vno pleniſſimae potiſſimum potentiae obtutu defixi haeſerunt, virtutes morales iuſtitiae, aequitatis, bonitatis aliasque parum curantes; ſed, vt honeſti, iuſti, aequi ſenſui cuiusuis hominis pectori natura inſito, et, quamvis pro culturae moralis vario gradu, magis minusue alacri et ad mores formandos efficaci, nullo tamen modo protinus vnquam expellendo, ſua vis conſtet, et ad virtutes illas Diis vindicandas malorum hominibus immiſſorum cauſam in delictis ipſorum inuenire ſoliti erant.

*) Veteres, plurium Deorum cultui addicti, in ſtatuendum malum daemonem praepotentem, poſtea diabolum dictum, inde primitus incidiſſe, vt haberent naturam malam eamque *primariam*, in quam omnem malorum culpam deuoluerent, nullus quidem dubito; Hebraeos vero eum pro *ſecundaria* tantum natura habuiſſe, quae nonniſi permittente Deo mala efficere poſſit, vel inde manifeſtum eſſe putem, quod alias Iehouae, tanquam Dei ſupremi, mundi effectoris molitorisque, quem habebant, notio periiſſet, neque ſpei, apud omnes Iudaeos peruulgatae, locus relictus eſſet, fore, vt Meſſias diabolum vi hominibus amplius nocendi priuaturus ſit; quamquam non diffitendum eſt, auctores tam V. quam N. T. hic illic loquendi rationes ex vetuſtiſſima iſta opinione, quae diabolum naturam prin-

putata magna exemplorum ex omnium tempo-rum hiſtoria tam ſacra quam profana repetitorum copia ornare atque firmare poſſemus, ſed, vt breuitati ſeruiamus, exempla illa partim paradiſi a Deo ipſo ſpontanea fertilitate ornati, veſtimentorum primis parentibus opera diuina paratorum, poenarum ipſis inflictarum, Achiuorum agminis (Hom. Il. α.) populique Iſraelitici 2 Sam. 24. peſte fere conſumti, vrbium Sodomae et Gomorrhae deletarum, filioli Dauidis necati 2 Sam. 12. etc., partim reditus ad paradiſum angelo ſtationem agente praecluſi, apoſtolorum angeli ope e cuſtodia liberatorum, angeli interfectoris Aegyptum peruagantis, hominum a daemonibus obſeſſorum, et i. g. permulta alia Lectoribus ad ſuum quodque disputationis ſuperioris locum referenda permittimus.

Eiusdem vero disputationis veterum circa effectus externos, non ex cauſis naturalibus ſed ab ipſo Deo deriuandos, facillima, neceſſaria et facultatis iudicandi immaturitati conuenientiſſima erat et ad effectus internos ſeu ad cogitata, conſilia mentisque ſenſa, tam recta et honeſta quam praua et improba, quorum origo homines, rerum ſuperficiem ſpectantes, latebat, accommodatio. Et haec Deus, modo cogitata illa vel protinus ipſa, vel mediorum, praecipue calamitatum hominibus

cipalem ſtatuebat, mutuaſſe. Praecipue inualuit opinio iſta inter Iudaeos poſt exilii tempora, quibus Babyloniorum et Chaldaeorum, quos in efformanda vel potius deformanda doctrina de daemonibus ingenia defatigaſſe conſtat, φιλοσοφουμενα, quae ασοφα rectius dixeris, et ſua reddiderunt; ſed et ante haec tempora diabolum in cauſa malorum ab hominibus ſuſtinendorum ab iis iam habitum eſſe, vel Iobi hiſtoria teſtis eſt.

immittendarum, interceſſu vtens, modo angelos bonos internuncios adhibens, malorum vero inſuſurrationes haud cohibens, hominum animis ſuppeditare et inſtillare perhibebatur, id quod iterum exemplis Agamemnonis rixarum cum Achille cauſam a Diis repetentis [5]), Oreſtis, matricidii culpam in Apollinem deuoluentis [6]), Pharaonis a Deo obdurati (Exod. 9, 12.), Dauidis ad agminis numerum ineundum, e narratione 2 Sam. 24, 1. literis mandata, a Deo, ex relatione vero 2 Chron. 22, 1. memoriae prodita, a Satana excitati, Iudae ad Chriſtum prodendum (Ioh. 13, 2. 27.) Ananiae ad apoſtolos decipiendos (Act. 5, 3.) a diabolo ſeductorum [7]) etc., nec non primitivorum hominum, Abrahami, Moſis, prophetarum multorumque aliorum nunc per Deum ipſum, nunc per angelos modo vigilantibus modo ſomniantibus apparentes, nunc per πνευμα του Θεου cum ipſis communicatum circa voluntatem diuinam edoctorum, innumerisque aliis confirmari poteſt. Omnibus hisce iudicii immaturi fructibus beneficô profundioris meditationis ſole maturatis, effectuum quam maxime naturalium, in ſumma, modo intelligentiae modo animi indolis, vel praeſtantia vel peruerſitate conſpiciendorum meſſem nobis exhiberi, non eſt quod copioſius hic demonſtremus.

[5]) *Hom.* Il. τ. v. 86 ſqq.

εγω δ' ουκ αιτιος ειμι,
Αλλα Ζευς και Μοιρα, και ηεροφοιτις Εριννυς.
Αλλα τι κεν ρεξαιμι; Θεος δια παντα τελευτα.

[6]) *Eurip.* Oreſt. I. 282 ſqq.

λοξια δε μεμφομαι
'Οστις μ' επαρας εργον ες ανοσιωτατον.

[7]) Alia praeterea exempla in commentario attulimus.

Sic autem eo perueniſſe nobis videmur, vnde loci noſtri prouincia, haud offuſa oculis nebula, ſpectari vult. Fuiſſe nimirum videntur inter lectores epiſtolae noſtrae, qui ex illa opinionum de peccatis oriundis varietate eam potiſſimum, quae Deum ipſum homines interdum, calamitatibus ipſis immittendis, ad peccatum ſollicitare ſtatuit, arripientes, ſuae ad apoſtaſiam procliuitati praetexerent excuſationem hanc: Deum ipſum in cauſa huius apoſtaſiae habendum eſſe, quippe qui ipſis, religionem chriſtianam firmiter profitentibus, ex hac ipſa profeſſione miſerias haud tolerandas ſuboriri ſinat, ita vt ſe ad eam deſerendam a Deo ipſo ſollicitatos et coactos ſentiant. Quibus Iacobus: neminem calamitatibus, quas falſo intolerabiles perhibeant, ad relinquendam religionem chr., vel vllo alio modo ad peccandum omnino a Deo ſeduci, ſed omnia peccata a ſpontanea peccandi libidine prodire, cuius fomes in prauarum cupiditatum licentia, (rationis freno haud domata), latere putandus ſit. Sic etiam *Siracides* c. 15, 11-20. qui locus digniſſimus eſt, qui cum loco noſtro ſedulo conferatur, iam philoſophatus eſt, ſimilique modo iam *Homerus* Deos excuſatos haberi vult Od. α. v. 32-34. vbi Iupiter:

Ω ποποι, οιον δη νυ Θεους βροτοι αιτιοωνται·
Εξ ἡμεων γαρ φασι κακ' εμμεναι· οἱ δε και αυτοι
Σφησιν ατασθαλιησιν ὑπερ μορον αλγε' εχουσιν.

Quodſi vero Iacobus omne peccatum hic ex prauarum cupiditatum fonte deriuari, alibi vero (c. 4, 7.) Chriſtianos ſuos monitos vult, vt diabolo (peccatorum nimirum auctori), reſiſtant; hoc non euidam disputationis inconſtantiae tribuendum, ſed ex figurato dicendi genere, nonniſi verba a ſpreta licet veterum opinione, quae diabolum

peccatorum auctorem ſtatuit, mutuante accipiendum eſſe videtur, quo forſan non vſus eſſet apoſtolus, niſi ex verbis: ὑποταγητε τῳ Θεῳ in totidem verba, ex diametro oppoſita: αντιϛητε τῳ διαβολῳ, cogitando deuolutus eſſet.

EXCVRSVS II.

De loco Iac. 2, 14–26. ad doctrinam Paullinam de fide et operibus recte referendo.

Valde aeſtuant Viri docti in disputationibus Paulli et Iacobi, quorum ille την πιϛιν τοις εργοις [8]), hic vero τα εργα τη πιϛει multum praeſtare contendit, inuicem conciliandis, ne doctrinae chriſtianae concentus discordia hac turbari videatur. Vt vero totam argutiarum, ad quas magna eorum pars deſcendere haud detrectauit, colluuiem hic exhauriamus, a nobis impetrare non poſſumus, veritis, ne nauſeam creemus Lectoribus, excurſusque noſter in longae moleſtaeque peregrinationis tarditatem extendatur. Quare id ſolum agamus, vt iudiciorum de pugna iſta Paullum inter et Iacobum varietatem adumbrantes, in potioribus tantum vlterius proſequendis moremur, noſtramque qualemcunque circa hunc locum disputationem Lectorum iudicio permittamus. Et ſic iam ſunt

I. qui *manifeſtam contradictionem* hic vllo modo in dubium vocari poſſe negantes,

1) *Iacobum ſententiam Paulli* impugnare contendant, ſiquidem ille την δικαιοσυνην τοις εργοις,

[8]) Cf. Rom. 3, 27. – 4, fin. Gal. 2, 16. 3, 6. Hebr. 11, 17–31.

hic vero τῃ πιστει tribuendam eſſe cenſeat. Hinc factum eſt, vt LUTHERUS, et, qui cum eo rem faciunt, *Centuriat. Magdeb.*, aliique epiſtolam Iacobi, quam in doctrina primaria a typo Paullino deflectere, adeoque indole apoſtolica prorſus indignam eſſe iudicarunt, e catalogo librorum divinorum migrare voluerint [9]).

2) S. V. AUGUSTI, vero [10]) *Paullum ſententiam Iacobi impugnare* contendit, prouocans ad Gal. 2, 11. 12. vbi Paullus narret: ſe cum Petro, quocum Antiochiae conuenerit prorſus conſenſiſſe, ſiquidem communi cum Graecis menſa, i. e. familiaritate ipſorum vſus ſit; aduenientibus autem legatis Iacobi Petrum, Iudaeos veritum, diſſimulare ſententiam ſuam incepiſſe, ſeque ab illorum conuictu ſegregare: quam quidem agendi peruerſitatem cum a doctrinae chr. ſimplicitate alienam inueniſſet, ſe non potuiſſe, quin Petrum coram omnibus increparet etc. Iam inter criminationes proxime ſequentes V. S. V. ſedulo attendi vult ad verba Paullina iudaizanti agendi rationi Petrinae v. 16. oppoſita: ειδοτες, ὁτι ου δικαιουται ανθρωπος εξ εργων νομου, εαν μη δια πιστεως Ιησου Χριστου, και ἡμεις εις Χριστον Ιησουν επιστευσαμεν, ἱνα δικαιωθωμεν εκ πιστεως Χριστου, και ουκ εξ εργων νομου· διοτι ου δικαιωθησεται εξ εργων νομου πασα σαρξ. ex quibus, vti ex totius loci contextu appareat, Paullum non ſoli Petro, ſed etiam Iacobo refragari, vtpote quo auctore Petrus conſuetudinem cum ethnicis intermiſerit, quique idem in epiſtola ſua praeceperit: non ſufficere την πιστιν, ſeu nudam Ieſu Meſſiae profeſſionem, ſed

9) Vid. prolegg. noſtra pag. 115 ſq.

10) L. not. 2. c. pag. 164 ſqq.

τῃ πιστει adhuc iungenda eſſe τα εργα ſc. του νομου Μωσεως, quippe a quibus τῃ πιστει illa haud liberaremur; ad quae hic Paullus: *purum Chriſtianismum, admixto νομῳ Μωσ. haud vitiatum, tradi ac commendari debere.*

Sed neque *Paulli*, neque *Iacobi* locus huic interpretationi fauere videtur. Quod ad *illum*, ſub iudice adhuc lis eſt, annon Paullus finita repreheniione agendi rationis Petrinae, quam multi cum Koppio ſolis verbis comm. 14. ει συ, Ιουδαιος υπαρχων, εϑνικως ζῃς, και ουκ ιουδαικως, τι τα εϑνη αναγκαζεις ιουδαϊζειν; abſolui putant, comm. 15 ſqq. denuo cum *Galatis* agere pergat. Quodſi vero et v. 15 ſqq. adhuc ad Petrum obiurgandum pertineant, Paullus tamen, quod Cel. Sonnenmayerus iam vidit [11]), non tam in eo deprehenditur, vt doctrinam, quam potius vt agendi rationem et praecipue tergiuerſationem Petrinam reprehendat. Vt vero, vrgente et inſtante Augustio, verba comm. 16. modo commemorata ad caſtigandam vel *doctrinae* Petrinae peruerſitatem, referantur; minime tamen πιστις ibi doctrinae chr., in genere ſpectatae, puritatem, ſed ex vſu loquendi Paullo vſitatiſſimo, fiduciam in morte Chriſti ſalutari collocatam ſignificat, cum disputatio Paullina v. 21. abeat in verba haec: ει γαρ δια νομου δικαιοσυνη, αρα Χριστος δωρεαν απεϑανεν. cf. 3, 6. Quare, ſi quod in hoc commate opprobrium latere ſtatuendum eſſet, illud non tam ad turbatam religionis chr. puritatem omnino, quam potius ad mortis I. C. vim ſalutarem, legum Moſaicarum obſeruatione quaſi integratam reuocandum eſſe vi-

[11]) Vid. *Auguſti neue theol. Blätter.* Vol. I. fasc. 2. pag. 55 ſqq.

deretur; ſed imminuti ſic a Petro et Iacobo mortis I.C. ad gratiam diuinam hominibus concilian- dam momenti prorſus contrarium apud illum, et apud hunc ne leuiſſimum quidem veſtigium depre- henditur. vid. infra. Quicquid vero Petro hic vitio verti putetur, quonam iure hoc, etiam ad *Iacobum* transferatur, equidem non video, cum Petrus *Iudaeos*, i. e. *Iudaeo Chriſtianos Hieroſolymitanos* veritus priſtinam cum ethnicis familiaritatem intermiſiſſe dicatur. Nam quod Iudaei iſti *a Iacobo ablegati* erant, huius rei, ad quam AVGVSTI praeter rem lectores attentos reddit, non ea vis eſſe poteſt, vt ii *ex mandato Iacobi eiusque auctoritate* Petro conuictu cum Graecis interdixiſſe putandi ſint, cum Chriſtianorum Hieroſolymitanorum leges Moſaicas obſeruandi ſtudium paullo tenacius ex Act. 21, 20. ſatis conſtet, ita vt Petrus vel horum praeſentia commotus a conſuetudine cum ethnicis refugere poſſet, ne ab iis deſertae religionis Moſaicae nomine obtrectaretur.

Iacobi vero locum 2, 14 ſqq. vbi ſpectaueris, omnis eius contextus protinus turbatur, omnisque vis eius atque ſignificantia perit, vbi εργα, nudae praeceptorum religionis chr. notitiae oppoſita, ad εργα του νομου Μωσεως, nec potius ad facta retuleris, quibus *ipſius religionis chr.* cognitio declarari et exprimi debeat; vt taceam, Iacobum, quem cenſuiſſe legimus Act. 15, 19., iis qui ab exteris gentibus ad veri Dei religionem acceſſerint, nullam, vniuerſa lege Moſaica ipſis obtrudenda, creandam eſſe moleſtiam, quique in epiſtola ſua doctrinam Chriſti νομον τελειον τον της ελευθεριας praedicare non dubitat 1, 25. 2, 12. in ſuſpicionem του νομου δουλειας in patrocinium ſuſcepti vocari vix poſſe.

Praeterea et aliae aliunde hanc fententiam dif- ficultates premunt. Sic Vir S. V. demonftrare de- buiffet, Paullo et in reliquis circa fidem et opera disputationibus, in epiftolis ad Rom., Gal. et Hebr. obuiis iisque et ipfis ad Iacobi fententiam im- pugnandam ab eo relatis, πίστιν nihil amplius fuiffe, quam illam ipfam religionis chr. puritatem; id quod equidem mihi demonftrandum haud fum- ferim. Neque minus Viro doctiff. refutanda erant argumenta, quibus interpretes epiftolam Iacobi poft Paullinas ad Rom. Gal. et Hebr demum ex- aratam effe demonftratum eunt (vid. prolegg. noftra), quo magis appareret quod contendit: *nullam* prorfus adeffe rationem, quae epiftolam noftram ferius exaratam effe doceat. Maluit ad- mittere, Paullum forfan Gal. l. c. Iacobum propter fententiam de lege Mof. vel a Chriftianis haud fpernenda folo ore profeffam impugnaffe; fed Ia- cobum extra eiusmodi fententiae fouendae et pro- ferendae culpam ponere modo conati fumus. Quid? quod non repugnare fe ait, fi quis Iaco- bum vel poft lectas epiftolas Paullinas fupra com- memoratas fuam demum exaraffe contenderit, fi- quidem vel fic Paullus Iacobi impugnator, non vero a Iacobo impugnatus appareat; nifi hoc con- cedens rectius dixerit: certamen, quod Paullus in- ftituerit, a Iacobo, in epiftola fua Paullo vicis- fim litem faciente, continuatum effe; quo tamen largiendo reducimur ad vulgarem fententiam, ex qua Iacobus habita doctrinae Paullinae ratione locum noftrum confcripfiffe putatur.

Iam vero non effe, quod inter vtrumque apo- ftolum veram omnino controuerfiam atque pugnam locum habuiffe ftatuamus, commemoranda eorum fententia demonftrabimus, qui

II. Paullum atque Iacobum, quorum ille salutem nostram a sola fide pendere affirmat, hic vero negat, *commode inuicem conciliari* posse iure contendunt [12]). Horum

1) *nonnulli* tantum abesse dicunt, vt Iacobus Paullo contradixerit, vt eum potius *doctrinae Paullinae nulla ratione habita* suam de factis soli fidei praeferendis sententiam enuntiasse perhibeant, cum, quia Iacobus vocabula πιστις et εργα sensu, ab vsu loquendi Paullino prorsus alieno, adhibuerit, tum quia Iacobum, si Paullum respexerit, caututum fuisse existimant, ne aduersarii doctrinae Paullinae vel speciem prae se ferat [13]). Sed, quamvis lubentes concedamus, alium alio sensu voces

12) Qui primus Iacobi cum Paullo conciliandi periculum fecit, TURKLINUS fuisse videtur in: *Exercitatione sua theologica textuali de concordia Pauli et Iacobi in articulo iustificationis*, quae exst. in Vol. III. *instiitut* eius *theol. elenchtic.* Recentioribus temporibus MICHAELIS, KNAPPIUS, TITTMANNUS, EICHHORNIUS, MORUS, MEYERUS, ZIMMERMANNUS (in RULLMANNI *Materialien für alle Theile der Amtsführung eines Predigers* Vol. IV. fasc. 1. pag. 4 sqq.) ROSENMÜLLERUS, CLAUSENIUS et tantum non omnes interpretes qui epistolam Iacobi sibi explicandam sumserunt, et huic reconciliationi operam suam nauarunt.

13) Sic in MICHAELIS *introductione in scripta N. T.* Vol. II. pag. 1410. leguntur haec: *Ich kann mir nicht vorstellen, dass Jacobus so würde geschrieben haben, wenn er jemahls den Brief an die Römer gelesen oder Pauli gewöhnliche Redensarten und* tropum paediae *gekannt hätte. Vermuthlich würde er zwar eben die Wahrheiten vorgetragen, aber sie mit anderen Worten gegeben haben, bey denen er nicht schiene eine Wahrheit zu leugnen, die Paulus als eine Grundwahrheit vorträgt.*

illas adhibuiſſe, caſu tamen factum eſſe, vt Iacobus in eadem cum Paullo πιστεως, εργων et δικαιοσυνης vocabula, eademque fidei exempla, non ſolum Abrahami, quod eum ex vſu Iudaeis familiari attuliſſe dixeris, ſed etiam Rahabae inciderit, quo, in tanta exemplorum obuiorum copia nobilius facile inueniri poterat, quis quaeſo, non repugnante improbabilitatis ſenſu interno, contendere auſit? [14]) Hinc

2) *longe plurimi* omnino *Iacobum doctrinam Paulli reſpexiſſe* concedunt, diuerſas tamen ad ſententiam eius cum aſſertionibus Paullinis conciliandam vias ingredientes.

a) *Veteres* nimirum interpretes, doctoresque dogmatici, ne vſus loquendi biblici conſtantia quid detrimenti capiat, *Iacobum*, licet *vocabula iſta* πιστις, εργα *et* δικαιοσυνη *ſenſu a Paullino prorſus non diuerſo* vſurpauerit, Paullo tamen non contradixiſſe, ſtatuere non dubitant. Quod vt nobis demonſtrent, in infinito argutiarum et diſtinctionum mere eccleſiaſticarum et a mente vtriusque apoſtoli alienarum labyrintho oberrant, quem tamen cum Lectoribus percurrere nolo, veritus, ne patientia ipſorum praeter rem abutar [15]). Equidem potius, ſi vel maxime concedendum eſſet, Iacobum de fide eadem operibusque iisdem loqui, de quibus Paullo ſermo eſt, diſſenſum adeſſe, neque vero me hoc diſſenſu perturbari ingenue faterer. In eodem enim argumento tractando aliud ſcriptoris conſilium aliud ſcribendi genus requirit. Quod vbi transfertur ad locum Paullinum Rom. 4., in quo

[14]) Vid. prolegg. noſtra pag. 42 ſqq.

[15]) Adeant G. *Bulli harmoniam apoſtolicam*, (exſt. in Opp. eius ed. *Grabii.* Lond. 1703.), quorum intereſt talia penitius perſcrutari.

negari non poteſt, vnicum Paulli conſilium fuiſſe, vt Iudaeos, qui de virtute et dignitate ſua, quaſi proprio ſtudio propriisque viribus ſibi comparata, inſolentius gloriabantur, a vaniſſima hac arrogantia reuocaret, et ad locum noſtrum, in quo Iacobo cum hominibus in ſola fide acquieſcentibus res eſt; quid mirum, ſi Paullus ad Chriſtianorum animos eo magis commouendos ardentiori ſtudio fidem poſthabitis operibus, Iacobus vero opera, neglecta quodammodo fide, Chriſtianis commendauerit.

b) *Recentiores* vero rectius *aliam Paullum aliam Iacobum, pro conſilii diuerſitate, iisdem vocabulis poteſtatem ſubieciſſe* affirmant. Πιστιν enim Paullo valere *fiduciam in Deo propter Chriſtum collocatam*, Iacobo contra *ſcientiam atque notitiam religionis chr. omnino; τα εργα* vero Paullum intelligere de *actionibus ad leges Moſſ.*, Iacobum vero de *actionibus ad normam praeceptorum religionis chr. conformatis*, locorum Paullinorum huc pertinentium, locique Iacobi contextus clamat, ita vt in tanta argumenti diuerſitate alius alii repugnaſſe dici nequeat. Quod autem in ſumma licet conſilii diſcrepantia, quo vterque hoc argumentum tractaſſe putandus eſt, tanta tamen cernitur tam exemplorum, eodem ordine diſpoſitorum, quam vſus loquendi, Paullo peculiaris, congruentia, eius rei cauſam cum SEMLERO inde repetimus, quod Iacobus, reſpectum habens ad Paullinam illam de fide operibus praeſtante disputationem, a falſis quibusdam doctoribus perverſam atque deprauatam, cauere voluerit, ne Chriſtiani in pernicioſiſſimum errorem rapiantur eum, ac ſi πιστις vel ſenſu eo, quo *religionis notitiam* indicat, τοις εργοις, quatenus *facta ad illam religionis notitiam accommodata* ſignificat, praeſtare

putanda fit. Quo luculentius fcilicet appareat, hac vi vocibus iftis fubftrata, contrariam fententiam, quae opera fidei praefert, *vel ex ipfa mente Paullina* tuendam effe, Iacobus fententiae huius demonftrationem ad eadem verba eademque exempla, quibus Paullus fidem prae operibus commendauerat, eo lubentius adftrinxit, quo magis Iudaei, eruditione pollentes, in eiusdem rei cum pluribus iisque fibi inuicem oppofitis conuenientia exploranda, eodemque disputandi genere ad res contrarias transferendo, ingenium exercere amabant, id quod vel ex iisdem V. T. effatis ad res plures easque quam maxime diuerfas haud raro accommodatis fatis conftat.

III. Sed licet locus nofter, ad Paullinam de fide et operibus disputationem fic relatus, fatis bene procedere videatur, non poffum tamen, quin ingenue fatear, mihi, interno cuidam fenfui in loco perlegendo indulgenti, praeter exfpectationem venire, quod Iacobus, verbis et exemplis Paullinis de fide et operibus non Paullinis differens, disputationis Paulli circa hanc materiam, menti eius praefentiffimae, ne vllam quidem mentionem fecerit, qua, vel transeundo facta, infuper cauisfet, ne lectores ab ipfo dicta ita acciperent, ac fi aliam πιστιν aliaque εργα in locum eorum, quae Paullus intellexerit, furrogare voluerit, in quam quidem partem disputationem eius facillime fumi potuiffe, quis quaefo non viderit. Dicam libere, quid hac de re fentiam: iudicium efto penes intelligentiores.

Scilicet qui animo ad chriftologiam (quam vocant) Iacobi attento epiftolam eius perlegerit, facile animaduertet, eum fumma quidem cum reverentia de Iefu tanquam Meffia loqui (2, 1.), fueto

eoque honorificentiſſimo του Κυριου nomine eum ornare (1, 1. 12. 2, 1. 5, 7. 8.) παρουσιαν eius olim futuram (5, 7. 8.), κρισιν ab eo habendam (2, 12. 13.) et σωτηριαν per eum inſtaurandam (1, 21. 2, 14.) bene noſſe atque plena fide commemorare; at vero neque in loco noſtro, neque in reliquo epiſtolae ambitu, licet occaſione quam maxime idonea ipſi ſaepius oblata, fidei Meſſiae immolato (quem ignorabat omnis antiquitas iudaica), habendae, quam Paullus quauis anſa praebita vel arrepta commemorat, vllam leuiſſimamque mentionem feciſſe. Sic e. c. pauperem haud contemnendum (cap. 2.), vel etiam fratrem ex itinere deuio in rectum tramitem reducendum (5, 20.) adiectis verbis ὑπερ οὑ Χριστος απεθανε (Rom. 14, 15.) vel ſimilibus ornare; ſic Chriſtianorum, quos vult εγγιζειν τῳ Θεῳ (4, 8.) memoriam ad cogitationem της προσαγωγης ἡν εσχηκαμεν εν πιστει (Rom. 5, 2. Eph. 2, 18. 3, 12. 1 Pet. 3, 18.) excitare; ſic iisdem, monitis vt malo daemoni reſiſtant (4, 7.) της πιστεως remedium commendare (1 Pet. 5, 8. Col. 1, 13. 14.) aliisque aliunde petitis commemorandae fidei illius occaſionibus vti potuiſſet, quas tamen non captauit ſed amiſit. Quae quidem omnia nobis aequa lance penſitantibus ſuſpicio adfertur, annon Iacobus, [pro more Eſſenorum, ſi vere fuerit Eſſenus, a theorematibus philoſophicis et dogmaticis et ipſe alienus [16]], forſan effata I. C. de mortis ſuae momento, rariora illa quidem, ad iuuandum et adaugendum tam inconcuſſae firmitatis, quam diuinae praeſtantiae religionis eius ſenſum ſalutarem commode reuocari poſſe ratus, difficultatesque in Paullina iſta mortis Chriſti vere ſacrificalis adumbratione

16) Vid. prolegg. noſtra pag. 109.

latentes bene percipiens [17]), hanc ipſam vt et πίστιν ad hanc mortem relatam, parum fouerit, totumque hoc Paulli placitum ſoli ſtudio eius tribuerit, quo in rem ſacrificalem Iudaeorum et cultui chriſtiano vindicandam ferri videbatur [18]).

17) Omnino quidem P ulus, aliique praeter Iacobum apoſtoli ſic mort m Chriſti adumbrantes non ſolis ſibi et aeui ſui hominibus, praeſertim Iudaeis, de ſacrificiorum neceſſitate perſuaſiſſimis, ſed et nobis hodie viuentibus bene conſuluiſſe putandi ſunt, quatenus locis illis, Chriſtum velut ſacrificium ὑπὲρ ἡμῶν oblatum praedicantibus, rudi iudaismi cortice denudatis grauiſſimarum ſententiarum bona medulla ſubeſt, e. c. quamuis aberrationem ab officii dictamine virtutisque norma cum praeſtantia humana pugnare poenaque digniſſimam eſſe; ex quouis peccato damnum morale emergere, propria vi ac opera irreparabile, et i. g. a. quibus, miſſa ipſius ſacrificii cogitatione, tenendis vlteriusque proſequendis, omnes iam nunc difficultates euanescunt, ad quae tamen cogitando nondum euehebantur apoſtoli illi, qui potius, vbi a Iacobo receſſeris, circa nudam ſacrificii notionem ſubſtitiſſe videntur.

18) Scilicet Paullus, vtpote Iudaeus, Iudaeorumque de ſacrificiis doctrinae, in qua tantum non totius cultus diuini cardinem verti opinabantur, aſſuetus et innutritus, idemque ex vulgari Iudaeorum opinione doctrinam Meſſiae nonniſi religionis iudaicae (quam, cum origine diuina gaudere crederetur, et nunquam abrogatum iri perſuaſum habebant), adeoque et ritus ſacrificalis iud., amplificationem atque dilucidiorem, politiorem et ſublimiorem interpretationem eſſe ratus, in ſacrificii notionem ad mortem I. C., qua in toto rerum chriſtianarum ambitu nihil inueniebatur huic notioni conuenientius, transferendam incidiſſe videri poterat, ne doctrinae Chriſti, (qui de ſacrificiis offerendis nihil praeceperat), quod ſummum putabatur, ſacrificiorum ornamentum deeſſe videretur, quo deſtituta Iudaeis

In his vero a me disputatis vbi aliquid veri me vidiſſe iudicauerint Lectores, non mirabuntur ſilentium, quo Iacobus fidem, qualem Paullus extulit, tam in loco noſtro quam alibi praetermiſit, ne eam vel commemoratione probare atque commendare videretur; mirabuntur vero mecum modeſtiam, humanitatem pacisque ſtudium apoſtoli, qui Paullinam de fide operibus praeſtante ſententiam, quamuis ei haud patrocinatus ſit, contra peruerſam peruerſorum hominum interpretationem tutandam quam argumentis refutandam ſibi ſumere maluit.

Sic igitur hancce meam qualemcunque loci noſtri interpretationem duas illas ſuperiores quaſi inuicem iungere dixerim, ſiquidem ex priori Iacobum non quidem Paullo aperte contradixiſſe, ſed aliter tamen quam eum de fide tacite ſenſiſſe cenſeo; ex poſteriori vero nullus dubito, quin Iacobus, quamuis a Paullo diſſentiens, cauere tamen voluerit, ne ſententia Paullina male intellecta pie factorum negligentiam comprobare videretur.

Ceterum Iacobo et Paullo, ſi hic vere non in eadem ſententia deprehendantur, idem accidiſſe

et ethnicis, ſacrificiis factitandis deditiſſimis, vix viguerit. Placere ipſi potuit haec mortis I. C. ad victimae mortem reuocatae repraeſentatio mente concepta eo magis, quo praeſtantius atque abſolutius comparuit ſacrificium hoc ἐφ' ἅπαξ oblatum (Hebr. 9, 28.) nec vlterioribus ſacrificiis faciendis locum relinquens, et quo facilius mortis opprobrium a Meſſia, quem nunquam moriturum eſſe Iudaei perhibebant, praeclaro hoc fine atque conſilio morti eius ſubſtrato, depelli poſſe videbatur. Iam vbi ſacrificia, ibi et πίστις. Hinc igitur et Paullus in πίστιν illam ad mortem Chriſti ſacrificalem relatam incidere poterat tam Iudaeis quam ethnicis commendandam.

exiſtimauerim, quod olim factum eſt et hodie adhuc fit, vt eiusdem ſcholae philoſophi in hac vel illa theſi a ſe inuicem discrepent, haud tamen dubitantibus nobis, eos ad eandem ſcholam pertinere [19], ſed iudicantibus potius, eos ſuo quemque ingenio vſos eſſe, neque iuraſſe in verba magiſtri, ſolo ore repetenda.

EXCVRSVS III.

Variae interpretationes formularum κοσμος της αδικιας *et* τροχος της γενεσεως *Cap.* 3, 6. *breuiter enarratae atque diiudicatae, noſtraque ſententia, in ipſo contextu ſupra propoſita, copioſius explicata.*

De nexu huius loci cum proxime ſuperioribus ante omnia tenendum eſt, Iacobum iam in eo eſſe, vt ſimilitudinem, quae intereſt inter linguam ignisque ſcintillam, explicet hanc: *niſi recte lingua vtaris, vt ignis ſcintilla multorum malorum fons eſſe poteſt, atque origo.* Hanc ipſam vero ignis ſimilitudinem vniuerſa hac formula ad linguam transfert ſic: και ἡ γλωσσα πυρ, ὁ κοσμος της αδικιας, *et lingua igni ſimilis eſt,* κοσμος *ille* της αδικιας, in qua quidem formula explicanda mira eſt interpretum varietas, quam reuocauerim ad duas claſſes has:

1) *Prima* complectitur explicationes ex *immutata vulgari loci noſtri lectione* petitas; quo pertinet

a) *Syri* verſio haec: *et lingua ignis eſt, et mundus peccati eſt inſtar ſiluae,* quaſi legiſſet: και ὁ κοσμος της αδικιας ἡ ὑλη· i. e. *homines ſce-*

[19]) Cf. Augusti l. not. 2. c. pag. 172.

lefti funt materia igni concipiendo apta. Neque multum a Syro recedit antiquiffima verfio Corbeienfis fic habens: *lingua ignis feculi iniquitatis,* ita vt verfionis auctor legiffe videatur: ἡ γλωσσα πυρ του κοσμου αδικιας, i. e. *lingua in feculo vel mundo iniquitatis, feu inter homines fcelefios, fummum damnum elicit.* Placuit *Syrus* potiffimum b. Moro, quem etiam fequuti funt S. V. Augusti et de Wette bene fic reddentes: *Auch die Zunge ift ein Feuer, die Welt der Ungerechtigkeit aber der Brennftoff.* Sed quamuis egregium fic verba fenfum fundant, vix tamen perfuadere mihi poffum, faciliorem hanc lectionem, fi genuina fuiffet, in difficiliorem, voc. ὑλη omittentem, abiiffe. Quare Syrum non tam fic legiffe, quam potius locum noftrum hoc fupplemento explicaffe, magisque id cogitaffe putauerim, quod Iacobum fcripfiffe vellet, quam quod fcripfit.

b) Clericus, cui etiam adftipulatur S. V. Eichhornius [20]), verba και ἡ γλωσσα πυρ, ὁ κοσμος της αδικιας ex margine illata putat; neque diffitendum eft, ea gloffematis omnino fpeciem prae fe ferre, praecipue cum a verbis οὑτως etc. noua ftatim fequatur exempli ab igne petiti applicatio, qua altera ea, quae verbis noftris abfoluitur, prorfus fuperflua reddi videtur. *Ill.* Hottingerus vero, interprete *Syro* duce in gloffematis huiusce caufas penitius adhuc et follerter inquirens, fufpicatur, non neminem ad illa verba: ιδου ολιγον πυρ ἡλικην ὑλην αναπτει, οὑτως ἡ γλωσσα, fingulas comparationis partes illuftrare volentem margini haec adfcripfiffe: ἡ γλωσσα πυρ, id eft: *igni* in altero comparationis membro refpondet *lingua*, ὁ κοσμος της αδικιας ὑλη i. e. τῃ ὑλῃ f.

20) *Allg. Bibl. d. bibl. Litterat.* Vol. I. fafc. 2. p. 325.

materiae vel ſiluae reſpondent homines *improbi* et *peruerſi*, quorum malitiam vnius hominis maledicentia ad nocendum facile poteſt incendere. Id deinde interpretamentum in textum migraſſe exiſtimat, vocabulo ὑλη aut ſcribae vitio excidente, aut, quia incommodum viſum ſit, deleto — Omnino quidem verbis illis eiectis praecedentia cum ſequentibus firmiſſima iunctura coeunt, et ex acutiſſima coniectura *Hottingeriana*, quae per ſe ſpectata omnium approbationem mouebit, et additi interpretamenti ratio ſatis manifeſta eſt; ſed interpretamentum illud, quo et ipſo inſerendo contextus turbari videbatur, in tot adeoque vetuſta epiſtolae noſtrae exempla irrepſiſſe, vt ne in vllo quidem eorum, quae ad nos peruenerunt, deſideraretur, id mihi quidem non probari, ingenue fateor.

2) *Altera* claſſis eorum eſt interpretum, qui *vulgarem lectionem tuentur.* Ex his

a) Carpzovius ita reddit, ac ſi ſcripſiſſet Iacobus: και ἡ γλωσσα πυρ, τον κοσμον τῃ αδικιᾳ αναπτει, *et lingua ignis eſt, totum incendens mundum iniuſtitia.* Sed, ſi quid ſentio, non ſine magna duritie.

b) Herderus voc. κοσμος, *Heſychio* auctore, pro στρατηγῳ arripiens, vertit: *lingua, auctor ille et dux omnium flagitiorum* [21]. At vero, vbi ab *Heſychii* auctoritate [22], et a Cretenſium loquendi more, huc vix transferendo, ex quo magi-

[21]) "*Die Triebfeder und Anrichterin alles Unrechts.*"

[22]) Eademque forſan ambigua, ſiquidem poſt verba ταξις, καταστασις proxime praecedentia, pro στρατηγος forte στρατος legendum eſſe videri poſſit, cui, bene ornato et inſtructo voc. κοσμος ſatis congruit. cf. *Alberti* ad iſtum loc. *Heſ.*

ftratus is κοσμος dicebatur, quem Lacedaemonii εφορον vocabant [23]), receſſeris; interpretatio illa omni praeſidio, ex vſu loquendi petendo, deſtituitur.

c) Alii, inter quos et Semlerus atque Storrius, κοσμον, ex ſignificatione maxime ſolenni, de *ornamento* accipiendum eſſe rati, vertunt: *lingua impietatis ornamentum*, ſeu *res quae impietatem exornat atque defendit;* quaſi κοσμει την αδικιαν (*ſie weiſs das Böſe zu bemänteln*). Sed haec interpretatio, vſu loquendi ſatis firma illa quidem, a loci tamen contextu aliena videtur, ſiquidem prorſus non apparet, vnde Ap. in ſingularem hunc linguae ad vitia potiſſimum velanda et infucanda abuſum commemorandum inciderit. — Prae caeteris placet.

d) Bensoni interpretatio, quippe qui κοσμος pro *ingenti rerum abundantia* ſiue *complexu multarum rerum* accipit, quo quidem ſenſu et Anglos interdum *mundum diuitiarum, mundum mortis* [24]), *mare miſeriarum*, *oceanum voluptatum*, *diluuium improbitatis*, adhibere monet. Sed quamuis haec ad ſenſum huius loci *illuſtrandum* faciant, minime tamen ad *graecum* hunc vſum loquendi *confirmandum* ſufficiunt. Nec equidem pro tuenda hac ſignificatione cum aliis interpretibus ad locum Petrinum 2 ep. 2, 5. κατακλυσμον κοσμῳ ασεβων επαξας, qui commode etiam per κατακλ. επαξ. τῃ γῃ, εν ᾗ ουκ ησαν ει μη ασεβεις, reſolui poteſt; neque ad *Heſychium*, quatenus κοσμος etiam per κατασκευη reddit, quae tamen vox *multitudinis* notionem non neceſſario requirit, adeoque late patet, vt et ipſa explicatione indigere videatur:

[23]) Cf. *Ariſtot.* Polit. l. 2. c. 4 et 10.

[24]) *An univerſe of Death:* Milton.

quam potius, praeter ipſius vocabuli indolem, quod *mundi* ſenſu et *multitudinis* notionem inuoluat neceſſe eſt, ad Prov. 17, 6. του πιστου ὁλος ὁ κοσμος των χρηματων, του δε απιστου ουδε οβολος, et praecipue ad Gen. 2, 1. Deut. 4, 19. 17, 3. Ieſ. 24, 21. 40, 26. coll. Nah. 2, 9. vbi κοσμος (adſtipulante et ipſo *Heſychio*, κοσμος per ταξις, κατασταςις reddente), pro צבא ſurrogatur, ac denique ad *Suidae* auctoritatem prouocauerim, obſeruantis: σημαινει δε ὁ κοσμος τεσσαρα· ευπρεπειαν, τοδε παν, την ταξιν, το πληθος παρα τη γραφη. Praeterea verba noſtra magis ex dicendi genere poetico quam e quotidiana loquendi conſuetudine hauſta videntur. His igitur adductus reddiderim iam ſic: *et lingua igni ſimilis eſt, complexus ille plurimorum flagitiorum.* Qua quidem interpretatione admiſſa, Iacobus ex *multitudinis* miſeriarum, quas incendium concitat v. 5., notione, ad hanc linguae cum igne comparationem delapſus eſſe videtur, quippe quae et ipſa flagitiorum κοσμω ſ. *multitudini* anſam praebet.

Communis vero difficultas, qua haec interpretationum, textum vulgarem tuentium, quaternio, nec non illa, quae ex Syri verſione locum noſtrum explet [25]), haud leuiter premuntur, inde prodit, quod verbis και ἡ γλ. πυρ, ὁ κοσμ. τ. αδικ. inter ſequentia et ſuperiora interpoſitis, comparationis membra male disiungi videantur, cum illud οὑτως, cum fine commatis ſuperioris coniunctum, comparationis αποδοσιν inchoet. Sed et vulgari lectione ſeruata ſaluam eſſe putauerim ſententiarum connexionem verborumque conſequutionem, dummodo illa: και ἡ γλωσσα πυρ, pro generaliori verborum proxime praecedentium ολιγον πυρ ἡλι-

[25]) Vid. ſupra ſub n. 1. a. pag. 317 ſq.

κην ὕλην αναπτει, ad linguam applicatione fumferis, quam, poft interiectum linguae vituperium: ὁ κοσμος της αδικιας, (in quod Ap. vehementiori affectus concitatione deferebatur), inde a verbis οὕτως ἡ γλωσσα καθισταται vlterior, eaque in partes rei defcendens excipit applicatio, quam, admiffa infuper particulae οὕτως quam maxime probabili omiffione 26), fatis bene procedere videbis fere fic: *Ah! quantillus faepe ignis, quantas filuas incendit! Et lingua ignis, congeries ifta omnium fcelerum! Et lingua* (torris inftar, qui incendii efficiendi caufa alicubi collocatur) 27), *in membris noftris collocata eft* (καθισταται) *etc.* Quodfi vero οὕτως e textu migrare nolimus, quid impedit, quo minus cum S. V. AUGUSTO inde a particula ifta nouam propofitionem incipere ftatuentes, breuiloquentiam loci n. expleamus hoc fere modo: οὕτως *fic*, fc. ὡς πυρ, *tanquam ignis fpectata*, *lingua collocata eft etc.* Ex vtraque interpretandi ratione articulus ὁ voci κοσμος additus, quem MORUS, probante HOTTINGERO, e vulgari lectione et interpretatione haud addi debuiffe exiftimat, tantum abeft vt redundet, vt potius augendo linguae vituperio inferuiat. — Sic mihi quidem locus expediendus videtur. Deftituitur quidem, fic expeditus, dialectica illa membrorum coniunctione, fed eo magis pollet fermone abrupto et fufpenfo atque vi illa poetica, quae plane eft ex indole Iacobi. Atque haec quidem de formula κοσμος της αδικιας fufficiant.

Altera, quae interpretes valde exercet, haec eft: τροχος της γενεσεως, quem Iacobus, in eadem ad-

26) Vid. var. lect. Adde, quod οὕτως ex verbis comm. 5. οὕτω και ἡ γλωσσα, facile huc transferri poterat.

27) Sic tropo, quo vfus eft Ap., mente concepto fimul apparet, cur καθισταται dicere maluerit quam εστι.

huc linguae cum ignis fcintilla comparatione con-ftitutus, *linguae abufu quafi inflammari affirmat.* Τροχος, *Hefychio* interprete, omnino i. e. q. κυκλος. Iam vero res *identidem et ordine quodam redeuntes* ad rotae vel circuli fimilitudinem reuocari folent; vnde plurimae huius loci explicationes fponte prodeunt. Potiores hae effe videntur:

1) *Aethiops* et *Arabs* vertunt *rota naturae*, nec male quidem *per fe*, quia naturae etiam vi-ciffitudines identidem in rotae modum redire folent. Similiter Drusius et Beza τροχ. τ. γ., fenfum magis quam verba fpectantes, pro mundo, f. *orbe condito* accipiunt. Sed quid linguae abufus ad to-tum *naturae* orbem f. *mundum* inflammandum? Vnde magis arridet

2) *Syrus* ita vertens: *lingua accendit feries generationum noftrarum, quae currunt vt rota*, apte ad hebr. תולדות גלגל, quem fequitur Wolfius in Curis. Pertinet huc illud *Simplic.* in Epict. p. 94. ὁ απεραντος της γενεσεως κυκλος, δια ταυτα επαπειρον προϊων, δια το την αλλου φθοραν αλλου γενεσιν ειναι. *Eurip.* ap. Plut. de Confol. p. 104. B. κυκλος γαρ αυτος καρπιμοις τε γης φυτοις, θνητων τε γενεα τοις μεν αυξεται βιος, των δε φθινει τε κακθεριζεται παλιν. *Mufaeus* ap. Clem. Al. Strom. l. 6.

Ὡς δ'αυτως και φυλλα φυει ζειδωρος αρουρα,
Αλλα μεν εν μελιησιν αποφθινει, αλλα δε φυει.
Ὡς δε και ανθρωπου γενεη και φυλλον ελισσει.

3) Sed quidni, quae facilior adhuc videtur ratio, τροχον της γενεσεως ad *fingularem hominis vitam* reftringamus, quae, cum idem fere femper tum temporum, tum negotiorum in vita vnius-

cuiusque hominis circulus reuocetur, vel, vt cum *Plinio* [28]) loquar, cum omnia ordine quodam et velut orbe circumagantur, iure τροχος dici poteſt. Huc pertinet illud *Anacreontis* Od. 4. v. 7. 8.

Τροχος ἁρματος γαρ οἱα
Βιοτος τρεχει κυλισθεις.

nec dubito, quin Iacobus in h. l. conſcribendo ſimilem poetae cuiusdam locum ante oculos habuerit. Γενεσις, (מוֹלָדָה), quae eſt *vitae initium*, ex vſu loquendi Helleniſt. pro *vita omnino* ponitur, Iudith. 12, 19. Sap. 7, 5. [29]); τροχ. γεν. vero [30]), ſymbolica dicendi ratione remota, nil amplius quam ὁλος ὁ βιος, et φλογιζειν τον τροχ., בער גלגל Pſ. 83, 14. coll. 15. 16. *incendere vitae orbem*, i. e. *miſerum reddere*; Marc. 3, 5. ita vt ſenſus oriatur hic: *mala ex linguae abuſu oriunda per totam vitam noſtram*, vel, ſi Syrum ſequaris, *per plures generationes alias aliis ſucceſſuras cernuntur*. Eodem haud dubie ſenſus redit, vbi cum

4) Grotio, Michaele, Carpzovio, Moro, Rosenmüllero, Augusto, Stolzio, Hottingero, aliis, loco τροχὸν cum accentu in priori ſyllaba τρόχον legeris, i. e. τον δρομον της ζωης, ſ. ὁλην την ζωην, *totius vitae a prima origine vsque ad mortem decurſum* [31]). Ad quam quidem coniectu-

[28]) Ep. l. 3. ep. 1.

[29]) Cf. S. V. *Schleusneri* lexicon, et quae ex *Ariſtide* et *Photii* Bibl. notauit *Heiſen*. Diſſ. 26. in ep. Iacob. p. 834.

[30]) Cf. de voc. τροχος etymologia *Bochart*. hieroz. II. 5. 8. p. 712.

[31]) Hunc ſenſum iam amplexus erat *Iſidorus Peluſiota*, quamuis lectionem τροχον retinens. Eius verba a *Wolfio* hic laudata ſic habent: το ἱερον λογιον φασκει, ὑπο της γλωττης συγχεισθαι τον χρονον της

ram confirmandam, aliqua faltem e loco *Philonis*, quod prob. lib. p. 880. D. a *Loesnero* ad h. l. allato, repeti poffit auctoritas: Λεγεται προς Μακεδονων τας Δαρδανιδας γυναικας αισχιστον κακον δουλειαν υπολαβουσας, ους εκουροτροφουν παιδας, εις το βαθυτατον του ποταμου ριπτειν επιφωνουσας, αλλ' υμεις γε ου δουλευσετε, πριν δε αρξασθαι βιου βαρυδαιμονος τροχεων, επιτεμοντες, ελευθεροι την αναγκαιαν και πανυστατην οδον περαιωσεσθε. Nolim ab interpretibus nonnullis carpi id, quod GROTIUS ac reliqui, eum fequuti, lectionem vulgarem deferant, idque fine codicum auctoritate. Nam quid, quaefo, ad nos lectio vulgaris et codices, vbi fermo eft non de literis graecis, fed de ifta accentuum filua, quam cum vera et antiqua Graecia extra fcholas grammaticas ignoraret, recentior manus adiecit, nulla a nobis religione colenda. In eo tamen MICHAELEM peccare arbitrer, quod φλογιζειν, quam vocem nonnifi fenfu malo me quidem legere memini, fenfu bono arripere videtur, reddens fic: *lingua totum vitae curfum accendit*, i. e. *concitatiorem facit* (pro quo nos dicere folemus *anfeuern*), vnde non fine aliqua duritie atque artificio elici vult fenfum hunc: *lingua faepe alios excitari, vt infano ftudio mala ingrediantur.*

5) BENSONUS. "vita hominum, inquit, rotae comparatur, quae, cum nafcimur, moueri incipit, citoque motu vsque ad mortis tempus voluitur. Quae quafi rota, vbi agitante lingua iufto plus feftinat, ignem concipit, quo tota machina confumitur." Pertinet huc quodammodo *Achmet* 160. Ει δε ιδη, οτι ηλαυνεν εν τῳ διφρῳ, και οι τροζους ημων. Similia ex *Oecumenio* habet *Suicerus* in *thef. eccl.* v. τροχος.

χοι εφλογισθησαν εκ της ελασεως, ευρησει νοσον. Sed haec interpretatio, praeter obſcuritatem, qua laborare videtur, et hoc, obſeruante iam MICHAELE, incommodi habet, quod eiusmodi quid rariſſime accidat.

6) BENGELII interpretatio, quae e τροχῳ τ. γ. *naturam humanam rationalem* eruit, omni vſus loquendi praeſidio deſtituitur. Neque enim locus, quo vtitur, Pſ. 77, 19. Φωνη της βροντης σου εν τῳ τροχῳ, verba Iacobi vllo modo illuſtrare poteſt, ſiquidem ibi de tonitru ſono ſermo eſt, quem per orbem aëreum quaſi *in rotae modum*, בגלגל, *vlterius volui* audimus.

7) HEINSIUS τρ. τ. γ. pro *naturali volubilitate* accipit, reſpiciens illud προσωπον της γενεσεως, quod per *vultus naturalis* reddendum erat, vt ſenſus prodeat hic: *naturalem ſuam velocitatem et volubilitatem inflammat et praecipitat.* Sed, ſi iudicare licet, paulo durius, et contra omnem ſententiarum nexum.

8) KYPKIANA tamen huius loci explicatione nullam vidi duriorem, longiusque repetitam. Cogitat Vir ille, ceterum de interpretatione N. T. optime meritus, in voc. τροχος de *tortura rotae, cui illigabantur rei, vt in ea extenſi ignibus ſucenſis torrerentur*, quae quidem ſignificatio allata locorum multitudine confirmatur, et apud *Ant. Gallonium* de martyr. cruciat. rotae eiusmodi figura cernitur p. 68. Iam τρ. τ. γ. ait, ſignificare *miſerias vitae omnino*, et φλογιζειν τον τροχον της γενεσεως, *augere huius vitae cruciatus.*

9) S. V. STAEUDLINUS auctorem noſtrum in ſublimi illa ac fere poetica linguae deſcriptione v. 6 – 9. narrationem iſtam Moſaicam Gen. 3, 1 – 6.

13. coll. 2, 17. 1, 26. coll. 9, 2. de prima origine corruptionis et miſeriae humanae, cuius cauſa proxima in *verbis inſidioſis ac mendacibus* ſerpentis, vel ex Iudaeorum (Sap. 2, 24.) et forſan Chriſti (Ioh. 8, 44.) atque apoſtolorum (1 Ioh. 3, 8. Apoc. 12, 9.) ſententia *diaboli*, fuerit, reſpexiſſe ratus, l. n. ita interpretatur: "*en tantillus ignis quantam materiam accendit! Etiam lingua ignis eſt, et fons innumerorum malorum. Ita* (ſicut initio originem peccato dedit latius deinde propagato, etiam nunc) *lingua inter noſtra membra ſe habet! Infecit illa totum corpus!* (ſicut olim genus humanum ita nunc corpus cuiusque) *ſeriem generationum accendit, accenſa ipſa a gehenna* (diaboli ſede, qui primus exemplum abuſus linguae funeſtiſſimum dedit). *Omnes ferae, volucres, animalia terreſtria et belluae marinae domari poſſunt, et domita ſunt ab homine* (et Deus ſubeſſe illa voluit homini Gen. 1, 26.). *Linguam vero nemo hominum domare poteſt* (linguae blanditiis ac fraudi nemo facile reſtiterit). *Malum eſt retineri neſcium, plena veneni mortiferi* (ceu lingua ſerpentis Gen. 3, 1 ſqq. 2 Cor. 11, 3. et ceu ἀνθρωποκτονος ille ἀπ᾽ ἀρχης Ioh. 8, 44.). *Ea celebramus Deum eumque patrem, eadem imprecamur hominibus, ad Dei ſimilitudinem factis* (Gen. 1, 26. 27.)." Neque tamen ita intelligi vult, quaſi haec omnia ad narrationes iſtas Moſaicas referri putet, ſed Iacobum in obiurgandis prauis iſtis magiſtris, contra quos diſputet, et in deſcribendis incommodis ac calamitatibus, ex linguae abuſu oriundis, antiquiſſima illa hiſtoriae generis humani momenta ob oculos habuiſſe, et alluſionis gratiam ex iis quaeſiuiſſe, probabiliſſimum ipſi videtur. Sed in ſumma licet huius interpretationis, quoad phraſin τροχ. τ. γ. ad interpretem Syrum accedentis (vid. ſupra n. 2.), ſubti-

litate, quam nemo non mirabitur, ex meo quidem fenfu, quo tamen falli me poffe non diffiteor, haec allufio patllo longius petita videri poffit, praefertim cum caufa miferiae humanae non tam in ipfo *linguae* abufu, quam potius vniuerfe in *obfequio fummo numini a primis hominibus*, ferpentis *aftutia* omnino feductis, *denegato* quaeri foleat, et cum *ferpentis*, ad quem tamen narrationis Mofaicae fumma in N. T. reuocari folet, apud Iacobum, ficuti *ignis*, a quo loci noftri metaphora deducta eft, apud Mofen ne vllum quidem veftigium occurrat; vt taceam, ex contextus ratione non tam de lingua *aliorum* coercenda, et peftifera eius vi effugienda, quam potius de lingua *propria* domanda, fermonem hic effe [32]).

10) SEMLERUS impurae Veneris, quae fine Cerere et Baccho frigeat, confuetudinem et exitium, loco iuftorum connubiorum et probi vfus ciborum et potus, hic defcribi ratus, *curfum naturae, quae ineft humano corpori*, intelligi vult, quippe quem lingua talium doctorum, qui voluptatum omnium libertatem promittant, ita inflammet, vt nullum amplius modum obferuet, fed praeceps in omnes voluptates ruat. Sic et Petrum, ait, qui Iacobi epiftolam viderit, 1 ep. 4, 3. defcribere *χρονον του βιου* (*τροχον γενεσεως*) peractum in *ασελγειαις*, *επιθυμιαις*, *οινοφλυγιαις*, *κωμοις*, *ποτοις* etc. Sed Iacobus, tam generatim et vniuerfe hic de lingua loquens, vix fingularem illum effectum in mente habuiffe putandus eft. Prope ad eum accedit

32) Cf. S. V. *Augufti* l. c. p. 124. vbi fententiae Staeudlinianae praeftantiam fibi vlterius demonftrandam et commendandam fumfit.

11) Ven. MEYERUS [33]), qui phrafin noftram τροχ. τ. γ. ad *fanguinis orbem*, f. *circulationem* fpectare arbitratur, prouocans, huius fignificationis tuendae caufa, tam ad Eccl. 12, 6. הַגַּלְגַּל אֶל הַבּוֹר, quem locum auctorem noftrum imitatum effe contendit, quam ad nexum cum verbis proxime praecedentibus: σπιλοῦσα ὅλον το σωμα, ita vt fenfus totius commatis fit fere hic: *lingua totum corpus contaminat*, *adeoque fanguinem corrumpit atque inflammat* (veneno fuo: μεστη ιου θανατηφορου. 3, 8.) fed (φλογ. ὑπ. τ. γεεν.) *abfumetur igne inferorum* (fc. olim, quando κριμα ληψομεθα. v. 1.). Sed cur lingua *fanguinem* potiffimum inflammare dicatur, et quomodo rota, cuius ope aqua e puteis trahitur, licet Eccl. l. c. voluptatum e vitae humanae vigore hauriendarum fymbolum fit, ad fanguinis rotam f. orbem transferri, et Iacobus hunc locum imitatus effe putari poffit, prorfus non liquet.

Plures qui fcire cupit formulae τροχ. τ. γεν. interpretationes, eum ad *Henr. Heifenii* diff. 25. in Iacobum ablegatum volumus.

EXCVRSVS IV.

Vexatiffimus ille locus Iac. 4, 5. 6. copiofius explicatur, aliorumque interpretum rationes recenfentur atque diiudicantur.

Omnis in explicando hoc loco, quem e diffi-cillimis effe, omnes omni tempore magno confenfu declararunt interpretes, difficultas in eo potiffimum latet, quod locus ille v. 5. folenni Vete-

[33]) *Obferv. ad ep. Iacobi.* exft. in *comment. theol.* edit. a *Velthufen*, *Kuinoel* et *Ruperti*. p. 327 fq.

ris T. loca allegandi formula adductus, totidem verbis in facro codice non occurrat, et ab alio, in V. T. omnino obuio, continuo v. 6. per διο λεγει excipiatur, cum quo verba vltima διδωσι χαριν communia habet. Vnde orta eft tanta interpretationum huius loci varietas, tantaque farrago, vt, cum breuitatis tum perfpicuitatis caufa, eas, quae ex iisdem profectae funt principiis, ad certas quasdam claffes reuocaffe, reuocatasque, qua fieri poteft ακριβεια, breuiter diiudicaffe, Lectori mihique fufficiat. Et fic quidem

I. iam funt, qui loci noftri *textu emendando* fcopulos iftos praeteruehi et e vadis emergere conentur. Huc pertinet

1) Erasmus, eumque fequutus Grotius, qui addicentibus nonnullis codicibus, (G. 2. 30. ap. *Griesbachium*), cum quibus etiam facit verfio Tigurina, totum hoc: διο λεγει — χαριν, vt ex 1 Pet. 5, 5. ab aliquo margini primum adfcriptum, ac deinde in contextum translatum, delent. Sed Erasmus, quamuis de N. T. textu et intelligentia pro temporum iftorum ratione meritiffimus, fi hodierna fubfidiorum criticorum copia et vbertate inftructus fuiffet, vix probaffet omiffionem, quae in paucis iftis codicibus nonnifi oculis librariorum ex alio loco in alium aberrantibus deberi videtur, cum vterque in verba eadem διδωσι χαριν abiret, quale σφαλμα et typographis noftris faepiffime accidere, nemo nefcit. Quomodo vero Grotius reliqua: η δοκειτε — κατωκησεν εν ημιν, quibus, vel deletis fequentibus: διο λεγει — διδ. χαρ., nequaquam iam fatis confultum eft, intelligi velit, infra demonftrandi locus erit.

2. *Ill.* Hottingerus vero, medicamen violentius huic loco adhibens, expulfis verbis: μειζ.

δε διδ. χαρ. διο λεγει, ante Θεος particulam δε addendam esse coniicit, vt reliquorum interpretatio procedat fere sic: *Putatisne frustra aut falso scripturam hoc dicere: animus hominis natura fertur ad inuidendum aliis, qui nobis quacunque re praestare videntur. Semper summa appetit, primas opum, potentiae, honoris partes sibi, si possit, vindicans. Atqui superbos istos atque arrogantes Deus spernit ac dedignatur. Contra eos diligit et fouet, qui sua sorte, quamuis tenui atque humili, contenti, ab omni fastu, inuidia atque arrogantia sunt remoti.* Vt vero dicat *Vir ill.* quo modo verba illa in contextum illata putet, forsan, inquit, aliquis ad illa ταπεινοις δε διδωσι χαριν in margine adscripsit μειζονα, nimirum ad hunc comparatiuum intelligens η τοις ὑπερηφανοις: alius deinde plenius hoc glossema ita extulit, μειζονα διδωσι χαριν: postea haec in contextum migrantia particulam δε et verba διο λεγει ligandae orationis causa vltro inuexerunt. Si vero tantum sensui succurrendum atque apta sententiarum connexio esset quaerenda, magis adhuc placeret *Viro ill.*, illud omne προς φθονον — διο λεγει eiici, tanto magis quod, vnde desumta sint, quae dicuntur in libris sacris exstare, magna interpretum dissensione quaeratur. — At vero si in tanto apparatu critico, quo N. T. libri prae aliis adornati prostant, spreto tot codicum, lectionem vulgarem tuentium, consensu audacioribus eiusmodi, coniecturis locus esset, vix vlla vllius loci difficultas superesset, cui non talis coniecturae medicina adhibita mederi possimus.

II. Pergamus iam ad diiudicandas interpretum *textum vulgarem seruantium* loci nostri explicandi rationes, quarum

A. *classis prior* complectitur *varias de verborum* προς φθονον — χαριν *cum antecedentibus* η δο-

κειτε — γραφη iungendi ratione ſententias. Duplicem, quantum equidem ſciam, hic potiſſimum inierunt rationem;

1) *Alii* verba προς — χαριν *a Iacobo ipſo profecta*, et *vel*, OEDERO atque ELSNERO auctoribus, *ad explicandum locum v. 6. ex V. T. allatum praemiſſa eſſe* arbitrantur, cuius rei indicium ſit, quod formula διο λεγει ſtatim repetatur; *vel*, quae eſt WOLFII, BENSONI, CARPZOVII, MORI, *al.* ſententia, non habita loci V. T. ſubſequentis ratione, ad ipſam disputationem apoſtoli pertinere ſtatuunt. Sed prior illa ELSNERI ratio magis erudite excogitata, quam ad locum noſtrum explicandum idonea videtur. Nam *vt* explicationis eiusmodi dicto adhuc allegando praemiſſae exempla in N. T. plane non exſtant, *ita quoque* explicatio, qualem ELSNERUS exhibuit, ex meo quidem ſenſu, ipſo V. T. loco obſcurior eſt (vid. infra). Poſteriori vero rationi obſtare videtur, quod verba ἡ γραφη λεγει allegando veteri ſcripto inſeruire ſolent.

2) *Alii* vero propter formulam ἡ γραφη λεγει, *verba* προς φθονον — χαριν *ex vetere quodam auctore repetita eſſe* arbitrantur; ex quonam vero potiſſimum auctore depromta ſint, iterum magno inuicem diſſenſu diſputant.

a) Ex *veteri* quidem *teſtamento*.

α) GROTIUS Gen. 6, 3 et 5. WETSTENIUS Sap. 6, 11. 23. aliaque huius capitis commata, BEZA Gen. 8, 21. COCCEIUS Cant. 8, 6. WITSIUS Num. 11, 29. *alii* Pſ. 118, 20. Ez. 23, 25. *alii* denique alia loca Iacobum ante oculos habuiſſe, et, ſi non verba, ſententiam ſaltem ex iis hauſiſſe exiſtimant. Sed quicquid hi omnes ad ſententias ſuas exornandas atque commendandas congeſſerint, ſingu-

lorum tamen horum locorum tam leuis eſt cum loco Iacobi, ſiue verba ſiue ſententiam ſpectes, ſimilitudo, vt, ſi ad haec loca Iacobum reſpexiſſe, probabile videatur, parum abſit, quin alium quemcunque S. S. locum in animo habere potuerit. Quare, ne moremnr Lectorem in examinandis refutandisque ſententiis, quae praeter interpretum nomina nil amplius habent, quod eas commendet, loca haec merito Lectori, cui volupe fuerit, cum loco noſtro comparanda, ſimilitudinemque aequa lance examinandam relinquimus. Vnicus V. T. locus, ex quo non prorſus inepta ratione ſententia Iacobi deduci poſſit, mihi ſemper viſus eſt cum Michaele Prov. 21, 10. Verba hebraica haec ſunt: נפש רשע אותה רע, quae LXX ita reddiderunt: *ψυχη ασεβους επιθυμησει πονηρον.* Iam verba hebraica אותה רע *cupere vt aliis male ſit*, i. e. *inuidere aliis*, ad verbum *επιποθησει*, נפש רשע vero ad verba *το πνευμα ὃ κατῴκησεν εν ἡμιν* refert, ita vt ſenſus vtriusque loci redeat huc: *anima impia atque inuida feruidis flagrat deſideriis.* Sed ſenſum hunc non ſine duritie ex verbis hebraicis elici poſſe, quisque videt: verba graeca vero eum nullo modo admittere, infra paucis demonſtrandi locus erit: vt taceam de leui iſta ſimilitudine inter verba Iacobi, et verſionem LXXviralem, quam alias preſſius ſequi ſolet apoſtolus.

β) Alii, et inter hos Iustinianus, Wolfius, Heinsius et Zachariae, Iacobum non ſingularem quendam ſcripturae locum, ſed *plurium V. T. locorum argumentum hoc commate ſimul exprimere* contendunt, quod et Matth. 2, 23. Ioh. 7, 38. 1 Cor. 14, 21. 34. Eph. 5, 14. fieri opinantur. *Primum* vero, quod iure iam popoſcit Bensonus, illa ipſa dicta afferre et in medium promere debebant interpretes, cum nullus locorum ſupra alla-

torum ne quoad sententiam quidem cum nostro congruere videatur. *Deinde* vero huic interpretandi rationi etiam aduerfatur formnla ἡ γραφη λεγει, quae, quamuis teste *Surenhusio* [34]) ab Hebraeorum doctoribus etiam tum adhibetur, vbi sensus locorum V. T. *plurium* omnino est declarandus, in N. T. tamen in afferendis *certis* quibusdam atque *determinatis* V. T. dictis vsitatissima est, nam illa ipsa loca superiora, quae sententiae huius defensores huc afferunt, maximam partem ad certa quaedam prophetarum dicta commode referri possunt. *Denique* vero tum sententia, tum ipsa, quae expressa est, formula, adeo videtur singularis, et, si quid sentio, vniuersae cuidam e pluribus locis collectae sententiae adeo dissimilis, vt vix, ac ne vix quidem Iacobum hoc comma ex pluribus simul locis conscripsisse, vel hausisse, persuadere mihi possim. Lubens in eam sententiam discederem, si de quauis doctrina generaliori, non vero de singulari eiusmodi re, qualis est πνευμα inter et ipsum τον φθονον certamen, vel πνευματος ad φθονον procliuitas, ad quam alii hunc locum referri malunt (vid. infra), sermo hic esset. Sed sensu haec potius vniuscuiusque percipi, quam verbis explicari posse video.

34) *In* βιβλῳ *καταλλαγης* p. 647 sq. Hac vero, *inquit*, allegandi formula (אמר הכתוב vel אומר הכתוב i. e. λεγει ἡ γραφη, ἡ γραφη λεγουσα) veteres Hebraeorum doctores vti solebant, non tantum quando ipsa scripturarum s. verba, verum sensus eorum tantum allegatur, breuitatis gratia, vsque adeo, vt illi apophthegmata illa, quae s. scripturarum porismata sunt, quia fundamentum suum in iis habent, pro s. scripturis habuerint, quemadmodum ex multis exemplis in thesi nostra XXXVII. adductis, manifestum est.

b) Ex *nouo teftamento* autem

α) Bengelium in editionis N. T. cum maioris tum minoris margine locum Petrinum 1 ep. 2, 1. f. huc adducere video [35]; fed, recte iudicante Storrio, plura reftant, quae inter vtrumque dictum interfint. Quanquam enim Chriftiani v. 5. appellantur οικος πνευματικος, non tamen *ipfe fpiritus*, in Chriftianis, tanquam in domo fua habitans, is eft, qui *narretur* επιποθειν, fed Chriftiani potius *iubentur* επιποθειν; neque etiam Chriftiani προς Φθονον, quem ponere quidem iubentur v. 1. fed το λογικον αδολον γαλα v. 2. dicuntur επιποθειν.

β) Contra vero locum noftrum ex ep. ad Gal. 5, 17 fqq., qui locus et ipfe Bengelio (in Gnom.) in mentem venit, citatum atque defcriptum effe, nemo amplius, doctiusque exornauit Storrio. Verba Gal. l. c. leguntur haec: ἡ γαρ σαρξ επιθυμει κατα του πνευματος· το δε πνευμα κατα της σαρκος, ταυτα δε αντικειται αλληλοις, ἱνα μη ἁ αν θελητε, ταυτα ποιητε. coll. v. 19-21. "Hic igitur, Storrius inquit [36]), το πνευμα, quo Chriftiani ducantur v. 16. 18. quodue Rom. 8, 14. 4. coll. 9, 11. in iis habitet, *pugnare* (επιθυμειν feu επιποθειν) legimus *contra* carnem, eiusque facinora, in quorum numerum v. 21. *inuidia* nominatim refertur. Huius autem vitii ante reliqua v. 19-21. commemorandi non in folo Iacobi confilio (4, 1. 2.) fed in ipfo etiam allegato capite epiftolae ad Gal. idonea caufa fuit. Nam ab *inuidiae* et odii reprehenfione mutuique amoris commendatione (Gal. 5, 13-15.) ad vniuerfi generis difputationem (v. 16-25.) deuenit apoftolus, ideoque tum in ipfa

[35]) Cf. etiam *Ord. temp.* p. 252. ed. 2.

[36]) *De catholicarum epp. occafione et confilio.* p. 9. 10.

digreſſione, quae ad inimicitias et caritatem pertinent, copioſius et expreſſius memorauit (v. 20. ſ. 22.), tum, finito excurſu, reuertit ad dehortandum ab inuidia (v. 26.), et reliquis, quae ſunt amoris contraria (6, 1-10.). Neque etiam vocis διδωσι (Iac. 4, 6.) planiſſimam, quae cenſetur, ſtructuram deſerere cogimur, ſed in ipſo, quod laudari putamus, epiſtolae ad Gal. capite *ſpiritus* eſſe dicitur, *qui tribuat* beneficia, maiora profecto iis, quae rerum terrenarum ſtudio vnice ardentes (Φιλοι του κοσμου v. 4.) fuiſse cupiditatibus (v. 1. 3.) indulgentes (σπειροντες εις την σαρκα Gal. 6, 8.) ſperant et affectant. Qui enim *ſpiritu ſe regi patiantur*, eos negat Paullus (5, 18.) ὑπο νομον ειναι, adeoque (Rom. 6, 14 ſ. cf. Gal. 3, 10. 13 ſ. 4, 5-7.) ὑπο χαριν eſſe confirmat, paulloque poſt (5, 25. 6, 8.) ſalutem (ζωην) ait proficiſci a *ſpiritu*, qui reſiſtit inuidiae (5, 17. 19-21. coll. Iac. 4, 5.) et (v. 6.) ſuperbiae, in ipſo etiam Paulli ſermone (Gal. 5, 26.) cum inuidia copulatae. Ceterum Iacobus Paullina pronunciata (v. 18. 25. 6, 8.) collaturus ad compendium, verba διδωσι χαριν mutuatus eſt ab eo loco, quem ſtatim e Prouerbiis ſubiuncturus erat." Praeterea [37]) ſententiae tuendae cauſa prouocat ad v. 4., vbi Iacobus alius quoque loci e N. T. nimirum ex Matth. 6, 24. deſumti memoriam modo reuocauerit (vid. infra ad Staeudlini ſententiam). Denique ſi Iacobus, inquit, has literas dedit ad eandem διασπoραν, cui Petrus vtramque epiſtolam miſit, ipſamque probitatis cum fide neceſſariam coniunctionem propter impios magiſtros Paulli doctrina abutentes, inſtar Iacobi demoſtrare neceſſum habuit; tanto aptior primis Iacobi lectoribus, in quibus ipſi Galatae fuerunt, huius epiſtolae

[37]) *Diſſert. exeget. in ep. Iacobi* p. 39.

laudatio habenda eſt (cf. proleg.). Quae praecipue hanc interpretationem ferire videri poſſit, difficultas, voc. γραφη, alias de V. T. ſcriptis adhiberi ſolitum, hic contra loquendi vſum ad ſcripta Paullina transferri, eam diluere conatus eſt Ven. MEYERUS [38]), quippe qui non ſolum N. T. ſcriptores locis ex aliis ſcriptis N. T. petitis vti, ſed etiam 2 Petr. 3, 15. 16. ac 1 Cor. 15, 4. 5. et N. T. libros hoc ipſo της γραφης et των γραφων nomine venire obſeruauit [39]). Sed licet ſic omnia exhauſta ſint, quae ad aliquam veri ſpeciem huic ſententiae conciliandam facere poſſint, magis tamen ingenioſa quam expedita videtur, ſiquidem vtriusque loci contextum inuicem comparanti, permagna in oculos incurrat neceſſe eſt, diuerſitas verborum, quae tamen Iacobus, hunc locum, formula ἡ γραφη λεγει diſerte praemiſſa, allegaturus, eo preſſius ac diligentius ſequi et ſeruare debuiſſe putandus eſſet, quo magis ablegarentur lectores ad locum, quem in animo habebat, relegendum. Quare non poſſum, quin STORRII partes, a quibus olim in interpretando hoc loco ſteti ipſe, iam nunc prorſus deſeram.

γ) Prope ad hanc STORRII interpretationem accedit S. V. STAEUDLINI ſententia, qui Iacobum comma quartum proxime praecedens ex Matth. 6, 24. hauſiſſe ratus, verba η — λεγει ad hoc ipſum comma 4. pertinere arbitratur, ita vt ea, quae ſequantur, alluſione tantum facta ad Gal. l. c. pronunciata ſint. Sed ingenioſe licet

[38]) L. not. 33. c. p. 338.

[39]) Locus vero Paullinus rectius ad ſcripta V. T. refertur; Petrinum vero ſunt qui genuinum eſſe dubitent.

haec omnia, quae infra copiofius adhuc exponemus, excogitata fint, in eo tamen me offendere ingenue fateor, quod, vti formula ἡ γρ. λεγ. allegandis veteris cuiusdam fcriptoris verbis propria effe folet, fic Iacobum ἡ γρ. ταυτα λεγει fcriptorum fuiffe arbitrer. quo magis verba haec ad locum iam allatum pertinere in oculos incurrat: vt taceam valde ambiguam effe commatis quarti ad Matth. l. c. accommodationem (vid. commentar).

c) E *libro apocrypho*,

α) eoque *adhuc exftante*, SEMLERUS totum hoc comma defumtum effe exiftimat. Cui quidem fententiae ne quid detraxiffe videamur, iam ipfum audiamus loquentem: p. 172. "Tenendum eft, inquit, hoc, excitari omnino γραφην, eamque his lectoribus, Iudaeis graecis, fatis notam; fcimus autem locum iam habuiffe hoc primo feculo plures γραφας αποκρυφους. Nam negare non licet, etiam Paullum non raro aliquas fententias attuliffe ex talibus apocryphis graecorum Iudaeorum. — — Certum eft etiam Petrum in 2 epiftola, et Iudam afferre partem ex libro Henochi, de angelis. Eccui igitur mirum aut inufitatum videri poteft, etiam Iacobum hic refpicere ad librum apocryphum. Res itaque tantum eo redit, vtrum proferre et monftrare quafi poffimus talem locum, qui fatis commode conueniat cum hac epiftolae parte. Atqui fperamus nos non infeliciter hac opera defungi poffe. Illa pars — φθονον vtique iungi debet cum γραφη λεγει, *de inuidia; de*fcribendae deterrimae inuidiae caufa. Iam fequitur illud, quod illa fcriptura *de inuidia* dicit: *ille fpiritus* (*inuidiae*) *qui in vobis habitat impetu perpetuo fertur.* Iam adiicio ifta ex teftamento *Simeonis*

num. 3. ὁ Φθονος κυριευει πασης διανοιας του ανθρωπου, nec finit eum edere, bibere, aut facere aliquid bonum; femper ὑποβαλλει, fuggerit, ανελειν, occidere (nos v. 2. hoc verbum legimus φονευετε) iftum, cui inuidetur — cognoui, ὁτι ἡ λυσις του Φθονου δια Φοβου Θεου γινεται. Si quis ad dominum confugiat, αποτρεχει το πονηρον πνευμα (fc. του Φθονου) απ' αυτου — (ergo in homine inuido habitauit hic fpiritus). Sic paulo poft num. 4. fic: — — agite, και αποστησατε αφ' ὑμων το πνευμα του Φθονου, ὁτι αγριοι την ψυχην, και Φθειρει το σωμα, οργην και πολεμον παρεχει τῳ διαβουλιῳ. atque num. 5. in Iofepho ουκ ενωκησε (noftrum verbum ουδεν πονηρον." p. 175. vero ex num. 4 eiusdem Teftamenti haec adhuc fubiungit: "Φυλαξατε ουν απο παντος ζηλου, και πορευεσθε εν ἁπλοτητι ψυχης, και εν αγαθῃ καρδιᾳ, ἱνα δωῃ και ὑμιν ὁ Θεος χαριν και δοξαν και ευλογιαν. Similiter num. 5. και εσεσθε εὑρισκοντες χαριν ενωπιον Θεου και ανθρωπων." Iam hunc locum cum noftro *tum* in eo confentire arbitratur SEMLERUS, quod vterque locus προς Φθονον i. e. ad *defcribendam et vituperandam inuidiam* fcriptus fit, (nam verba ipfa προς Φθονον hoc fenfu in Teft. Sim. non occurrunt), *tum* in eo, quod in vtroque πνευματος Φθονου (vel potius in Teft. Sim. πνευματος πονηρου, quod ex contextus ratione de πν. Φθ. intelligendum eft), mentio fiat, *tum* denique in eo, quod το πονηρον quidem ενοικειν εν τινι, ὁ Θεος vero δουναι χαριν in vtroque loco dicitur. Acute fine dubio haec omnia difputantur, fed, fi quid iudico, fimilitudo inter vtrumque locum paullo longius repetita, et, fi a Semleriana interpretatione, de qua mox dicendi locus erit, recefferis, prorfus nulla effe videtur. In

votis ſaltem habendum eſſet, vt, ſi quis locus hic proferatur, niſi iisdem verbis prorſus eandem, ſimilibus tamen verbis ſimilem, nec ampliorem ornatioremque ſententiam contineat.

β) E *deperdito* libro prophetae cuiusdam aut doctoris Iudaei S. V. GABLERUS [40]), quem ſequutus eſt AUGUSTI [41]), verba προς ΦΘ. — εν ἡμιν; (non item quae proxime ſequuntur: μειζ. δε διδ. χαρ. quae ipſi Iacobo tribuenda cenſet), *nobis* vero omnia illa προς ΦΘ. — χαρ. depromta videntur, vt formulae ἡ γρ. λεγ., qua ſententia quaedam in libris ſacris exſtare dici ſolet, vſitata ſua vis conſtet. Cum vero verba illa in iis V. T. libris, qui ad nos peruenerunt, fruſtra anquirantur, non ſine cauſa ſatis idonea ea ex libro deperdito hauſta eſſe coniicimus, qualem plurium locorum N. T. merito fontem habemus.

His iam ita peractis

B) ad *alteram claſſem* pergamus, quae *praecipuas tum veterum tum recentiorum interpretum de ipſo verborum ſenſu explicando ſententias* continet. Quarum tamen cum iterum tanta proſtet copia, e re Lectorum eſſe viſum eſt, ſingulas ſeparatim, eodemque, quantum fieri poteſt, quem ſupra ſequuti ſumus, ordine diſponere, quo facilius eas vno quaſi obtutu circumſpicere, inuicemque diſtinguere poſſint.

1) Ordiamur ab interpretibus, qui verba comm. 5. *a Iacobo* profecta eſſe exiſtimant, ex quibus

[40]) *Neueſtes theol. Journ.* Vol. V. p. 195.

[41]) *Die Schriften des N. T. neu überſetzt von* AUGUSTI *und* DE WETTE. p. 615.

a) DU MONTIUS λεγει iungit cum προς φθονον, vt fit *contra inuidiam*; πνευμα ὁ κατῳκησεν εν ἡμιν de *fpiritu S. cum Chriftianis communicato* intelligit, επιποθει vero reddit: *bona excitat defideria*, et in verbis denique μειζονα δε διδωσι χαριν idem illud πνευμα ὁ. κ. ε. ἡ. fupplendum effe exiftimat, vt iam fententia prodeat haec: *an putatis, quod f. fcriptura in vanum loquatur adverfus inuidiam? Spiritus, qui in nobis habitat, defideria excitat, fed meliora defideriis carnis; maiorem enim dat gratiam*. A du Montio.

b) LANGIUS in fingulis verbis interpretandis non nifi in eo diffentit, quod επιποθει reddit: *concupifcit malum*, duasque hic quaeftiones exftare ftatuit, ita vt oriatur fenfus hic: *num putatis fcripturam fruftra contra inuidiam loqui? num fpiritus, qui in vobis habitat, adeo malum concupifcit? imo vero ampliorem dat gratiam, per quam eiusmodi concupifcentiae refiftere poffimus*.

c) HEUMANNUS (in mifcell. Lipf. Tom. XII.) in fingulis verbis explicandis cum *Du Montio* confentiens, επιποθειν accipit pro *amare*, fenfumque verborum conftituit hunc: *an putatis fruftra fcripturam contra inuidiam loqui? Spiritus, qui per Dei gratiam habitat in nobis, non eft fpiritus inuidiae, et odii, rixarumque, fed eft fpiritus amoris, qui amat (et quidem ardentiffime amat), et ita etiam vobis, quos inhabitat, maiorem fubinde largitur gratiam (vt et vos omni depofito odio et aemulatione fimpliciffime fratres ametis), vti fcriptum legimus*, etc.

Sed tribus hisce rationibus iam obferuante ELSNERO repugnat *non folum*, quod fententiae fic

conſtitutae nullus nexus eſt cum praecedentibus, *verum etiam*, quod male vertitur λεγειν προς Φϑονον *loqui aduerſus inuidiam*, cum graece ſit *loqui ad inuidiam* Luc. 4, 21., *denique* quod longius repetitae videntur variae verbi επιποϑειν explicationes.

d) Magis adhuc ſingularis et vix commemoranda nobis quidem viſa eſt Ellisii, *Wolfio* citati, ratio, qui, *Du Montium* alias plane ſequutus, formulam ἡ γραφη λεγει cum verbis προς Φϑονον iungit in ſententiam hanc: *an nondum ſatis ex litteris ſacris didiciſtis, mundi amicitias eſſe Dei inimicitias? aut exiſtimatis, ſine cauſa ſic loqui ſcripturas, ac ſi nobis haec inuiderent? At ſpiritus ille ſcripturarum auctor diuinus, ex quo in nobis ſedem poſuit, nobis propitius eſt, et clemens, magna nos affectione deſiderat, imo maiorem, prout nobis opus eſt, dat gratiam, ampliora confert beneficia. Hoc docent ſacra volumina* etc.

e) Arcte cum hac *Elliſii* interpretatione cohaeret ratio quaedam ex aliis iam a Calmeto adducta, hodie vero, quod valde miror, Seemillero, theologo Ingolſtadienſi, denuo probata, quo επιποϑειν προς Φϑονον accipitur pro *amare vsque ad inuidiam*, ita vt Deus nobis proponatur ſumme zelotypus animae noſtrae, tanquam ſponſae ſuae, vt nullum amoris ſodalem admittat, illamque omnibus velut inuideat. Locum ipſum vero ſic reddit: *an putatis, quod fruſtra dicat ſcriptura: ſpiritus, qui in nobis domicilium fixit, ad inuidiam vsque vos amat; maiorem autem dat gratiam.* Calmetus vero ſic: *l'eſprit ſaint, qui habite en vous, vous aime d'un amour de jalouſie, et vous donne de plus grandes graces.* Quam quidem rationem commemoraſſe ſuffecerit, vt intelligenti cuiuis lectori ſtatim reiicienda videatur.

f) Wolfius, Bensonus, Carpzovius, Morus, qui totum illud ἡ δοκειτε — χαριν absque omni ad locum alienum allufione a Iacobo enuntiatum putant, προς Φϑ. επιπ. iungunt, vt fit: *inclinat ad inuidiam*, πνευμα vero, ὁ κ. ε. ἡ. de πνευματι ἁγιῳ intelligunt, et in voce διδωσι denique ὁ Θεος (Morus vero το πνευμα) fupplendum effe ftatuentes, totum locum interrogatiue fic reddunt: *num fruftra loquitur f. fcriptura? ecquid ad inuidiam inclinat fpiritus f.? minime, maiorem potius Deus gratiam largitur:* feu Moro interprete: *putatisne, fcripturam incaffum hortari nos folere? Num ad inuidiam procliuis eft fpiritus in nobis habitans? Imo vero maiora vobis largitur bona; vnde fcriptum eft alicubi,* etc. At vero primum επιποϑειν, fi i. e. q. *inclinare, procliuem effe*, cum fimplici accuf. vel genit. iungi folet, quanquam apud LXX interpp. eodem fenfu etiam cum επι, εις et προς iungi foleat. (Deuter. 13, 8. Pf. 83, 1. et 41, 2.) quare hoc nimis vrgere nolumus. *Deinde* vero (quod tamen Mori interpretationem non tangit), ellipfis vocis ὁ Θεος, nullibi ante obuiae, nimiam duritiem huic loco infert. *Denique* λεγειν vix in eiusmodi orationis contextu *loquendi* f. *adhortandi* fenfu occurrere putauerim, nifi diferto fermone, ipfaque cohortatione continuo fubiunctis.

2) Progrediamur ad interpretes eos, qui verbis προς Φϑ. — χαριν vel fingulare quoddam *veteris teftamenti* effatum, vel plurium effatorum fimul fenfum exprimi ftatuunt. Ex his

a) Witsius et Grotius, quorum ille Iacobum Num. 11, 29. hic vero Gen. 6, 3. 5. in hoc loco enuntiando ante oculos habuiffe perhibet, verba προς Φϑ.— χαριν, haud aliter ac Wolfius et Ben-

SONUS, vt interrogationem a reſponſione exceptam reddi volunt. Sed praeterea, quod et hi in verbis μειζ. δ. διδ. χαρ. aduerſante omni contextu, Θεος ſubintelligunt, vix vlli perſuadebunt, Iacobum alterutrum locorum iſtorum, a loci noſtri contextu adeo discrepantium, hic excitare voluiſſe.

b) MICHAELIS vero et SEMLERUS, quorum ille Iacobum h. l. Prov. 21, 10. hic vero locum ex teſtamento Simeonis reſpexiſſe arbitratur, λεγει προς φθονον iunctim per: *de inuidia loquitur*, reddendum, επιποθειν abſolute pro *excitare praua deſideria*, το πνευμα autem pro πνευματι φθονου accipiendum, ὑμιν pro ἡμιν legendum et in verbis μειζ. δ. διδ. χαρ. denique vel ὁ Θεος, quod praecipit SEMLERUS, vel ἡ γραφη, quae MICHAELIS eſt ſententia, ſubintelligendum eſſe ſtatuentes, ſenſum hunc huic loco ſubeſſe exiſtimant: *an putatis, quod ſcriptura S. fruſtra dicat* de inuidia: *anima impia atque inuida, quae vos inhabitat, praua excitat deſideria; ſcriptura ſ.* (vel *ſpiritus ſ.*) *vero maiorem largitur gratiam.*

Id quidem lubens largiar, particulam προς hoc nexu ſignificare poſſe *de*, quamuis nullum locum, qui huic ſententiae faueat, me legere meminerim, praeter illum Hebr. 1, 7. (προς μεν τους αγγελους λεγει), ab ipſo MICHAELE excitatum, (qui tamen nec ipſe prorſus euidens eſt: quodſi enim poſt αγγελους interpungatur, προς μεν τους αγγελους accipi poteſt pro: το μεν κατα τους αγγελους, quod *attinet ad angelos* etc.); ſed επιποθειν abſolutam illam obtinere ſignificationem, quam hi Duumuiri ei ſubiiciunt; πνευμα vero h. l. de πνευματι φθονου intelligendum eſſe, cum tamen nonniſi πνευμα ἁγιον alias dicatur κατοικειν εν τοις ανθρωποις; porro prae-

ferendam esse lectionem ἐν ὑμῖν lectioni ἐν ἡμῖν, quia Vulgatus et Aethiops habeant ὑμῖν [42]), nec lectio ἡμῖν cum πνεύματι φθόνου in neutro et Salomonis et Simeonis loco conciliari queat, vel, quod SEMLERO magis adhuc placet, vtrumque ἐν ὑμῖν et ἐν ἡμῖν plane omittendum esse, cum tamen ἐν ἡμῖν in omnibus omnino exstet codicibus, et cum voce πνεῦμα, de *spiritu s.* intellecta, optime congruat; vocabulum denique ὁ Θεὸς, in praecedentibus plane non obuium, nescio vnde arreptum, subintelligendum esse: haec quidem singula alia aliis videntur duriora, nec idoneis atque ex vsu loquendi repetitis rationibus satis confirmata [43]). Dubito, an hi Viri, nisi locorum quorumdam ad locum nostrum accommodandorum studio ducti fuissent, in eiusmodi interpretandi rationem, tot tantisque difficultatibus laborantem, incidissent. Iam magis arridet

c) ELSNERUS qui, vt supra iam monuimus, sensum hic exprimi putat dicti versu demum sexto ex V. T. allegandi, πρὸς φθόνον item iungit cum ἐπιποθεῖ, vt sit: *inclinare* πρὸς φθόνον, τὸ πνεῦμα vero ὁ. κ. ε. ἡ. *Deum* esse ait, *qui singulari ratione habitet in fidelibus.* 1 Cor. 3, 16. 2 Cor. 6, 16. Rom. 8, 11. ita vt verba haec ad vocem Θεὸς v. 6. explicandam addita esse videantur, φθόνον denique intelligit de *ira Dei*, quae eos praesertim

42) De ancipite vulgatae et aethiopicae versionis confessione vid. BODE *Pseudocrit. Millio-Bengel.* T. II. p. 19 s.

43) "Ipsa denique (STORRIUS his addit) XII patriarcharum testamenta, ea aetate, qua Iacobus, quicunque demum auctor est, epistolam scripsit, iamiam extitisse, aut omnino antiquiora esse seculo secundo, variis de causis non admodum credibile videtur."

male multat, qui rebus ſecundis elati, voluptatibusque dediti, ſeſe iactant, ανϑρωποπαϑως, quod inſolentius ſeſe iactantibus et appetentibus altiora inuidere ſolent homines: eodem modo, quo ira, zelotypia et zelus Deo tribuitur, cum gloriae voluptatumque cupidos coercere et multare ſolet. Prouocat ſententiae firmandae cauſa ad loca tum ex V. T. tum ex patribus aliisque auctoribus collecta. Potiora haec ſunt: Ieſ. 37, 32. 39, 2. 6. 42, 13. Dan. 4, 26. 27. Gen. 11, 4. 7. *Cyrill.* adv. Iulian. l. 7. p. 228. επιπηδωντας δε και αυτῃ τῃ του Θεου δοξῃ τους ὑπο σκηπτρα κειμενους, η και ανταιρειν ϑελοντας εν δικῃ τε και αναμφιλογως κολαζεσϑαι πρεποι αν, και ουκ αν τις οιοιτο νουν εχων φϑονῳ και ζηλῳ προς τουτο ιεναι τον των ὁλων ϑεον, χρειωδεστατα δε και μαλλον και αναγκαιως, ἱνα μη αγνοηται το αληϑες. cf. l. 7. p. 155 ſqq. *Herodot.* l. 7. c. 10. p. 485. φιλεει γαρ ὁ Θεος τα ὑπερεχοντα παντα κολουειν. οὑτω δη και στρατος πολλος ὑπο ολιγου διαφϑειρεται κατα τοιονδε· επειαν σφι ὁ Θεος φϑονησας φοβον εμβαλῃ η βροντην, δι ὡν εσβαλησαν αναξιως εωϋτων. cf. l. 8. c. 109. p. 494. ταδε γαρ ουκ ἡμεις κατεργασαμεϑα, αλλα ϑεοι και ἡρωες, οἱ εφϑονησαν ανδρα ἑνα της δε Ασιας και της Ευρωπης βασιλευσαι, εοντα ανοσιον τε και αταϲϑαλον. *Euripid.* Iphig. in Aul. v. 1097.

Μη τις ϑεων φϑονος ελϑῃ.

Caetera relege apud ipſum ELSNERUM. Iam vero his ita praemunitis, verba προς φϑ. επ. το πν. ὁ. κ. ε. η. verbis v. 6. ὁ Θεος ὑπερηφανοις αντιτασσεται reſpondere, ſenſumque totius loci hunc eſſe exiſtimat: *an putatis fruſtra ſcripturam dicere, ſpiritum, qui habitat in nobis, procliuem eſſe ad ſuccenſendum reſiſtendumque improbis, voluptatem gloriamque amantibus, quod, vel quoniam dicit: Deus reſiſtit ſuperbis,* nempe

spiritus, qui habitat in nobis concupiscit ad inuidiam, idem est quod, *Deus resistit superbis.*

Sed vereor, vt omnia loca ista de φθονῳ satis apte atque caute ad hunc locum explicandum adhibeantur. Patres enim serioris quidem aeui longe alium eumque mitiorem sensum voci φθονου subiecisse, eademque nimis temere atque saepe vsos esse, *Casaubonus* recte obseruauit ad *epist. Gregorii Nysseni, Eustathiae, Ambrosiae et Basilissae inscriptam* p. 70. *Opinio*, inquit, *male sanae vetustatis fuit, mala, quibus hominum bona et ευεστω assidue interpellantur, ab inuidia Deûm proficisci. Deos enim sibi fingebant malignos et inuidos. Nota vox Herodoti φθονερον το θειον, et ab ea persuasione formula illa originem habuit, apud Graecos vsitatissima, inuidiae Deûm vitandae, quoties bona sua commemorarent: φθονος δ' απεστω και νεμεσις. Huius igitur impiissimae sententiae apud piissimos scriptores vestigia non sine admiratione summa deprehendimus. Quod enim Patrum nonnulli τον φθονον malorum persaepe caussam statuunt, quis non videt veterem esse, non quidem sententiam, sed locutionem ab antiquis deriuatam?* Neque aliter *L. A. Muratorius* in *notis ad anecdota graeca* p. 23. Profani autem scriptores atque prophetae l. c. *partim* non tam *iram*, quam ipsam *inuidiam*, *partim* vtrumque, *iram atque inuidiam* (קנאה, φθονον) ex aeui istius cogitandi ratione ανθρωποπαθως Deo tribuunt, vnde tamen non consequitur, in *explicando* loco quodam V. T. quam vim huic commati inesse Elsnerus putat, idem vocabulum eodem sensu admittendum esse.

*. Si quae est ratio aliquo modo fortassis ferenda, qua verba προς φθ. — χαριν ad ipsum Prouerbiorum locum v. 6. excitatum referri possint, eam me

olim inueniſſe crediderim. Putabam nimirum Iacobum, qui in proxime praecedentibus totus in eo erat, vt in rixarum atque contentionum, inter Chriſtianos exortarum fontes inquireret, hic *inuidiam*, earumdem rixarum fomitem, et cum nimio rerum terrenarum amore, v. 4. commemorato, coniunctam, loco Prov. 3, 34., pro interpretationis, ſemper altiora ſcrutantis eiusque tum temporis vſitatae, genio, ad argumentum ſuum transferendo et accommodando, reprehendere ſic: *num dubitatis, fidem habendam eſſe ſcripturae ſ. effato: "inuidiae repugnat ſpiritus diuinus nobiscum communicatus, qui potius ſenſum longe honeſtiorem nobis ſuggerit;" hoc nimirum ſenſu* (διο λεγει) *vetus poeta cecinit verba haec: "Deus reſiſtit ſuperbis, modeſtis vero gratiam largitur;"* ita vt Iacobus voc. Θεος, ex mente veteris auctoris pro *Deo ipſo* retinendum, de *ſpiritu diuino*; ὑπερηφανους vero, Prov. l. c. pro *ſuperbis* ſumendos, de hominibus *inuidis* (quales eſſe ſolent ſuperbi), χαριν denique, quam antiquitatis poeta ad quoduis *felicitatis* genus, quo Deus, pro beneuolentia ſua, demiſſos exornat, referri vult, de *mente iſta ſanctiori, ac paene diuina, adeoque ab omni inuidia aliena*, quae ſpiritus ſ. opera cum Chriſtianis omnibus communicari putabatur, vel intellexiſſe vel interpretatus eſſe, ipſa vero ſacri vatis verba huic loco, ex periphraſi allato, ſubiunxiſſe putandus ſit, quo minus dubii haererent lectores, in quonam ſ. ſcripturae effato haec ſententia expreſſa deprehenderetur. Omnino quidem admiſſa hac qualicunque interpretatione, plures difficultates, quarum aliae alias interpretationes ſupra allatas premunt, euaneſcere videntur. Sic 1) effatum illud v. 5. quod interpretes in veterum ſcriptorum regionibus longinquis et admodum diſſitis anxie

inueſtigarunt, iam, en, praeſto adeſt v. 6. 2) Formula iſta ἡ γραφη λεγει, ex interpretatione illa pro more conſueto, ad effatum *veteris teſtamenti* refertur. 3) Eiusdem formulae repetitio iam nunc, vbi vterque verſus ad idem V. T. effatum refertur, ſatis bene procedere videtur, ſiquidem hac ipſa formula repetenda illud ipſum, de vno eodemque V. T. loco in vtroque commate cogitandum eſſe, ſubindicari poteſt. 4) Neque difficultas ea, explicationis eius-modi, dicto adhuc allegando praemiſſae, exempla in N. T. plane non exſtare, hanc interpretationem premit, cum v. 5. non tam pro *explicatione* commati 6. praemiſſa, quam pro ipſo *citato*, quod vocant, modo ad argumentum, in quo tractando Iacobus verſabatur, translato, habendus ſit. Apoſtolus nimirum in hac ipſa allegatione periphraſtica forſan acquieſcere voluit; cui tamen, cum eam a verbis V. T. nimis aberrare animaduerteret, veteris poetae effatum ipſum ſubiunxit, quo certiores redderet lectores, quemnam potiſſimum, in enunciando v. 5., V. T. locum in animo habuerit. Sed ne multus ſim in propria propriae interpretationis olim prolatae diiudicatione, ingenue potius et ſummatim profitear ipſe, quod iure iam reprehenderunt alii, rationem hancce coactam eſſe nimioque laborare artificio. Neque tamen eam, in acta circa hunc locum interpretandum ſemel relatam, plane delendam cenſui, cum ſaepius iam factum ſit, vt interpretatio ambigua dilucidiori locum aperuerit. — Prope ad illam Elsneri rationem accedit ſententia

d) Dan. Heinsii, quam non contemnendam iudicat S. V. Rosenmüllerus. Eſt illi *επιποθειν* i. q. *επιθυμεν* et *φθονος* קנאה i. q. *φθονος* ſ. *παροργισμος* Κυριου יהוה קנאת (Pſ. 106, 16.), vt ſenſus prodeat hic: *an ergo ignoratis, paſſim a ſcriptura*

dici: ὅτι τὸ πνεῦμα, ὃ ἐν ἀνθρώποις κατῴκησε, πρὸς Φθόνον Κυρίου ἐπιθυμεῖ; *spiritum hominis, (aut qui habitat in homine), aduerſus Deum, et cum indignatione eius, cupiditates ſuas exercere?* Sed Φθόνος abſolute hoc ſenſu in eiusmodi contextu adhiberi, magnopere dubito; vt taceam, ſenſum illum verbis magis obtruſum quam ex verbis elicitum videri.

3. Sequantur iam potiores eorum rationes, qui ſententiam noſtram: πρὸς Φθ. — χάριν ex *nouo teſtamento* depromtam putant. Ex his

a) STORRII rationem, quae apoſtolum locum noſtrum habita effati Paullini (Gal. 5, 17 ſqq.) ratione extuliſſe ſtatuit, iam ſupra (p. 335 ſqq.) nobis exponendam et diiudicandam ſumſimus.

b) S. V. STAEUDLINUS vero, quem formulam ἡ δοκ. — λέγει ad anteced. v. 4. ex Mathaeo depromtum referre ſupra monuimus, eos, quos Iacobus h. l. exhortatur ac reprehendit, v. 5. loquentes induci exiſtimat hoc ſenſu et nexu: *num putatis fruſtra ſcripturas ita praecipere, vt modo dixi?* — (ſed vos obiicitis:) *Spiritus* (malus) *qui habitat in nobis* (vel inter nos) *ad inuidiam procliuis eſt?* (nos ad vitia agit et excitat). (Recte quidem) *Sed* (Deus) *gratiam maiorem exhibet*, (maius vel beneficium, vel auxilium, quod omnem prauam concupiſcentiam, omnem vim maleficorum daemonum ſuperare queat). *Vnde dicitur: Deus repugnat ſuperbis*, (qui ſibi nimium confidunt), *humilibus vero*, (qui Deo ſe ſubmittunt, eiusque auxilio nituntur), *dat gratiam*, (beneficia vel auxilium exhibet)." Quam quidem interpretationem hisce rationibus ſe defendere ac tueri

exiſtimat: *a*) Nexus totius loci, inquit, ita fit lucidior et apertior. *b*) Inprimis illud μειζ. δ. διδ. χαρ. certiorem explicationem habet, et arctius cum antecc. cohaeret, illa denique particula δε haud ſuperuacanea, vt in illa *Storrii* interpretatione, videtur. Ratio vero, cur auctor omiſerit ὁ Θεος, fuit, quia ſcribere noluit: μειζ. δ. διδ. χαρ. ὁ Θεος, διο λεγει, ὁ Θεος — quapropter ſemel omiſit, quod lector facile ſupplere poterat, et quod ſaepius in V. et N. T. eodem modo omittitur. *c*) Πνευμα de *malo ſpiritu* vſurpatum non ita inſolens in N. T. vt quibusdam videtur. cf. Matth. 4, 1. 2. Marc. 1, 34. coll. Matth. 8, 16 ſq. 2 Theſſ. 2, 2. Eph. 2, 2. 6, 12. *d*) Iacobus, vt ſaepius facere ſolent, hac ep. abuſui locorum Paulli, et quidem eorum, quibus docet, daemones inimico aduerſus homines ſenſu eſſe et cupere, vt peccent, occurrere voluiſſe videtur, nulla tamen ſingularis alicuius loci ratione habita. *e*) Etiam alibi Iacobus eiusmodi interrogationes, obiectiones, et quaſi colloquia mediae orationi intexere ſolet (2, 2. 3. 4. 16. 18 ſ.) quod et alias N. T. ſcriptoribus, vt Paullo ſolenne eſt (cf. e. g. Rom. 11, 19–21.). Sed ingenioſe licet et haec interpretatio excogitata ſit, plura tamen obſtant, quo minus ei adſtipulari poſſim. *Primum* enim vix mihi perſuadere poſſum, falſos iſtos atque inflatos magiſtros ſic ſemet ipſos excuſaturos, vel potius accuſaturos eſſe: *malum ſpiritum*, quo ducerentur, in cauſa inuidiae, et flagitiorum, a ſe commiſſorum, eſſe; ita vt Iacobus, ſi haec fuerit mens eius, obiectionem iis affinxiſſe putandus ſit, a faſtu ipſorum alienam, et obiectioni iſti cap. 1, 13. prolatae, ex qua *Deus*, non ſpiritus malus, tentationum auctor eſſe ſtatuebatur, prorſus repugnantem. *Deinde*, quam Vir. S. V. hic voci πνευμα tribuit, *ſpiritus mali*

significatio, ex locis allatis vix satis erui et confirmari potest; siquidem πνευμα Matth. 4, 1. non de πνευματι της πονηρίας, sed potius de πν. ἁγίῳ s. θειῳ, cuius impulsu Iesus, ex quo baptismum suscepit, omnia, quae dixit, fecit, tulit, dixisse, fecisse, tulisse dicitur, intelligendum esse, nexus clamat [44]. Nam si πνευμα ibi i. esset q. διαβολος, quod proxime sequitur, quidni Matthaeum πειρασθηναι ὑπ' αυτου scripturum fuisse arbitremur? Vt taceam, Matthaei mentem vix esse posse, Iesum, a Satana impulsum atque concitatum, desertum petiisse; id quod prophetas tantum non omnes sanctissimo consilio fecisse, eum fugere non poterat. Pro voc. δαιμονια, quod Marc. 1, 34. occurrit, Matth. 8, 16. quidem πνευματα surrogatur; at vero, quae voci cuidam numero plurali enunciatae, non item semper voci eidem, ad rem vnam restrictae, vis competit (quod etiam valet de loco Ephes. 6, 12.), ne dicam, πνευματα ista, *morbos* hominibus immittentia, non protinus transferri posse ad spiritum malum, homines ad *peccata* seducentem. In ep. sec. vero ad Thess. 2, 2. πνευμα est ανηρ πνευματικος, s. προφητης, quales veri et falsi inter Thessalonicenses fuerunt. Vnicus potius qui ex locis allatis huc pertinere videtur, est ad Eph. 2, 2. vbi tamen πνευμα non, vt hic, absolute positum, sed addita copiosiori periphrasi ad malum genium translatum est. Quo accedit, quod πνευμα illud loco nostro dicitur κατοικειν εν ανθρωποις, quae dicendi formula in N. T. de πνευματι ἁγίῳ s. του Θεου tantum occurrit, quod in homi-

[44]) Locus sic audit: τοτε ὁ Ιησους ανηχθη εις την ερημον ὑπο του πνευματος, πειρασθηναι ὑπο του διαβολου. *Jesus ging auf Antrieb des Gottesgeistes in die Wüste, wo er demnächst vom Satan versucht wurde.*

nibus, tanquam εν οικῳ ſ. ναῳ, i. e. *in templo*, habitare putabatur. Rom. 8, 9. 11. 1 Cor. 3, 16. *Porro* ratio illa, cur auctor omiſerit ὁ Θεος poſt voc. χαριν, nimirum quia ſcribere noluerit: μειζ. δε διδ. χαρ. ὁ Θεος· διο λεγει, ὁ Θεος, vix admittenda videtur, cum Ap. tam ad κακοφατον hoc euitandum, quam ad ſententiam ſuam eo luculentius exprimendam, (quo minus lectores voc. πνευμα ex verborum iungendorum ratione maxime naturali ad διδωσι χαριν referendum putarent), ſcribere potuiſſet vel ſic: μειζ. δε διδ. χαρ. ὁ Θεος· διο λεγει, ὑπερηφ. αντιτασσεται, etc vel, ne loco allegando quid detraheretur, ſic: ὁ δε Θεος μειζ. διδ. χαριν· διο λεγει· ὁ Θεος ὑπερηφ. etc. *Denique* Iacobus eiusmodi interrogationes, obiectiones, et quaſi colloquia etiam cap. 2, 2. 3. 4. 16. 18. mediae orationi quidem intexit; at non ſine additis formulis: εαν ειπῃ τις, vel αλλ' ερει τις, quibus aduerſarium disputantem inducit; ita vt ex his ipſis locis Ap. ſaltem voc. αλλα verbis προς φθονον etc. praemittere debuiſſet. Praeterea cum ad voc. πνευμα, ſi quid ſentio, hic totius excuſationis vis reuocanda videatur, eum ſcripturum fuiſſe crediderim ſic: αλλα το πνευμα επιποθει προς φθονον. Quae omnia vbi ita eſſe deprehendantur, totius loci nexum interpretatione prolata lucidiorem et apertiorem fieri, vix perſuadere mihi poſſum.

4) Superſunt, qui locum noſtrum e *libro deperdito*, vel parum adhuc perquiſito hauſtum exiſtiment. Scilicet

a) S. V. Gablerus, quem ſequutus eſt Augusti, effatum illud veteris ſcriptoris ſolis verbis

προς φϑ. — ἡμιν, iisque interrogatiue pronuntiandis abfolui ratus, proxime fequentia: μειζονα δε διδ. χαρ. pro refponfione ipfius Iacobi habet, ad quam confirmandam v. 6. locum Prouerbiorum per διο λεγει fubiunxerit, fenfu prodeunte hoc: *an fine ratione fcripfiffe eum putatis, qui fcripfit: "num ad inuidiam procliuis eft fpiritus, qui nobis ineft?" minime, fed beneficiis nos potius afficit. Vnde alibi: Deus aduerfatur fuperbis, modeftos autem beneficiis afficit.* Ingeniofa hac interpretatione, e pluribus rationibus fupra commemoratis acutiffime compofita, difficultas illa, quam allegandi formularum ἡ γραφη λεγει et διο λεγει accumulatio hic fummam adfert, quam facillime expediri videtur, cum vtraque nacta fit, quo diftincte referatur. Neque tamen vel fic rem confectam effe, GABLERUS, quae eft modeftia eius, ingenue fatetur ipfe. Fortaffis *Viro S. V.* eadem quae mihi oborta funt dubiola. Sic mihi quidem in loco noftro perlegendo fenfui interno, quem aliis alium ineffe lubens concedo, indulgenti, fententia illa veteris fcriptoris, vbi folis verbis illis interrogantibus προς — ἡμιν; abfolui putatur, nondum pertexta effe, fed additamento adhuc indigere videtur, quo ad interrogationem illam refpondeatur, praecipue cum ex veteri dicendi genere Hebraeorum in eiusmodi fententiis efferendis interrogationem refponfio, negationem (quae et verbis illis interrogantibus ineft), affirmatio excipere foleat, ita vt refponfio illa μειζ. δε διδ. χαρ. rectius veteri illi auctori, quam Iacobo vindicanda effe videri poffit. Praeterea χαριν latiori *beneficiorum* poteftate parum commode τῳ φϑονῳ opponi exiftimauerim. Denique lubens quidem largior, επιποϑειν προς τι *concupifcendae alicuius rei* fignificatu ex hebr. עָרַג עַל

Pf. 42, 2. omnino dici poffe, (vt noftrum: *nach etwas verlangen*), licet ex vfu linguae graecae ἐπιποθεῖν τινος vel etiam τι dicendum fit; fed vfitatiorem *obnitendi* fignificationem, per ἐπιποθεῖν προς τι exprimi folitam, hic praeferendam cenfuerim, vt, feruata hac fignificatione, το πνευμα eodem *obnitendi* fenfu dicatur ἐπιποθεῖν v. 5., quo ὁ Θεος v. 6. ἀντιτασσεσθαι dicitur; qua quidem fignificationis communitate et vtriusque commatis concentum iuuari putauerim.

b). Hos quidem fcopulos, fi qui funt, qualicunque interpretatione *noftra*, verba μειζ. δε διδ. χαρ. ab effato veteris fcriptoris hic excitato haud fegregante, praeteruehi conati fumus in commentario; fed ου κενως veremur, ne Charybdim euitaturi in Scyllam incidiffe videamur.